eius cũ ramis sociata puenientibus ad spatulã tendit ⁊ mo
tum iuncture spatule prebet. Et pars altera ad anteriora pe
ctoris pgredit: ⁊ in musculos qui inter costas sunt: ⁊ supra
pectus miscet. ¶ Et par 11^{m} inter x^{am} ⁊ xj^{am} orit spõdileꝫ.
¶ Et 12^{m} par inter xj^{am} ⁊ 12^{am}. ¶ Et 13^{m} par silr inter 12^{am}
⁊ 13^{am}. ¶ Et silr 14^{m} par in 13^{am} ⁊ 14^{am}. ¶ Et 15^{m} par in/
ter 14^{am} ⁊ 15^{am} spondilẽ egredit. Et horũ oium nerui diuisi
in ramis musculis costarũ verarũ ⁊ musculis dorsi ex oppo
sito ipso existẽtib⁹ spargunt. ¶ Et par 16^{m} inter 15^{am} ⁊ 16^{am}
oritur spondilẽ. ¶ Silr 17^{m} inter 16^{am} ⁊ 17^{am}. ¶ Et 18^{m} in
ter 17^{am} ⁊ 18^{am}. ¶ Et 19^{m} inter 18^{am} ⁊ 19^{am}. ¶ Et 20^{m} iter
19^{am} ⁊ 20^{am} hꝫ ortum spondilẽ. Et horum nerui dorsi in ra/
mos in musculos dorsi eius oppositos: ⁊ in musculos coste
ruꝫ mendosarum: ⁊ in ramos sparguntur. Et par 21^{m} inter
20^{am} ⁊ 21^{am}. ¶ Et par 22^{m} inter 21^{am} ⁊ 22^{am}. ¶ Et par 23^{m} in
ter 22^{am} ⁊ 23^{am}. Et par 24^{m} inter 23^{am} ⁊ 24^{am}. ¶ Et 25^{m} iter
24^{am} ⁊ 25^{am} ortũ hꝫ spondilẽ. ⁊ horũ nerui in musculos di/
stribuunt ventris. Et in musculos dorsi: ⁊ qui supra renes
sunt. ¶ Et sex paria que sequunt vnũquodqꝫ ex suo orit spon
dili per foramen qd in eo existit: sed duorũ pariũ inferioruꝫ
ex neruis spondiliuꝫ renum rami multi ad partes crurium
transmittunt cum quibus rami tertij paris: ⁊ ramus etiaꝫ pri
mi paris ex eis que sequunt: verũtñ isti nõ transeunt iunctu
ram anche: sed in eis sparguntur musculis. Et nerui redeun
tes ad crura diuersis tendunt itineribus. Sunt enim ex eis
qui occultant: ⁊ sunt ex eis qui manifestant: ⁊ sunt ex eis q
submergunt sub musculis cooperti. Quidã enĩ transeunt
per supficiales: ⁊ qdã per pfundas: qdã per medias inter mu
sculos. Rami vo reliqui pmi paris: ⁊ nerui scdi paris ⁊ resi
dui rami tertij paris qui cũ neruis descẽdẽtibus ad crus nõ

De ner/uis venientibus vsqꝫ ad diafragma.

miscent in ptes dorsi ⁊ ventris partes illas oppositas distri
buunt. ¶ Ex tribus aũt vltimis spõdilibus tria vltima pa/
ria neruorum nascunt ita q eoꝝ p^{m} inter 27^{am} ⁊ 28^{am} spõ
dilẽ exit. ⁊ 2^{m} inter 28^{am} ⁊ 29^{am}. Et 3^{m} inter 29^{m} ⁊ 30^{am} ⁊
ex fine 3me spondilis neruus vnus egredit qui nõ hꝫ parẽ:
distribuunturqꝫ isti nerui in partes eis pximas: ⁊ anteriora
pectinis ⁊ in partes sicteris vesice ⁊ matricis ⁊ pãniculorũ
ventris ⁊ in partes virge. ¶ Anatomiã quoqꝫ venaꝝ ⁊ ar/
teriaꝝ hic ptermitto: qm̃ plenarie arteriarũ anatomia posi/
ta est in sermone 4°: ⁊ venarũ in sermone 5° ad quos pro no
ticia earum recurrendum est.

¶ De anatomia carnis in generali. Cap. vj.



Arnis substãtia est aquosa sanguinea mol
lis: ⁊ est mẽbrum cõsimile nõ sper/
maticum: sꝫ carniforme. De cuius gñone dixit
Ari. 2° de generatione aialium q caro genera
tur a frigido. Gal. vo voluit q caro generaret
a calido ⁊ humido. Et Aui. pma pmi dixit. eã fieri a calidi/
tate ⁊ siccitate. ¶ Propter dictã dissonantiã verboꝝ tollen/
daꝫ notent q Aristo. imaginatus fuit membra spermatica
gñari a valde forti caliditate que sic est fortis q assatiua par
tem materie subtilẽ euaporare faciens ⁊ resoluens: grossaꝫ
vo induratã relinquẽs. Et ideo diximus q hõ mẽbra in vte
ro fiunt: sicut lapides siue lateres in fornace. Et secutus est
eum Auer. colliget 1°. dixerunt tñ Ari. ⁊ Auer. mẽbra sper
matica de p accidẽs frigida fore: ⁊ hoc ideo: qꝛ ad resolõnẽ
partiũ subtiliũ calidaꝝ materie membroꝝ sequit ipsius mẽ
bri diminutio: ⁊ imaginatus est Aris. q carniformia mem/
bra fierent a calido diminuto nõ assatiuo: ppter cuius dimi
nutionẽ ipsuꝫ frigidũ vocauit calidi assatiui cõpõne: ⁊ sic p/
tulit carnẽ a frigido fieri: nõ qdem absolute: sed assatiui cali
di spermaticoꝝ generatiui cõparatione, hoc aũt calidũ car/
nis generatiuũ: qꝛ nõ excedẽs Gal. ⁊ Aui. vocauerũt calidũ
tẽperatũ a quo caro generat simul cũ humiditate: vt voluit
Gal. Qꝛ aũt Aui. dixit. simul cũ siccitate nõ absolute intelle
xit: sed cõparauit sectiuũ carnis ad sectiuum pinguedinis ⁊
adipis: qd respectu eius põt dici siccũ cũ fiat caro ab humi/
ditate tẽperata: sicut intellexit Gal. pinguedo vo ⁊ adeps a
multa fiũt humiditate: cuius cõpõne Auic. carnẽ a sicco fie/
ri ptulit. Et q caro a calido fiat humiditati iuncto pꝫ: quia
multiplicat in aialibus ⁊ corporibus calidis ⁊ humidis: nõ
aũt calidis ⁊ siccis, nec in frigidis cũ siccitate siue cũ humidi
tate frigiditas iuncta fuerit: ppter quod pꝫ q cõplexio carnis
calida est ⁊ humida. ¶ Aris. quoqꝫ vbi supra dixit. caro dis
soluit ⁊ minuit a caliditate. Sed 4ª pbleumatũ pbleuma.
7° dixit. q nõ dissoluit caro a caliditate, ppter quã cõtrarie
tatẽ vboꝝ ei⁹ notãt: q qꝛ caro fit a caliditate tẽperata: vt dcm̃
est: ideo põt dissolui a caliditate qdem quacũqꝫ: sed a multũ
intensiua ⁊ assatiua humidũ carnis eliquãte ⁊ ipsius subti/
le resoluente: sicut dissoluit caro in febribus ethicis ⁊ colli/
quatiuis: in qb⁹ dr carnẽ colliqri: nõ qꝛ vẽ colliquet: sic colli
quat pinguedo ⁊ adeps: sꝫ eius humidũ dissoluit ab illarũ
febriũ excessiua caliditate ipsi⁹ resoluẽte subtiles ptes cui⁹ re/
solone caro hũidi minuit vñ ⁊ colliqri dr. Et sic Aris. 2° de
gñone aialiũ intellexit. In pbleumate vo allegato itellexit.
q caro nõ dissoluit a calo .i. nõ eliquat va eliqtiõe q pingue
do ⁊ adeps a calo dissoluũt. ¶ In suba tñ ⁊ cõplone a pre/
dictis caro repit magnã hic diuersitatẽ in plus ⁊ minus sꝫ
ipsaꝝ spẽꝝ diuersitatẽ. Diuersificat .n. ab Haly. 2° theorice:
⁊ ab Auer. colliget 2° in tres spẽs. ¶ Et pma est carnis mi
xte cũ neruis ⁊ chordis .i. ligamẽtis: ⁊ q caro musculus siue la
cert⁹ dr: ⁊ istius quãtitas maior est in corpe quãtitate aliaꝝ
specierũ: ⁊ de ista inferius in caplo de musculis plene dice/
mus. ¶ Scda vo spẽs dicit caro simplex siue vt dixit Auer.
pura que nõ dicit sic: qꝛ sit vere ipermixta: imo in cõpositio/
ne eius sunt villi permixti: verum comparata ad pmã speciẽ
dictã potest dici simplex siue pura ppter paucitatẽ pmixtio/

De gñone carnis de necessitate snt Ari. G. &c. A. ⁊ coe concordat.

Quo caro a caliditate dissoluat.

Carnis tres sunt species.

nis cius respectu illius. Et hāc dixit Auer. esse minoris q̄ztitatis alijs speciebus. ¶ Tertia aūt spēs est caro glandosa. De carne musculosa dicet̄ in caplo de musculis. Et de glandosa in caplo de glandulis. ¶ In hoc aūt caplo restat vt dicat̄ de carne pura ꝛ simplici. De qua sciēdū est q̄ duplex est:

Caro pura siue simplex ē duplex.

vna que vere est simplex: ꝛ impmixta alijs substantijs que sm Gal. perithima siue infusa vocat̄: ꝛ dicit̄ infusa: q2 frequenter humiditatibus infundat̄: quā qdā corrupte carnez vocant ꝛ cōfusam. Et talis est caro multoꝝ visceꝝ vt pulmonis epatis splenis renū intestinoꝝ ꝛ filiuz. Et hanc quidez dicunt. spēz cōdistinctā alijs tribus speciebus dictis. Auer. tn̄ hanc carnē sub specie carnis glādose cōprehēdit. cū dixit. huius spēi est caro que est intestinoꝝ. De hac tn̄ carne viscerū satis dictum est in precedentibus sermonibus in suis locis. ¶ Alia est caro que lz vocet̄ pura ꝛ simplex: nō tn̄ sic est vere: sed est pmixta villis nervoꝝ paucis: pp quos facta est sensibilis, quā extimauerūt qdā esse mediū sensus tactus. Et h̄ est illa que ingredit̄ cōpōnē musculi: de qua dixit Haly. q̄ est sicut caro que in coxis posita est in vnaquaqꝫ coxa ꝛ latere extraneo: ꝛ que etiam dicit̄ caro natis que nō est pars lacerti ꝛ est caro que de se nō mouet̄: q̄zuis moueat̄ motu aliorum. Et eius iuuamētū est. dixit Haly. vt sit velut culcitra supra quā requiescant ossa coxaꝝ sessionis tēpore. Et dixit. ꝛ est sicut caro que est in exterioribus ꝛ interioribus spine. Et q̄ ab interioribus spine necessaria fuit pp̄ter duas vtilitates. vna p eā calor augeat̄ spine cuti dominans cum sit in ea frigiditas. eo q̄ ꝯposita sit ex ossibus nucha ꝛ neruis: quorum oium nālis cōplexio frigida existit. Et altera est vt sit quasi culcitra ꝛ firmamētū vene cōcaue sursum ascēdētis ꝛ ptib⁹ arteriarū que ad inferiora descendunt. Que v̄o ab exterioribus est spine necessaria fuit: vt pari mō calefaciat spinam: ꝛ vt frigidi pellat aeris nocumētū: ꝛ maxie que inter spondiles posita est: ꝛ dixit Haly. ex ea est caro que est inter dentes: que qdē necessaria fuit vt dentium firmarent̄ radices: ꝛ a labefactione arcerent eos. Et dicūt. qdā hanc carnis spēm esse inter spēm carnis mollē tactui respectu carnis musculo se ꝛ glandose. ¶ Carnis aūt iuuamēta cōia sunt. dixit Pla.

De iuuamentis.

in Thimeo: vt Gal. refert pmo de vtilitate particulaꝝ carnē defensorium esse estuum hyemū, adhuc aūt ꝛ casuum sicut spondiles corporibus mollitiuis suauiter cedentes esse debent. Et carnē qdē intra seipsam habere estate qdē humectationē ꝛ resudationē. ab extra v̄o infrigidationez secundū totū corpus prebere ppriaz. hyeme v̄o egra ad instar ignis ad illata ab extra: ꝛ circūstante frigiditate tueri moderate. ¶ Dixit Gal. ibidē: qm̄ est velut defensorium qdā pressibilibus est caro rebus simili sermone nō indiget. apparet eniz ista sed qd calidū h3 in seipsa eam que a sanguine est humiditatem. supple. ēt sermone nō indiget: qm̄ notū est. Sed q̄ talis moderata humiditas qualis est ea que carnis p̄equaliter in vtriusqꝫ moderationibus. s. caliditatis ꝛ frigiditatis nequaq̄ꝫ multi cōcedunt. S3 si primū balneoꝝ meminero virtutem: deinde ꝛ ipsaz rei naturaꝫ exposuero forme credent. Necqꝫ eniz aliqd infrigidare magis sufficiens estu valde occupatus necqꝫ calefacere promptius valida frigiditate affectus inueniet qs p̄ter balneū humidū qdē natura moderate calidum humiditate quidē que ex caliditate nocuit remouet siccitatē: caliditate v̄o eam que ex gelu finit frigiditatez. ¶ Et dixit iteꝝ Gal. 12. eiusdē carnis composite vtilitates animali prebent̄. Cadēte enim vel aliter discumbente: ꝛ molle substraneū fit: percussio v̄o molle regimē: vulnerato v̄o premissoriū. ꝛ est calefaciens in frigiditate: ꝛ obumbrans in estu. Et est cooperimētū ad oēs p̄cipuas partes ad oē preiacens nocumentū carnosa genus. dicunt. caro. est locoꝝ mediorꝝ impletio que inter mēbra corporis existunt: ꝛ est ipsorum fortitudo qua sustentant̄: ꝛ defensoriuz ne adinuicem cōfricent̄ sine medio existētia. Et cū his ad plurimā facit habitudinis formā: vt enim patuit precedente natura in gñone embrionis facit sicut pictor qui prius suam figuram lineat: ꝛ deinde coloribus interlineat. ꝛ sic nā prius mēbra spermatica pducit que sunt sicut linee: ꝛ deinde intestina ꝛ spacia q̄ sunt inter ipsa replet carne. ¶ Et caro qdē: vt patuit sermone pmo: q2 membrum non spermaticū: sed sanguineuz est. si deperditur vere regenerari ꝛ restaurari potest.

¶ De anatomia adipis ꝛ pinguedinis. Cap. vij.



Rassities vt dicūt videt̄ esse sicut genus quoddā ad pinguedinem: adipem: assungiam: sagimē ꝛ sepū. Et oia hec sub vnctuositate reponuntur. Et est sicut genus ad grassitiem ꝛ oleū: reperit̄ tn̄ sepius p vnctuositate, ꝛ ecōuerso. Et hēr dictarū specierū grassitiei vna ponit̄ pro alia: dicunt̄ tn̄ differre abinuicē: qm̄ pinguedo adeps ꝛ assungia pprie dicunt̄ dum sunt partes animalis viuentis. Et iste namqꝫ partes si abscindant̄ ab animali viuente vel mortuo: dicunt̄ sagimen vel sepum: ꝛ pprie qñ igne dissolute ꝛ colate seruant̄. Et dicunt qdam q̄ adeps ꝛ assungia si sint sumpte ex corpore humano aut alio animali nō ruminanti dicunt̄ sepū. Differunt enim sagimen ꝛ sepuz inter se qm̄ sagimen est comestibile ꝛ est humidius lenius ꝛ vnctuosius q̄ꝫ sepum. Sepū v̄o est siccius ꝛ durius ꝛ minus vnctuosū: ꝛ nō est comestibile. ¶ Et substantia quidem pinguedinis adipis ꝛ assungie est mollis humida. Est enim membrū cōsimile carniforme simplex pluribus impermixtū substātijs: cuius generatio est ex subtili ꝛ vnctuosa pmixtione sanguinis: ppter qd reddit̄ mollior ꝛ humidior q̄ꝫ substantia carnis. ¶ Dixit Gal. 16. de vtilitate particularū. q̄ adeps ꝛ pinguedo generant̄ ex eo qd est pingue in sanguine preter fuso ex subtilibus venis. ꝛ apposito sicut rob. Et 4° de simplici medicina dicit. pinguedo gñatur ex permixtione humidi a parte sanguinis cum ipsius aqueo. Et ppter hanc cām necesse est omnē pinguedinē esse membrum exangue non intellexit per hoc qd nō generet̄ ex sanguine: sed q2 generata non participat eo mediantibus venis ad ipsaz cōferentibus sanguinē pro nutrimento. ¶ Dixit Auic. pma pmi. capitulo de membris mēbra que carniformia vocant̄ generantur ex sanguine menstruo: sed tn̄ inter ipsa est differentia: qm̄ caro generat̄ ex sanguine spisso in cōparatione ad eū: ex quo generatur adeps ꝛ pinguedo: ipsa enim generant̄ ex aquositate ꝛ vnctuositate sanguinis: efficiens tamen pinguedinis adipis ꝛ assungie est caliditas diminuta que ppter sui diminutionē ab auctoribus frigiditas est vocata. Et vt sic dicūt pinguedinē ꝛ adipez a frigido generari ꝛ humiditatē aquosam vnctuosaz sanguinis a frigido in pinguedinē ꝛ adipem ꝛ assungiā cōdensari. Et signum huius dixit Auic. est quia dissoluit ea caliditas intelligens de caliditate intensa ignitarnam. caliditas remissa nō dissoluit ea sed cōseruat. Et quāuis adeps ꝛ assungia in calidioribus partibus corporis generent̄ q̄ꝫ pinguedo: ab interiori tn̄ calido siue intensiori frigido generant̄ q̄ꝫ ipsa: cuius signū est spissitudo substantie adipis ꝛ assungie maior spissitudie pinguedinis: que maior spissitudo intensiorē frigiditatē magis cōdensantē demonstret. Et signum etiā huius est q̄ in adipe ꝛ assungia nō reperit̄ aqueitas: sicut reperit̄ in pinguedine: qd non ex alio est nisi q2 adeps ꝛ assungia sunt magis coagulata ab intensiori frigido q̄ꝫ pinguedo que minus coagulata: q2 a minori frigido aqueitatez in se retinuit. Cuius humiditatis in pinguedine retente signū est: q̄ pinguedo posita in patella super ignem stridet: cuius stridor pcedit ab aqueitate illa cadente super patellam siccā ignitaz: sicut aqua piecta supra ferrum ignitū stridet: adeps v̄o ꝛ assungia: quia tali carent humiditate posita in patella sup ignē nō strident. Et vt sic ex dictis apparet q̄ cōplexio pinguedinis adipis ꝛ assungie in animali viuente respectu cutis frigida est ꝛ humida. Et q̄ adeps ꝛ assungia frigidior est pinguedine. ¶ Dixit Haly. 2° theorice pinguedo adeps amplior est super panniculos ꝛ sup mēbra

Quod adeps ꝛ assungia fiunt ab intensiori frigiditate q̄ꝫ pinguedo.

De cōplexione

De q̄ntitate.

neruosa propter eorum complexionis frigiditatem: humidum enim utile ⁊ vnctuosum quod in sanguine cũ ad membra peruenerit calida cibus illis est: ⁊ fit calori queadmodum igni oleum. Si aũt ad mẽbra coaguletur que ex neruorum sunt genere ⁊ panniculorum trãseat coagulatus sup illa propter cõplexionẽ eorum frigiditatẽ. Ideoqz inuenitur adeps sup zirbum multus: eo qꝫ huius membri maior pars sit panniculariũ pinguedo: que super carnem inuenitur non nisi super panniculos est qui lacertos operiunt propter cõplexionem panniculorum frigidam. Inter villos vero carneos non est eam inuenire: quoniam qui carnis inest partibus calor adipem liquefacit vnctuosam pasciturqꝫ ea queadmodũ ignis que in pingui. Uerũtamen adeps ⁊ pinguedo in multis calidis membris ⁊ locis corporis generari reperitur: sicut circa cor circa renes ⁊ inter ambas partes. Et in his locis nõ generatur ab efficiente calidiori siue minus frigido: sed soluz ratione finis. Ideoqz non prouenit ibi eius generatio actione mẽbrorum calidorum ibi existentiũ: sed fortasse actione aliquorum frigidorum membrorum in circuitu ibi locatorũ: vt panniculorum vel ossium ⁊ similium. ¶ Dixerunt quidam. adipẽ assungiã ⁊ pinguedinem superfluitates fore. ⁊ nõ membra viuentia. ¶ Et qꝫ si augetur in corpore non est earum augmentum uerum: neqꝫ proueniens actione crescitiue virtutis: sed solum per appositionem partis ad partem: sicut alique corporis augentur superfluitates: hi tñ a mẽtibus auctorum recesserũt. Et ideo tenendum est qꝫ nõ sunt superfluitates: sed membra viuentia nutrimentum recipientia: sicut alia mẽbra: ad que non terminantur vene ex coactione virtutis crescitiue augmẽtum recipiũt verũ. ¶ Et adeps quidem ⁊ pinguedo sunt colore albe ⁊ sunt insensibiles. Aut. ii. Gal. vbi supra neqꝫ adeps indiget neruis cũ ad instar oculi pinguis posita sit mẽbranosis ⁊ neruosis aialis particulis: similiter neqꝫ pinguedo indiguit cũ sit ad instar oculi permixta sit inter partes carnis: ⁊ sub cute similiter neqꝫ assungia cum etiam sit ad instar oculi interius locata circa renes ⁊ intestina: ⁊ a carne sit oino separata. ¶ Dixitqꝫ Gal. ibidem pinguedo ⁊ adeps facte sũt ne mẽbra exiccationẽ patiantur: ⁊ ne cito indurentur in cibationibus longis laboribus vehemẽtibus ⁊ estibus fortibus: ⁊ similibus: quã exiccationem phibent: quia sua vnctuosa humiditate illa irrorant ⁊ humectant. ⁊ dicunt. animalia velocium motuum ppter hanc causam: circa cor ⁊ renes pluri abundant pinguedine. Et ideo dicunt quidam. onagrum inter cetera animalia habere cor pinguissimuz. ¶ Dixit Alm. vtilitas partis adipis ⁊ pinguedinis est super panniculos: ⁊ membra exilia vt illa infrigidet ⁊ temperet: eaqꝫ humectet humiditate vnctuosa. horum enim complexio sicca est membrorum acceleratqꝫ ad ea siccitas ⁊ desiccando ea minus fit motus ⁊ obuia fiunt calori nimio: ⁊ cibi abstinentie. Et dicunt quidam. est etiam eis alia vtilitas: quoniã mẽbra circũstantia sustentant ⁊ ad actiones fortificant.

Adeps assungia ⁊ pinguedo sunt mẽbra viuẽtia.

De opõne

¶ De anatomia musculorum in generali. Cap. viij.

Caro musculosa siue musculus ⁊ caro lacertosa siue lacertus pro eodẽ supponunt mẽbro. Et dicitur musculus. i. paruus mus. qm̃ vt patebit similitudinez habet parui muris. Et dicitur lacertus: qꝛ similitudinem lacerti animalis habet: vt ⁊ etiam patebit. ¶ Musculus est membrum cõsimile non simplex sed cõpositum ex tribus substantijs diuersis: quaruz vna est carnis forma siue sanguinea: ⁊ alie sũt spermatice. Et ppter huiusmodi compositionem dixerunt. põt musculus vocari ⁊ poni fore membrum organicum: ⁊ maxime qꝛ instrumentuz est aie non nature. vt dicitur. ¶ Dixit Gal. in tegni musculi sũt cõpositi ex simplici carne ⁊ neruis: per neruos itelligens neruos veros ⁊ ligamẽta que vt supra patuit. possunt vocari nerui ppter similitudinem ibi dictam quã habent ad neruos. Dixit Gal. pmo musculum ex carne neruo ⁊ ligamento cõponi dicimus. Et Haly. 3° theorice. dixit. lacertus est corpus cõpositum ex carne neruis ⁊ ligamento: ⁊ addidit operimẽtum qd̃ illud circundat non intelligens qꝫ operimentũ sit de substantia musculi: sed sic dixit. qꝛ lacertus sine operimento suo nõ potest ex corpore neqꝫ ab eo separari. Et ppter hanc cãm etiam Auicẽ. pma pmi. posuit panniculum inter componentia musculum. cum dixit. musculus est membrum ex neruo ⁊ ligamẽto: ⁊ pro idest villis ⁊ carne replente ⁊ panniculo cooperiente compositum. Maior enim pars: ⁊ vt pꝫ ad sensum est caro. Et vt dixit Auer. est caro rubea. Et post carnẽ est ligamentũ. Et neruus est minor pars ipsius. ¶ Et modus compositionis musculi est. Nam ligamentuz ⁊ neruus ad villos minimos ⁊ visum effugiẽtes diuiduntur. Inter quorũ interstitia villi carnis: similiter ad vltimam paruitatẽ deducti ⁊ inserti replent. Et in hac compositione ad tantam diuisionẽ oẽs ipsi villi deducti sunt, qd̃ plim vni⁹ plim alteri⁹ contingit: ita qꝫ in composito alter nõ potest ex altero discerni: sed quelibet pars cõpositi recipit denominationẽ totius vt quelibet pars musculi signata dicatur, ⁊ sit musculus. Ex predicta diuisione multa dixerunt quidam. ipsum vocari lacertum quasi laceratum in diuisione componentium. ¶ Et ad musculum quidem perueniunt vene ⁊ arterie portantes ei virtutem naturalem ⁊ vitalem. ¶ Et villi quidem ligamẽti ⁊ nerui sic ⁊ carne inter repleti in musculo vsqꝫ ad ipsius finem procedunt. ¶ In predicta tamen compositione diuersificati sunt musculi abinuicem quando omnes carne ⁊ neruis veris compositi sunt, ⁊ ppter neruos cõponentes facti sunt sensibiles: non tñ facti sunt acuti sensus ne nimijs motibus doloribus cruciarentur: sed tamen non oẽs ligamẽtis compositi reperiuntur. Dixit Haly. in quorundã compositione caro nerui ⁊ ligamenta non miscentur: de neruis intelligens in quãtitate notabili. Et ideo quidam eoruz carnei sunt a loco in quo incipiunt vsqz ad locum ad quẽ finiunt. Et sunt illi in quorum extremitate chorda cõsolidata ⁊ non protensa oritur sicut sunt lacerti qui supra ventrem sunt.

¶ Dixit Auer. quidam lacerti sunt: quorum caro non permiscetur cum neruo: per neruum intelligens ligamentum. Dicunt enim. qꝫ omnes musculi qui nõ terminantur in chorda. nõ componuntur ex ligamentis: propterea qꝫ non eguerũt firmitate magna: sicut alij. Et propterea: vt dixit Gal. in tegni. ponens compositionem ligamentorum: vt supra habitum est non nominauit ligamentum. Et dixit Haly. qꝫ ex eorum extremitatibus quoddam oritur corpus qd̃ chorda vocatur: ⁊ sicut in suo dicetur capitulo. ¶ Et est substantia musculi mediocritatẽ tenens in duritie ⁊ mollitie: qꝛ non est mollis sicut caro, neqꝫ dura: sicut neruus ⁊ ligamentum ⁊ flexibilis est ⁊ contrahibilis: ⁊ est extensibilis siue relaxabilis pp iuuamenta q̃ dicentur. ¶ Et cõplexio qdẽ musculi consideratis portionibus cõponentiũ relinquitur calida ⁊ humida: qꝛ vt dictũ est in cõpositione eius partes carnose predominantur ligamentalibus ⁊ neruosis. Qꝫ aũt dixit Gal. 3° affo. in cõmento affo. egritudines vo in pluuialibus ⁊c̃. qꝫ mẽbra motus de quibus sunt musculi quãto sunt sicciora tãto sunt fortiora: nõ dz referri ad siccitatẽ preter nãm. Nam talis siccitas reddit instrũa motus debilia, ⁊ ad mouendũ inepta: sz dz referri ad cõplexionẽ nãlẽ: in qua cõplone lz musculi sint hũidi: sed quãto in eo sunt magis sicci siue minus humidi tanto ad mouendũ aptiores ⁊ fortiores existũt. ¶ Quãtitas aũt musculorum in corpore magna est, ⁊ superans quãtitatẽ oium aliorũ membrorum ossibus exceptis, fm tñ singularitatẽ eorum abinuicẽ quãtitate differunt: qm̃ vt dixit Haly. quidam sũt magni, sicut qui ad magna mouenda mẽbra deputati sunt vt lacerti ossi anche superpositi, ⁊ ossi femoris ⁊ similes. Et quidã sunt parui qui ad parua deputati sunt mẽbra mouenduz sicut lacerti palpebrarum ⁊ q paruas disgregationes mouent ppter quorum paruitatẽ multi eos exponentiũ nõ agnoscentes pertransiẽt. sup. ⁊ quidã sunt mediocres in medio

De subã.

De cõplexione.

De quãtitate.

titate:tñ multũ habẽtes distantiã in plus ⁊ minus. ℂ Dixit Haly.musculi magnitudo est ſm mensuram mẽbri qđ ꝑ ipsum moueri oꝫ. Si ergo qđ mouetur mẽbrum magnum erit ⁊ grossum sic ⁊ musculus mouens cum magnus erit ⁊ grossus:⁊ ecõuerso musculus qui paruũ mouet membrum paruus est ⁊ subtilis. Et dixit Haly.qdaꝫ lacertoꝝ sunt tenues vt qui vẽtri suppositi sunt.sup.⁊ qdã grossi:⁊ qdã me diũ tenẽtes.

De nũero ℂ Et dixit Haly.ꝙ musculi q in toto corꝑe reperiunt̃ scdm ſm Galenum numerati fuerunt diuisim qngenti ⁊ viginti nouẽ inuenimus. Et idem dixit Auer. quorum.45.sunt in facie:de quibus viginti quatuor sunt deputati ad motũ oculorũ ⁊ palpebrarũ ⁊ duodecim ad motum mãdibule inferioris:⁊ nouem ad motum aliarũ partiũ faciei que volũtarie mouentur:quorũ. 9. vnus est qui est sub cute frontis:cuius auxilio magna fit oculi apertio : ⁊ duo sunt qbus nariũ mouet̃ extremitas:⁊ duo q supius labiũ mouent sursum.⁊ duo q labiũ inferius deorsum mouẽt. Et duo q mouent maxillas:⁊ qui linguã mouent sunt.9.⁊ gulam ⁊ epiglotũ mouẽtes sunt.32. Et musculi mouentes collum ⁊ caput sunt.23.quorũ quidaꝫ mouent caput solum:⁊ quidã cum capite collum ⁊ spatulã mouentes in omni latere.7. Et ab vnoquoqꝫ ẽt latere sunt quatuordecim mouentes adiutoriũ:⁊ sup adiutorio ab omni latere sunt quatuor. Et in vnoquoqꝫ brachio sunt.17.quorũ.10.sunt in parte siluestri:⁊.7.in parte domestica mouẽtes manũ : ⁊ in vnaqꝫ manu ab vnaquaqꝫ parte sunt.28.a qb⁹ digiti mouent̃. Et pectus mouentes sunt.8.⁊.7.musculi:quorũ dilatant qdaꝫ ipsum ⁊ qda cõstringunt. Et dorsum mouentes sunt.98. Et 8.qui sunt locati super vẽtrem ⁊ mirach. Et ad motum testiculorũ quatuor sunt locati:⁊ quatuor ad motũ virge. Et vnus est qui collũ vesice cõstringit. Et quatuor sunt ad motum longationis. Et mouentes coxam sunt.26. supra ipsas locati. Et mouẽtes crura sunt locati in ipsis coxis.20. Cruribus vero suppositi sunt.28.ad mouendũ pedes:⁊ quosdã eorũ digitos. Et super pedes sunt. 22.locati ad motum reliquorũ digitorũ.

De forma ℂ Et forma quidẽ musculi est oblonga cuius pars media grossior est extremis extremũqꝫ primũ qđ est principiũ sui ortus:⁊ dicitur caput musculi grossius est extremo alio:ad qđ musculus terminat̃:⁊ dicitur finis siue cauda musculi. Et ꝓpter hanc figurã:quia similis est figure parui muris:vt dictũ est:est musculus:⁊ qr est similis lacerte dictum est hoc mẽbrum lacertus. In hac tamẽ figura diuersitatẽ habent musculi adinuicẽ. ℂ Dixit Halya. diuersi figura sunt lacerti:quoniã eorum ſm ꝙ oportebat diuerse facte sunt figure:⁊ ſm membrorũ ossa quibus superpositi sunt:quidã nãqꝫ velut triangulati sunt:vt qui super pectus sunt:quidam rotũdi:vt qui circa vesicam ⁊ circa pedẽ:quidam oblongi:vt qui sunt supra ventrem. ℂ Alman. tamen dixit.ꝙ figure eorũ ſm suorũ diuersitatem locorũ prout eis necesse est diuersificãtur. Et musculus. Dixit Halyab.est positus super ossa illis astrictus ligamẽtis ab illis ossibus originẽ trahẽtibus. ℂ Dixit Gal.in tegni.musculi sunt oĩbus ossibus circũuoluti:qr nullũ est os qđ non circũuoluatur

De situ. musculis vel ꝓportionali musculis. Et intellexit de ossibus facientibus ad esse corporis. Nõ aũt de faciẽtibus ad bene esse qualia sunt dentes q non sunt musculis circũuoluti. Et ꝓportionalẽ intellexit cutẽ que operiunt̃ ossa cranei in locis vbi nõ sunt musculi. ℂ Dixit Auer.colliget prio. musculus ꝓprie induẽs est ossa.supple.tu aut ꝓportionalẽ ossi vt cartilaginẽ:vt patebit de musculis palpebraꝝ. ℂ Dixit Al. situs musculi est in parte versus queꝫ motus mẽbri ab ipso mouẽdi fit. Et iđ:vt dixit Halyab.positione differũt : qm̃ q ad mouẽdũ in rectũ parati sunt aliqđ mẽbrũ vbi est dilatatio ⁊ constrictio recta est super mẽbri longitudine positio eoꝝ.supple.⁊ qui ad obliquũ parati sunt mouere mẽbrũ:⁊

De ogine positio eoꝝ obliqua ẽ. ℂ Dixit Gal.ꝑmo motuũ lacertoꝝ. Et ponit̃ a Rabi in ꝑma ꝑticula suoꝝ afforis. sicut oẽs modi motuuꝫ lacertoꝝ sunt quatuor:quoꝝ vnus est retractiuus:⁊ alius intensiuus.⁊ tertius est aggregatiuus.⁊ quartus tẽsus spissus. Et motus lacerti ad suũ ꝑncipiũ est retractiuus siue coadunatiuus. Et Moyses ait ibidẽ.sumarie colligi ex dictis Gal.de dictis quatuor motibus ꝙ volũtas cũ mittat virtutẽ aialẽ ad neruũ versus lacertũ suũ volẽs plicare aliqđ mẽbrũ retrahit̃ lacertus versus suũ ꝑncipiũ ⁊ statiꝫ plicatur mẽbrũ. Et silr qñ voluerit ꝙ extẽdat̃ mẽbrũ ⁊ erigat̃ ⁊ tẽdit volũtas illud mẽbrũ cũ lacerto sibi opposito als.extendit illũ lacertum cũ neruo opposito ⁊ tendunt̃ simul. Et cũ cessat operatio voluntatis vl̃iter neqꝫ mittit ad lacertum virtutẽ omnino remanet lacertus similis rebus alijs cõgelatis ⁊ tẽdit cũ suo osse cui adheret ꝓpter sui ponderositatem nãlẽ ad inferius tanqꝫ mortuũ. Et hic motus nõ denominatur ab illo lacerto:nec ex operatione illius lacerti procedit:⁊ nec inter mot⁹ voluntarios cõputat̃. Sed motus extẽsiõis est volũtarius:⁊ est motus in lacerto ꝑ longitudinẽ. Cum itaqꝫ voluntas voluerit extendere mẽbrũ plicatũ facit cessare virtutẽ aialẽ a lacerto qui se extraxerat ⁊ mittit eandẽ virtutẽ ad lacertũ sibi oppositũ:⁊ statim plicat̃ ille opposit⁹ ⁊ extẽdit̃ ꝑmus q mẽbrũ plicauerat:qr nõ remanet in eo virtus ꝓhibẽs. Et cũ voluerim⁹ sũmã mẽbri tensionẽ:operat̃ tunc virtus aialis extensionẽ in sũmo. ℂ Dixit Almã.cause mẽbroꝝ ꝙ volũtario mouent̃ motu musculũ hꝫ quo mouetur. Finis enim musculi ipsius vtilitatis fuit vt mediante chorda a musculo orta mẽbra motũ haberẽt. Qr si mẽbruꝫ ad partes mouet̃ ꝯtrarias.dixit Alman.musculos hꝫ silr:⁊ ab vnoquoqꝫ quoꝝ ad suã trahit̃ partẽ:qñ vnus tñ mouet̃ ⁊ musculus cõtrarius a sua quiescit actione. Cũ aũt qlibet musculus in situ ꝯtrario positus suã sil̃ ꝑfecerit actionẽ:mẽbrũ tũc erectũ erit in nullã declinãs ꝑteꝫ.v̇.g.man⁹ cũ a musculo q est in domestico brachiũ trahit̃ iteri⁹ curuat̃. Si v̇o a musculo in siluestri posito exteri⁹ flectit̃. Si v̇o ab vtroqꝫ equal̃r trahat̃ inter illos manebit erecta. ℂ Dixit Auicen. ꝑma ꝑmi.mot⁹ volũtarius mẽbris nõ cõplet̃ virtute.s.motiua ⁊ spiritu aiali.s.motiuo ex cerebro illis neruis mediantib⁹ aduenĩẽte. ℂ Dixit Gal̃.vbi supra.⁊ sil̃r ponit̃ a Rabi. supra.ois lacertus q plicat aliqđ mẽbrũ plicat illud cuꝫ est extensuꝫ. Et mẽbrũ qdẽ plicat̃ per lacertũ interiorẽ ⁊ extẽditur ꝑ exteriorẽ. Et iđ si incidat̃ aliqs eoꝝ cessabunt ipsi duo motus sil̃:qm̃ nõ remanet retrahens ⁊ extẽdẽs:sed tñ remanet in vnã positionẽ ſm lacertũ euadentẽ qui operat̃ illã positionẽ. ℂ Et operatio qdẽ lacertĩ nõ solũ in vigilantibus ⁊ dormiẽtibus demonstrat̃:vnde Gal̃.vbi supra.ait.figure inter vltimã figurã ⁊ mediã sunt ꝓprie mẽbroꝝ nostroꝝ dum dormimus. Et operatio lacerti non cessat in eis:sed in dormiente ex ebrietate.aut forti labore:aut defectione oĩa mẽbra corporis sui sunt dissoluta sũma dissolutiõe.in sanis v̇o lacertus est in figura media:⁊ mẽbra sunt ꝑfecte qeta. ℂ Et dixit Gal̃.in 2° eiusdẽ.⁊ ponit̃ a Rabi ibidẽ.qui cõseruat in manu dum dormit aliqđ significat manifeste ꝙ mot⁹ retractiuus remansit in lacertis digitoꝝ collectoꝝ supra paruum corpus. Et cõiunctio maxillaꝝ tempore somni sanoꝝ signat verã operationẽ retractionis lacertoꝝ ipsarũ. Et sil̃r significatur lacertus circũdans expulsiuũ supfluitatũ cũ oꝑonem suã valida virtute in dormientibus operat̃. Et dixit Gal̃.in ꝑmo eiusdẽ.⁊ ponit̃ a Rabi ibideꝫ.quilibet lacertoꝝ defert os sibi cõiunctũ:ac si deferret lapidem. Et dum existit fortis nõ fatigat̃ ex eo. Et multotiens ẽt nõ sentit pondus eius ẽt sensu modico:sed cũ est debilis sentit pondus eius:⁊ grauatur eius pondere adeo ꝙ desiderat eius dispositionẽ a ꝑte ⁊ affectat mouere illud de figura in figurã. Et hoc est qđ egꝝ ꝓuocat mutare figurã mẽbroꝝ suoꝝ in tempore minimo:⁊ nõ ꝑmittit tenere in figura vna membra sua:quãuis motus habeat fieri per neruum:nõ tamẽ dixit Aui.vbi supra.erat cõueniẽs vt nerui ossibus cõtinuarent̃:quãuis sint ꝓ certo mẽbroꝝ nobiliũ radices in motu:⁊ hoc ꝑꝑ itẽtionẽ ꝑmã.s.

quia ossa

q: oſſa ſunt dura ⁊ nerui ſunt ſubtiles.i.molles: ⁊ molle a
duro lederet: vt ſupra habitum eſt: ꝓpterea miſericorditer
egit deus ⁊ ex oſſe rem neruo ſimilē extraxit: que ɔiunctio
ligamentū vocat: ⁊ ipſaꝫ neruo adiunxit: ⁊ ex eis q̄ſi recte
faciendo: quaſi rem vnā effecit. Et propterea ꝙ corpus ꝙ
ex neruis ⁊ ligamētis cōponit promptius fuit ſubtile: qm̄
corporis nerui augmentū cū ad mēbra peruenit nō eſt tm̄
qȏ ab ipſius corpore ⁊ groſſitie cū eſt in ſui ortu remouet
tante longinquitatis: de qua ſit curandum: tunc ſi neruus
mēbroꝝ affirmaret in ſua corporeitate poſt exiſtentibus: ⁊
ꝓpterea cū diuidunt ⁊ partiunt ⁊ ramificant in membris.
Et ſi qdeꝫ illud qȏ ex eis accidit vni mēbro elongat eſſet
in hoc corruptio manifeſta: quapꝓ ſua ſapientia deus ipm
gubernauit groſſitiē ei tribuēdo que ꝯuenit ex eis: ⁊ cor-
pore ligamēti compoſiti villoꝝ ɔfuſionē: quoꝝ vacuitates
impleuerunt. ⁊ hoc ipm pāniculo texit: ⁊ hoc cōpoſitū: vt
ſupra patuit eſt muſculus. ℂ Et dixit Gal. p° motuū lacer-
toꝝ. Et ponit a Rabi vbi ſupra. lacertus manuū ⁊ pedūꝫ
⁊ faciei cū tendit fit gibboſus ꝓꝓ duritiē oſſiū ſub eo exi-
ſtentium faciens eminentiā in medio coadunationis: ⁊ dū
ſoluit ⁊ retrahit applanat. Et accidit lacerto pectoris ⁊
ventris ɔ̈rium huius: q: hic cū tendit applanat: q: reperit
ſub ſe corpora mollia qbus cōpreſſis tpe tenſionis abſcon-
dit gibboſitas in locis ɔcauis. Et cū laxat fit gibboſitas: ⁊
q: apparet eius eminētia ⁊ egredit. ℂ Almā. prius nume-
rauit oēs motus qui fiunt in corpore nr̄o. Et dixit. motus
voluntarij q fiunt in corpore nr̄o. hi ſunt. ſ. motus q eſt in
cute frontis motus oculoꝝ ⁊ palpebraꝝ ⁊ motus ſumita-
tis nariū ⁊ labioꝝ: ⁊ motus lingue ⁊ epiglotis: ⁊ motus
mandibule inferioris: ⁊ motus capitis ⁊ colli ⁊ humeri ⁊
iuncture ſpatule: ⁊ motus adiutorij ⁊ brachij: ⁊ iuncture
focilium: ⁊ raſete ⁊ motus digitoꝝ: ⁊ vniuſcuiuſqꝫ iunctu-
rarū eoꝝ ⁊ motuſ mēbrorūꝫ que ſunt in gutture: ⁊ motus
pectoris qui fit in attractione aeris. Et motus virge ⁊ veſi-
ce qn̄ pro retinendo vrinā claudit: ⁊ motus ſumitatis recti
inteſtini qui fit vt ſtercus prohibeat exire: ⁊ motꝰ mirach
⁊ iuncture que fit in ancha ⁊ coxe ⁊ motus genu ⁊ motus
pedis cū crure ⁊ motꝰ digitoꝝ pedis ⁊ iūcturarū ipſoꝝ: ⁊
dixit. ſi oēs muſculos inueſtigare ⁊ diſtinguere voluerimꝰ
verbo ꝯueniemus ad illud ex quo nō magna ꝯuenit vtili-
tas. Nō enim poſſibile eſt vt muſculoꝝ forma ita audito-
rū mentibus noſtris infigat ſermonibus: quēadmodū in
venis neruis ⁊ arterijs: ſed in his ſcilicet muſculis frequēs
neceſſarius eſt viſus ⁊ ſtudium multum.

ℂ De anatomia chordarū in generali. Cap. ix.



Chorda a Gal. thenon vocat ⁊ dr̄ chor-
da: q: cū trahit inchordat ⁊ re-
trahit mēbrū ſicut chorda retrahit arcū: ⁊ eſt
mēbrū ſpermaticū nō ſimplex: ſed ꝑmixtuꝫ ex
villis neruoꝝ ⁊ ligamentoꝝ. Et chorde ortus

De poſi-
tione.

ex inferiori extremitate eſt muſculorum. ℂ Dixit Alm. ex
muſculoꝝ extremitatibus qȏdam oꝛit corpus qȏ chorda
vocat. Nā dixit Haly. ꝙ vbi neruoꝝ villi in muſculo cōpo-
ſiti ad inferiorē lacerti extremitatem perueniunt illic cū li-
gamēti partibus que erāt in muſculo ſigillatiꝫ carnis amiſ-
ſione: fitqꝫ ex eis corpus qȏ chorda vocat. ℂ Et Gal. dixit
p° de vtilitate particularū. Hi quos antiqui vocāt neruos
q mouēt mēbra tenātos ſunt: quoꝝ gn̄o eſt ex his diſſolui-
tur neruus ⁊ colligationibus rurſuꝫ ad ſeinuicē ɔuenienti-
bus. ℂ Dixit Gal. p° de motu lacertoꝝ. chorda mollior

De ſub-
ſta.

eſt ligamēto ⁊ durior neruo. ℂ Dixit Haly. chordaꝝ ſub-
ſtantia media eſt ligamentoꝝ ⁊ neruoꝝ. Eſt eniꝫ eius origo a ner-
uis ad lacertos cūtibus: ⁊ a ligamētis que ex oſſibus na-
ſcunt: remanſit itaqꝫ chorde ſub̄a terreſtris groſſa ⁊ ſicca
minus q̄ꝫ ſub̄a ligamentoꝝ. Jdeoqꝫ minus dura ⁊ magis fle-
xibilis: fortis tn̄ eſt ⁊ tenax. Et ex villis neruoꝝ ſenſibilita-
tē acq̄ſiuit: q̄uis non ſit ois chorda eque ſenſibilis: ſꝫ que-
dā plus ſm ꝙ plus participat neruoſis ꝑtibus: ⁊ quedaꝫ
minus ſꝫ ꝙ plus participat ligamētalibus. ℂ Dixit Aui.
chorde ſunt corpora que ab extremitatibꝰ oꝛiunt muſcu-
loꝝ ⁊ neruis ſimilāriū. Et ſunt cōpoſite ex neruis q ad la-
certos reuoluuntur ⁊ ligamētis ⁊ ab altera parte muſculi
egrediuntur. ℂ Gal. quoqꝫ. 12° de vtilitate ꝑticulaꝝ dixit.

De opera-
tione.

vbi neceſſitas fuit motus qui ſm electionē fit ibi ſunt liga-
menta ⁊ nerui. Neruus quidē illud qȏ ab excogitatiōe. i.
cogitatiua v̄tute preceptū eſt portans ⁊ motus ꝑnᵐ dans.
Ligamentū v̄o robur ad ſuſtinendū que mouent a neruis
prebēs: nō enim erat poſſe neruis ſolis vti potentibus exi-
ſtētibus mouere ⁊ transferre magna pōdera: ꝑmixti ergo
ex duobus oportebat ad aliqȏ motiᵐ orgaᵐ qȏ mō dēbat
eſſe neruo durius: colligatiōe v̄o mollius: ⁊ idcirco partici-
pare ſenſu minus tn̄ q̄ꝫ neruus: magis tn̄ q̄ꝫ colligator. Et
roboris ēt imbecillitate ⁊ aliaꝝ ɔ̈rietatum que colligatio-
nibus inſunt ⁊ neruis in medio exiſtere: ꝓpterea ꝙ partici-
pat vtriſqꝫ facientibus ipm ſubſtātijs que in cōpōne ad tan-
tā diuiſionē deducte ꝙ in ɔpoſito vna nō pōt ab alia diſcer-
ni vel ſeparari. Subdit eni Gal. nil alicubi ɔfundi pōt non
ɔfractū prius ad minimas particulas. incidere ꝙ alterutrā
ad ſubtiles ꝑnulos neceſſariū fuit: deinde eos adinuicē co-
pulare ad gn̄onē ſb̄e medij eoꝝ organi motiui: ⁊ ꝓꝓ eorūꝫ
ɔpōnē. nō ſimplex: ſed cōpoſitū chorda mēbrū eſt: ⁊ ꝓꝓ ip-
ſorū adinuicē in ɔpōne ɔfuſionē ɔſil̄e membꝝ exiſtit: quā-
cūqꝫ eni ꝑtē eius ſignaueris eſt ⁊ dr̄ chorda. ℂ Cuiꝰ cōplō
frigida eſt ⁊ ſicca: minus tn̄ q̄ꝫ ɔplō ligamēti ⁊ magis q̄ꝫ
ɔplō nerui. ℂ Dixit Haly. q̄ꝫtitas magnitudinis corpo-
ris chorde eſt q̄ꝫta magnitudo ligamēti ⁊ nerui ſilis: ⁊ mul-
tis locis corporis lacerti chordā: ⁊ inueni decuple q̄ꝫtitatis
corporis nerui ipſi lacerto in capite ɔiuncti. ℂ Ex quo in-
fert ad ɔpōnē chorde multo maiorē portionē ligamēti ve-
nire q̄ꝫ nerui: ⁊ dicunt. n. tres fore vtilitates ꝓꝓ q̄s ligamētū
cū neruo ad ɔpōnē chorde nā deduxit: quaꝝ vna eſt vt li-
gamētū ſua q̄ꝫtitate ſuppleat nerui paucitatē. ſcd̄a eſt vt i
ſenſibilitate excellēs ſenſus nerui quē oportebat multiplr
fatigari i motibus reprimeret. ⁊ 3ᵃ eſt vt duritie ⁊ fortitu-
dine ſua ɔfirmaret mollitiē ⁊ ibecillitatē nerui: ipotens. n.
eſſet ⁊ debilis neruus ſolus ad motionem opa exercenda.
ℂ Et numerus chordaꝝ in corpore fuit ſm numeꝝ neruo-
rū in corpore receptoꝝ. ℂ Dixit Haly, chordaꝝ figura va-
ria eſt quēadmodū ⁊ ligamētoꝝ: ſunt. n. eaꝝ quedā rotun-
de: quedā late: ⁊ q̄dā ampliores ⁊ tenues ⁊ pāniculoꝝ ſili-
tudine. ℂ Dixit. n. Gal. ꝙ oēs chorde nō ſunt rotūde ſicut
nerui oēs: ſed quedā eſt lata ⁊ quedā rotūda. Et rotūda q-
dē eſt dixit Haly. que illo eſt in loco quo lacertoꝝ oriunt
capitibus ꝓximoꝝ diſgregatio quā mouet. Et hoc iō fcm̄
eſt vt remotiores eſſent ab incōmodoꝝ ſuſceptiōibꝰ: latuꝫ
vero chordaꝝ ad ipm eſt qȏ diſgregationē ɔtinuat: qbus
neceſſariū fuit ipſaꝝ magnā iplectere ꝑteꝫ. ℂ Dixit Haly.
eſt oblonga ⁊ ꝓtendit quouſqꝫ extremitati inferiori mem-
bri qȏ ꝑ ipm moueri dꝫ ɔiungat. ℂ Situs. n. chorde eſt a
fine muſculi a quo exit vſqꝫ ad os membri qȏ dꝫ mouere.
Chorda enim dixit Gal. ɔiungit oſſi ⁊ ꝓcedit vſqꝫ ad ipm
iacens ſup carne molli q̄ ſuſtentat eā. Si. n. dixit ipſe 12° de
vtilitate particulaꝝ. feciſſet nā chordas ſolū abſqꝫ qȏ iple-
ret intermedias regiones ſub̄a molli velut ɔculcatiōe. alꝫ.
culcitra aliqua factura eſt ſede infallaci nō vtiqꝫ eſſet poſſe
ꝑnulos illos inquaſſabiles ⁊ infrangibiles cuſtodiri. Et ē
ɔculcatio ſiue culcitra hic ſimul frigiditatis ⁊ caliditatis
regimē ⁊ chorde ſubſtramē. Et chorda quidē v̄a ſingula-
ris non ſemꝑ ex ſingulari oꝛit muſculo. ℂ Dixit. n. Auer.
variant muſculi in chordis orientibus ex ipſis: qm̄ tales
ex ipſis ſunt ꝙ ab vnoquoqꝫ oriunt chorde due vel tres.
ℂ Et Halyab. dixit chordaꝝ quedā a duobus quedam a
tribus originē trahunt lacertis: quēadmodū groſſa chor-
da que venit ad talum. hec eniꝫ a duobus oꝛit lacertis. Et

Marginal notes, left column: De diſpōnes i egritudines. — Motꝰ voluntariꝫ q ſiunt i corpore.
Marginal notes, right column: De cōplōne. — De quātitate. — De ꝯplus — De nūero. — De figura. — De ſitu.

sunt ex lacertis qdē a qbus due oriunt̄ chorde: aut tres vl' plures: queadmodū medius septē lacertoꝝ q in anteriori/bus cruris positi sunt. ex eo. n. q̄tuor oriunt̄ chorde vt suo loco patebit: & sunt ex lacertis a qbus vna chorda orit̄. Et sunt ex lacertis a qbus chorda nō orit̄: queadmodū dixit Hal. q super anū sunt lacerti & sup vesice collū. Et dixit Gal. vt ponit̄ a Rabi in pͣ parti. lacertus mouēs linguā & mouēs labia & mouēs oculos nō inuenit̄ in aliquo ipsoꝝ chorda: qr nō mouent ossa. Et dixit Rabi s̄m magna mēbra mouē tur voluntarie: & ipsius ossa sunt imobilia nō indigētia chor dis ad motū ipsoꝝ. ¶ Opationes cordis nāles circa ali/

De iuuamentis. mentū sunt sicut alioꝝ ɔsimiliū mēbroꝝ. ¶ Juuamēta autē eius sunt ad mouendū p̄ncipalr̄. Dixit. n. Gal. 12° de vtilitate pticula. thenō pᵐ est motus organū musculus aūt gn̄atio/nis eius gr̄a fit: & sic musculus est mot⁹ instr̄m mediatiuū. ¶ Dixit Almā. mēbꝝ p chordā mouet̄ sic. colligit̄. n. chorda ad sue radicis partē. s. ad musculū retrahit̄: vn̄ totū mē/brū ad illā retrahit̄ partē ad quā colligit̄ musculus. ex par ua. n. retractiōe, quā musculus v̄sus partē sue radicis tra/bit fortit̄ chorda retrahit̄: & sic mēbrū cū sua totalitate mo uet̄. ¶ Dixit. A. iuuamēta chorde sunt vt sua retractione re/trahant mēbra pp musculi ɔ̄tractionē & ɔgregationē: & pp re trorsum reductionē. Et qn̄qȝ ēt laxat mēbra laxamēto suū: pp qd̄ musculus dilatat̄ cū ad suū redit situ: aut cū. s̄. mēsu rā quā sua hȝ lōgitudo: & s̄. dispōnē quā hȝ cū ī suo est nā li situ: addit hȝ ēt chorda vltra p̄dcm̄ iuuamentū p̄ncipale alīs vtilitates: q̄s ex suis ɔponētibus ɔ̄xit. Ait. n. Gal. p̄ d̄ vtilita. particu. vtilitas chordaꝝ est s̄m cōponētiū naturā. Eteni sentiunt & mouent & colligūt musculos ossibus. Et sentire qdē & mouere palā est: qm̄ a neruis hn̄t: colligere v̄o a colligationib⁹. ¶ Et Haly. dixit. chordaꝝ ex ligamē toꝝ acrioribus & neruoꝝ cōposita est vtilitas. Eteni earuȝ nāe est sentire & mouere & lacertos ligare cū ossib⁹. Et lo/quēs de vtilitatibus chorde nō p̄ncipalibus dixit. extensa chorda tribus necessaria est de causis. pͣ est vt mēbro det tact⁹ & iudicij bonitatē: vt dat chorda q̄ cuti medij palme subcernit̄. hoc. n. mēbrū organū datū est ad ꝓbādū oium que tenent̄ q̄litates. scd̄a ē vt duritiē pariter addat neruis & alijs mēbris: queadmodū est chorda que sub plantaruȝ cute pedū strata est. hec eni cutis cū diligētia tact⁹ necesse habuit duritiē hēre vt ei ad ambulationē esset tolerātia in duris & asperis locis. Et 3ͣ est vt operiret & ɔ̄fenderet ope rimēta oia: queadmodū que a duob⁹ latis oriunt̄ chorde lacertis ventris. hec. n. ɔsolidat̄ cū soliditate siphac super ventrē extensa augetqȝ eius consoliditatem.

¶ De anatomia panniculorum. Cap. xi



Panniculus pellicula tela cooptoriū opimētū mēbranā tegmē hymē: & siphac vocari reperit̄. Siphac tn̄ dupl' reperit̄ sumptū. Uno mō large ꝓ oī pā niculo. Alio mō stricte ꝓ solo pāniculo coope riente mēbra vētris inferioris: cuius ponet̄ anatomia ife/rius: pāniculus ēt duplr̄ reperit̄ sumpt⁹. vno mō ꝓ oī pan niculo. alio mō stricte pro extrinseca cute pāniculo sili alij

De substā. q totū cooperit corpus. ¶ Suba pāniculi grossa est & ter/rea nō simplex: sed ɔposita ex filis. s. neruoꝝ & ligamētoꝝ. Quā qdā dixerunt pāniculū cordis: & fortasse ēt capsulaȝ eius ex solis filis neruoꝝ esse ɔtextā. Qd̄ ɔfirmat: qr eorū generatio est aū ligamēti & ossis a quo ligat⁹ ꝓcedit gn̄ō/nē qlibet: tn̄ nō credit̄. Nā vt sic pāniculus ēt epatis & ce/rebri ex solis causaret̄ neruoꝝ filis: & cū ēt ante illoꝝ existāt gn̄ationē: & esset que pāniculus cordis & capsula eius nimis acuti sensus: & debilis ēt sube. Et p hoc aptus pati etiaȝ a qualibet levi cā. Sube aūt ipsa neruoꝝ & ligamētoꝝ in cō positiōe pāniculi ad tantā diuisionē deducta sunt: & sic adinui cē inuoluta & in modū tele ɔtexta q alterꝝ nō pōt ab altero discerni neqȝ signari siue diudicarī hoc neruū eē illud v̄o ligamētale: pp quā cām membꝝ cōsilr̄ ponit̄ quecūqȝ eniȝ pars pāniculi signata recipit denoiationē totius: & est que libet pars pāniculi pāniculus: q̄uis pāniculus s̄m q̄sdam suas opationes ɔsideratus possit vocari & poni mēbrū offi ciale: & est vere mēbꝝ spermaticū: veꝝ ex cōponētibus fa/ctū est forte & tenax & solidū ī soliditate & duritie q̄si mediū tenens ɔsilr̄ chorde: quāuis s̄m plīn reperiat̄ mollior ea. Etenim dicūt in ɔpōne pāniculi villi neruoꝝ s̄m plīn supe rant villos ligamētoruȝ pp qd̄ factus est pāniculus multi sensus. ¶ Quidā tn̄ ɔcedunt in quorūdā paucoruȝ ɔpōne villos ligamentoꝝ superare villos neruoꝝ: & sunt illi qui eguerunt pauco sensu facti plus pp ligare q̄ȝ pp sensum da re vel hēre: sicut sunt pāniculi ligātes ossa digitoꝝ adinui/cē. Et dicunt fortasse est reperire in corpore pāniculū ex so lis filis ligamentoꝝ cōtextum: euȝ. s. q iuxta iuncturas est pp ligare tn̄ talē scm̄ dolorē nō patiat̄. Ex quouis dictorū modoꝝ pāniculus ɔtextus sit ipse est flexibilis & plicabilis extensibilis & ɔ̄bibilis. ¶ Et eius cōplexio p̄ia p̄umi po/

nit̄ frigida & sicca: & media inter cōplexionē nerui & chorde: cū latitudine tn̄ magna: in qua vnus altero frigidius ma/gis & siccius poni pōt. In quo. n. villi neruoꝝ superantes sunt De cōpōne minus frigidus & minus siccus est: & ecōuerso. ¶ Et vt di/cunt. nō ueniunt ad cōpōnē pāniculi villi carnis vt non in grossaret̄ nec humectaret̄ nimis: imo factus est subtilis & levis nullā inferens mēbris grauedinē: ppea dixit Rabi in pͣ parti. oēs pellicule sunt in statu subtilitatꝭ & mollitiei. i. fle xibilitatꝭ. s. in gn̄e mēbroꝝ corpis. ¶ Dixit Haly. 2° theori pāniculi siue operimenta sunt corpora tenuia & dura neqȝ in toto corpore est iuenire mēbꝝ tenuius nec durius illis. Et facta est eoꝝ suba dura ne forte passionibus cito subij/ciat̄: & tenuitas eius data est vt multū occupent eius locuȝ ne alioꝝ artarent̄ loca mēbroꝝ. ¶ Est insup forma pāni/ De sofa. culi lata s̄m magnitudinē mēbri quod cooperit. ¶ Dixit Auic. pāniculi sunt corpora ex filis neruoꝝ ɔtexta nō sen/su percepta: & hic p neruos ēt intellexit ligamēta: quoruȝ spissitudo tenuis existit alioꝝ corpoꝝ supficies coopientia & ɔtinentia ea. ¶ Et pāniculoꝝ q̄ȝtitas: & ēt nūerus est s̄ȝ De quātitate. q̄ȝtitatē membroꝝ & ipsorū numeꝝ que cooperiūt. Sūtqȝ vt dicunt pāniculi duo p̄ncipaliores a qbus pāniculi alij oēs originē trahunt. ¶ Dixit Auic. pͣ p̄mi. oium iterioꝝ que sunt inuoluta pāniculis. ex 5° pāniculo pectus aut vē trē inferiorē cooperientiū nascit̄: sȝ eorū que in pectore sunt sicut dyafragmatꝭ & venarū & arteriarū & pulmonis. ori/go ex pāniculo est interiori q costas tegit & est pleura. Et mēbrorū qdē & veneꝝ que sunt in uentre inferiore pānicu li oriunt̄ ex siphac qui interius uentris cooperit. Qd̄ aūt dixit Aui. 13ͣ tertij. oia mēbra pāniculosa ɔ̄ hunc pānicu/lū a pāniculo cooperiēte musculos uentris intrinsecus. dȝ exponi ut dicunt a pleura. pleura autē est duplex. s. maior

& minor. Et maior est siphac: & minor est pāniculus iterior Pleura est duplex. pectoris ꝓprie vocatus pleura: & mō in dcis Aui. pleurā ma iorē explanās sub ea minorē ēt intellexit uel ut dicunt alij p oia pāniculosa mēbra intellexit ea tn̄: que sunt ventris interioris. ¶ Dixit Haly. mēbroꝝ quedā duo habēt ope/rimenta: & quedā unū tn̄: & que vnū hn̄t lacerti sunt. lacer toꝝ. n. quisqȝ unico operit̄ tn̄: vltime tenuitatꝭ circūposi/to operimēto circūdanti & ɔcludenti illū ex oī parte ɔglu tinato sibi: sic q neqȝ facile cito nudari & ɔ̄trahi pōt. Mē/bra v̄o qbus duo sunt operimēta sunt mēbra iteriora. cuiqȝ enim interioꝝ mēbrorū ambiens operimētuȝ est ipsi pro/priuȝ. Et sup hoc alio operimēto: nō tn̄ adherenti neqȝ cō/solidato: sed ab eo seiuncto: ita q inter ea seperatio est. Et istud operimentū seiunctuȝ: ut notāt alicubi est vnuȝ ut in cerebro & mēbris pectoris: & alicubi est duplex. vt. s̄. stōm supra queȝ est zirbus & siphac. ¶ Dixit Av. 2° de p̄tibus aialium. pāniculi q circa nobiliora sunt mēbra ut cor & ce/ De iuuamentis. rebꝝ fortiores sunt pp custodiā illoꝝ. ¶ Dixit Auer. colli. 2

panniculi fuerũt facti ꝑꝑ abscõdere ⁊ defendere: ⁊ ẽt sustinere mẽbra que sunt suspẽsa ⁊ retinẽt ea: q̃uis hoc iuuamẽtũ sit magis ꝓpriũ ligamẽtũ. ℭ Et Haly. dixit ꝙ pãniculi mẽbroꝝ necessarij fuerunt tribus de causis: vna vt aggregarent oẽs mẽbroꝝ ptes: ⁊ ab alijs seiungerent. 2ª est vt si aliqñ mẽbra allidant̃ ꝑꝑ motũ. sup. vel aliud: alia ab alijs nõ patiant̃. 3ª vt si aliqñ incõmodũ aliqbus accidat membris ad alia nõ trãseat. Et dixit. ꝙ ẜm opertimẽtũ mẽbroꝝ hñtium duo neciũm fuit vt vnũqḋqꝫ defenderet mẽbra ⁊ custodiret atqꝫ ligaret illis qbus vicinant̃. ℭ Dixit Aui. facti sunt pãniculi ꝑꝑ iuuamẽta: ex qbus ẽ vt sũma mẽbrorũ q̄ cooperiũt ⁊ ꝯtinẽt in sua figura custodiãt ⁊ factura. Et ex eis est vt ea ab alijs corporib⁹ suspẽdãt: ⁊ eis ãnectãt mediãtib⁹ neruo ⁊ ligamẽto q̄ fila fcã fuerũt: ⁊ ex quibus texti fuerũt vt renẽ dorso. Et ex eis vt mẽbra ẜm subaꝫ suã sensuꝫ nõ hñtia ꝑ ipsos hẽant supficiẽ sue eẽntie sentienteꝫ ꝙ illud qḋ ei occurrit sentit. ⁊ accñtalr̃ sentit qḋ in corpore accidit qḋ eis inuolutũ est: que mẽbra sunt epar pulmo renes splen. h̃ eñi in sua suba nullo mõ sentiunt: ⁊ neqꝫ sentit illud qḋ in ea ꝑcussionẽ facit nisi qḋ de pãniculis sup ea existit. cũqꝫ accidit in ea vẽtus aut apa sentit̃. Sꝫ tñ vẽtuꝫ sentit accñtalr̃ pãniculus ꝑꝑ extẽsionẽ que ꝯtingit in ipso. Apa võ sentit ẜm panniculi: ⁊ eius appẽsionẽ accñtalr̃: eo ꝙ mẽbrũ laxat̃ apatis grauitate. ℭ Et ex iuuamẽtis panniculi. dixit Aui. est vt vnũ mẽbꝝ vt lacertũ vnũ ab alio separet ne si alteri accidat nocumẽtũ alij cõicet̃: ⁊ ne motu ei⁹ ablato alter patiat̃ musculus. Et ex eis est vt separet inter mẽbꝝ durũ ⁊ molle ne ledat̃ molle a duro: sicut pãniculus inter carnẽ ⁊ os positus: ⁊ ex eis est vt ꝓseruet quedaꝫ mẽbra ab extrinsecis nocumentis: sicut cor p̄seruat̃ capsula ipsius. Et ex eis est vt intret cõstructionẽ alioꝝ mẽbrorũ: sicut kistis fellis vesice intestinoꝝ carne ꝯsimiliũ. Et ex eis est vt plura inuicem ꝯiungant mẽbra: sicut gingiua plura capitis ossa coniungit ⁊ ligat.

ℭ De anatomia cutis. Cap. xj.

Mel. abi.



utis sepe ab auctorib⁹ pellis vocat̃: cui⁹ suba media est iter terrestrẽ ⁊ aquosam cũ declinatiõe sui ad terrestreitatẽ. Et putauerũt qdã. ꝙ suba eius sit cõposita: cui⁹ ꝯpõ ex villis neruoꝝ est ⁊ carnis dominantib⁹ in ꝯpõne villis neruoꝝ supra villos carnis: q̃uis i qbusdam cuti ptibus plus: ⁊ in qbusdã minus: ⁊ in qbusdaꝫ medio mõ. In cute. n. labioꝝ est notabilis q̃ntitas carnis: ⁊ marie respectu cutis miracbãn q̄ est de carne minus: ⁊ cuti capitis ⁊ manus mediũ tꝫ inter p̄dictas. Et dicũt. ꝙ ps neruea in cute dominat̃. posita est cutis mẽbrũ spermaticũ. Et qa cutim ꝯponẽtia ad tantã diuisionẽ ꝑuenerunt vt nõ possit inter ea discerni nec de ipsoꝝ altero iudiciũ fieri ꝙ h̃ sit h̃ : ideo posita est mẽbꝝ cõsimile. qlꝫ. n. pars ei⁹ signata recipit dominationẽ totius: ⁊ ẽ vt dr̃ cutis lꝫ ipsa ẜm quasdã opationes ipsius ꝯsiderata posset dici mẽbꝝ officiale. Et facta est eius suba ex ꝑmixtione neruoꝝ fortis solida tenax ⁊ flexibilis: ⁊ i duritie ⁊ mollitie mediocris ⁊ valde sensibilis.

Alle. de iuuam. &c.

11° de vtilitate ptic. dixit Gal. q̄ q̄uis quibusdā aialiū diuisa sit lingua: vt serpentib⁹: hoībus aūt nō erat hoc melius: neq; ad masticationē: neq; ad locutionē: sed rōnabilr venit: sunt ⁊ puenerunt in vnū pticule. Euidenter tñ ex his est duplex. Non enim a dextris ⁊ sinistris puenit aliqs musculus vel vena vel arteria vel neruus: neq; ex singulis ad extra. s; vtriq; medietati eius p longitudinē cōiungunt vene pulsatiles ⁊ nō pulsatiles: ⁊ neru⁹ spāles. ¶ Et sub a lingue. dixit. A. est caro mollis alba quā cooperiūt vene parue intrātes sanguinee rubee ex colore eius: quarū alie sunt vene ⁊ alie arterie. Et in ipsa sunt nerui plures pcedentes ex neruis q̄tuor venientib⁹ ad ipsaz. s. ex neruis reuersiuis. Et sūt sub lingua due vene magne virides ex quibus pcedūt vene plures. Et vocant due ranine: q: colorē habēt silem colori viridi ranarū. Et dixit. in lingua est ex venis ⁊ neruis vltra q̄ credat esse in suo situ. ¶ Dixit. n. Auer. colliget pmo. sunt vene ⁊ arterie in ipsa ⁊ musculi. i. nerui in q̄ntitate maiori vltra q̄ sue magnitudini videat cōuenire. ¶ Et Haly. 3° theorice. dixit. q̄ eius caro spongie est silis: qm̄ est rara porosa. Et dixit. q̄ purus color carnis lingue rubeus minime est: immo alb⁹: sed color eius rubeus apparet: qm̄ vene ei⁹ subtiles sunt ⁊ sanguine plene ex quarū sanguine multus causat in ea rubor. ¶ Et est lingua coopta pellicula: de qua dixit Aui. q̄ cutis supficiei ei⁹ iferioris cōtinua est cū cute meri ⁊ interiori parte stomaci. Et cutis. s. dicta strata est. s. super supficiē lingue superiorē. Et pāniculus. s. qui est in circuitu eius coniunct⁹ est cū pāniculo toti⁹ oris vsq; ad meri ⁊ stomacū. ¶ Et dixit Auer. sub lingua sunt duo foramina inungētia vsq; ad carnē glandulosaz ipsius que posita est sub radice ipsius. Et Aui. dixit. q̄ ambo illa duo orificia ingredit stilus: hec aūt orificia Gal. poros vocauit: vnde vbi supra dixit: qm̄ qdē lingua desiccata difficile mobilis efficit: sicut in ardētis ostēdit febrib⁹. ⁊ eis dispōnib⁹ in qb⁹ tota lingue frixat humiditas. Jō mirabilr nā puidit vt nō facilr tali occupet passioniō sm̄ linguā alterutrinq; adenē vnū apposuit a qb⁹ pori per obliquas ⁊ iferiores ptes [illegible] eructuāt flegma humidū. i. humiditatē silem flegmatice hūiditati intingens linguā. Et in inferiora ⁊ lateralia ⁊ q̄ sunt in circuitu oris dis. Superiora aūt eius hñt poros qui a cerebro qb⁹ humectātur. s. mediāte hūiditate descēdente desuper. Et fuit sub a lingue lata ⁊ rara vt in ea ibiberet humiditas ab adenis predictis generata: ⁊ in ea digerat mediante calore sanguinis. Aui. tñ dixit. q̄ locus dictorū orificiorū noiat giratio saliue conseruans rorem lingue. Et dixit Gal. vbi supra q̄ lingue moles certitudinalr adaptat ori: vbiq; enim peruenit faciliter que si minor esset nō vtiq; hoc hrēt: Nos q̄ aūt pre ante gustatione qd̄ facilr reputo pateret magnitudine imoderatior existens. Et ipsa qdē fortis facta ⁊ magna sm̄ basiz firmitatis gratia. subtilis aūt sm̄ finē. i. cuspidem vt moueret cito. ¶ Et ipsa qdē alligata est ligamēto forti: de quo dixit Gal. vbi supra. ligamētū qd̄ ab inferius eius est nō paruam ostendit puidētiā. Nā cū vnusq;sq; musculorū trahere hēat p sui nāturam pprīū pn^m necessarium esse linguā a musculis attractā implātatis eis sm̄ radicē ad seipsos colligi: ⁊ quasi spericā fieri ab eis tensam: quare nō pueniret ad anteriores partes ⁊ labia: ⁊ cū hoc neq; sedem haberet infallacem vndiq; absolutez: ppter hoc igit nā preparauit ligamentū cuz admirabili quadā cōmensuratione. Si enim ad vlteriorem partē perueniret lingue: aut citra dentes cessaret deterius fieret vocis articulatio: nō minus quoq; ⁊ ad motū qui in masticatione impediret. Cōfert aūt ad ambo h̄. s. vt basis eius sit firmare vt finis faciliter pueniat vbiq;: at vo ⁊ si hoc modicū pcederet ligamētū hoc minus qdē: silr aūt ac si non oino fact⁹ fuisset necesse lingue. Si vo vsq; ad plūn perueniret nequaq̄ apud palatū: neq; superiores dentes: neq; multas alias particulas oris pmitteret extēdi. ¶ Dixit Haly. tote lingue ps que in ore est a superiori est manifesta: ab inferioribus aūt minime pars ois: sed illa tm̄ que a ligamentis trāsit que inter ipsam ⁊ maxillā sunt inferiorē. Nōnūq̄ autem intātū ptendūt hec ligamēta vt nō permittāt linguā varijs mouere motib⁹: necesse est tūc incidere ligamenta hec: ⁊ linguā a nimia soluere firmitate q̄ possit in omnes dilatari partes: ⁊ oris superiorib⁹ occurrere eiusq; lateribus. Et dixit. radix lingue continuatur oībus illi vicinantibus corpibus paucis exceptis indumēto cōi ipsi: ⁊ oībus reliqs partibus oris. ¶ Dixit Ar. 10ª pbleumatū. pbleumate 19° lingua nulli animaliū est pinguis: qm̄ dixit ipse: omne pingue est densuz spissuz: lingua aūt sm̄ nām est rara nō densa: ad h̄ vt humores discernat. i. sapores in humiditatib⁹ pcipiat: h̄ aūt nō posset facere si esset pinguis: qm̄ incidens pinguedo ⁊ densando linguā ⁊ eius panniculū gustatiuū velando eaz redderet imperceptibilē. ¶ Dixit Gal. vbi supra. ad omnez partē prompte mouet lingua ⁊ sm̄ animalis electionē ⁊ nō inuoluntarie. aliter nostrū nō esset masticare opus transglutire ⁊ loqui. Et ppterea a musculis motuz habuit. Et qm̄ versus palatum oportuit eam referri ⁊ iferius deferri: ⁊ ad latera circūducī: idō musculos oportuit habere multos aliuz ⁊ alium: aliaz ⁊ aliā lationē prebentes. Et ppterea ēt alios oportuit habere musculos ex superiorib⁹ partibus: ⁊ alios ex inferioribus: ⁊ alios ex lateralibus partibus eis implantari: pprīū enim est musculis singulum eorū versus eius pncipiū referre particulam: quare qui superius ei implantant superius habēt mouere eā: qui vero ab inferioribus inferius. Et qui lateraliter: silr lateraliter mouent eam. ¶ Dixit Aui. pma pmi. ca° de anatomia musculorū lingue musculi linguā mouentes sunt nouem. hz. n. binos ⁊ binos singulis motib⁹ seruientes: non eniz tanti ⁊ taz varij ab vno musculo motus possent perfici: duo ergo dixit Aui. sunt latitudinales ab additamētis sifaminis. s. spondiliū colli venientes: ⁊ cū duob⁹ ipsius laterib⁹ cōtinuant. Et duo longitudinales a supremo ossis laude nascētes qui cū medio lingue continuant ⁊ subintrantes ipsuz faciūt motū circūuolutionis lingue: sicut duo pmi a latere subintrātes tā faciunt motuz dilatationis eius. Et duo alij qui in trāsuerso mouentes nascuntur a latere qd̄ est inferius ex duob⁹ ossis laude lateribus ⁊ penetrant in linguā inter longitudinales ⁊ latitudinales. Et duo musculi linguā resupinātes ⁊ eā cōuertētes: quorū loca sub istorū locis quos noiauim⁹ existūt: ⁊ ipsorū villi iam expāsi fuere sub eis in latitudine: ⁊ cū toto osse mādibule cōtinuati fuerūt: pp quā cōtinuationē. dixerūt qdaz ipsos ab ossibus inferioris mandibule ortum habere vnū ab vna parte: aliuz ab alia. Et dixit Aui. in sūma musculorum lingue. noiavit quidā musculū solitariuz: qui inter linguam ⁊ os laude cōtinuat: ⁊ vnū ad aliud trahit: ⁊ non est longe: qm̄ musculus qui linguā ad exteriora mouet longitudinaliter moueat eam sic: inest enim vt in extensione in seipsū moueatur: queadmodū inest ei: vt in incurtatione in se ipsa moueat. ¶ Cā aūt diuisionis lingue in duas medietates est: vt si forte paralytica fiat vna medietas reliqua motū suum ⁊ sensuz nō amittat. Juuamēta vo lingue sm̄ Ari. 2° de aia duo sūt: ipsa. n. ɔgruit in duo opa nāe. s. in gustare ⁊ loq. ¶ Aui. vo tertij 6ª. ait. lingua est de instris ɔuersionis cibi masticati: est. n. sicut man⁹ molēdinarij mouēdo cibū. Et est icisio vocis ⁊ exctio lrarū. Et ad ipsaz ptinet discretio gust⁹. Et dixit. melior linguarū h̄z po^{em} loquēdi est illa q̄ cōmēsurata est in lōgitudine sua ⁊ latitudine q̄ est subtilis apd̄ extremitatē suā exteriorē. Cuz aūt lingua est magna. i. lōga ⁊ lata valde: ⁊ qui parua. i. breuis sicut spasmata hñs eā non

De sub.

Propter q̄d nulli aialiū lingua est pinguis.

Lingua mouet ad oēs ptē: nō musculos ad omnes mot⁹ necessarios habuit ⁊ fuerūt nouem.

De iuuamentis lingue.

est potēs loq.s.recte. Et silr dicūt q̄ q̄ hn̄t linguā nimis acu
tam aut nimis obtusam peccāt in formatione vocis.

¶ De anatomia colli faucium τ gutturis. Cap.xxxiiij.

Inueniuntur in libris auctoꝝ ista noia.s. collum ceruix
gula guttur faux τ larinx siue laringa. ¶ Et
collū qdē aliqñ sumit̄ large pro toto eo q̄ cōti/
netur inter caput τ spatulas:τ inter mētū τ tho
racē cū oib9 intus τ extra in circuitu existētib9 particulis.
Et aliqñ sumit̄ stricte.s.solū p partibus posteriorib9 dicta/
rū partiū colli large sumpti que a pte superiori incipiunt a
iunctura ossis cranei cū pma τ superiori spondili:τ termi/
nant̄ ad iuncturā que est inter septimā τ octauā spondilez:
ita q̄ ꝯtinet spōdiles septē τ musculos positos supra ipsas τ
τ in circuitu ipsaꝝ. ¶ Ceruix etiā duplr̄ sumpta reperitur:
vno mō pro capite toto:alio mō pro collo stricte sūpto. Et q
dā putauerūt q̄ ceruix dicat̄ de quadā mā carnosa s̄m lon/
gū alterutrimq̄ iacente imediate sup latera dictaꝝ spondi/
liū septē:q̄uis ēt s̄z eos iª substātia ēt iaceat sup latera alia
rū spondiliuz oium. ¶ Gula aūt duplr̄ sumpta reperit̄:vno
mō p oib9 partib9 anteriorib9 colli large sumpti:vñ Gal.
ait.pars anterior colli appellat̄ gula.ps vō posterior ceruix.
Alio mō solū p ptib9 colli large sumpti lateralib9.q̄ a par/
te posteriori terminant̄ ad partes musculoꝝ in collo stricte
sumpto positoꝝ mixta:quos vene τ arterie magne hincin/
de ascēdūt ad caput:τ a pte anteriori terminant̄ ad epiglo/
tū nodū:scilz sub mēto positū Gal. in 4° de interioribus di
xit.per gulā intēdo cōcauū qd̄ est sub ore vsq̄ ad extremuz
gutturis. ¶ Guttur quoq̄ silr̄ plurib9 modis di.6°.nāq̄ d
interiorib9 guttur est cāna pulmonis. Et dixit.cū nomino
istuz vocis itelligo cānā pulmōis gutt̄.s.siphac:τ siphac qd̄
est intra guttur τ intra cānam pulmonis:qd̄ siphac soliduz
est τ grossuz. Et ibidē ptes gutturis parisimata vocauit. A.
vero tertij 9ª dixit.per guttur intelligimus spatium in quo
sunt meatus anhelit9 τ cibi. Et de gutture sunt additio que
est vua τ due amigdale:τ gualamach. Et vt sic cōprehendit
q̄nq̄ particulas.s.pn̄m cāne:siue epiglotū.pn̄m meri.vuam.
duas amigdalas:τ elguasmach. Et pro istis etiā q̄nq̄ parti
culis sumit̄ pnostico 3° cōmēto.15°. Quinq̄ etiā reperitur
guttur sūptu pro aggregato ex epigloto τ meri:qd̄ in trāsi
glutione mouet̄ sursuz τ deorsuz:τ sic sumit̄ s̄m pma.ca°
de anatomia musculoꝝ gutturis. Et q̄nq̄ sumit̄ solū pro pn
cipio cāne pulmonis:vt tertij 9ª.caplo de sqnātia in lra gi/
rardi extra. ¶ Faux. vō dixit Gal.4° affo.in cōmēto affor.
Si a febre habito tumore nō existēte in faucib9 τc.est locus
vbi guttur τ meri versus os iungūtur:qui locus ore apto
bñ videri pōt certissime:de gutture aūt.s.sumpto p epiglo/
to nō talr̄ fit:q2.s.nō pōt manifeste videri ore apto. Isidor9
quoq̄ dixit:fauces dicunt̄ a scindendis vocib9:vel q2 ipsis
mediātib9:famur voces:τ pinde ēt faringe vocant̄. ¶ La/
rinx vō siue laringa.dixit Gal.7° de vtilitate particu.voca
tur bronchiū.i.trachee arterie caput:τ est epiglotum.

Vua a Gal.10.de vtilitate parti.gargareo:τ qdaz dicunt
gargaleo vocat̄:dicit̄ etiā ab ipso colūna de qua di
xit Aui.tertij 9ª.vua est substantia carnosa pendēs supra su
premā ptez epiglotis:sicut velamen pendet a palato supra
viā epiglotis:τ cartilaginē cimbalarē τ supra viā meri:τ est
eius sub̄a plena venis τ arterijs:τ est mēbrū in modū papil
le māmille superi9 amplū τ grossuz:τ inferius strictū τ acu
tuz:τ in q̄ntitate τ figura est satis simile grano vue:vñ vua
siue vuula dicta est. Et qdā dicūt q̄ existēs in parte superio
ri gutturis fere supra mediū meatuū declinat aliquātulum
ad partē anteriorē oris:ita q̄ plus pēdet supra meatū aeris
q̄z cibi:τ hoc iō vt pseruet plus a nocumētis mēbra pecto/
ris q̄z stomachū. Nō eniz habuerūt mēbra pectoris meatūz
per quē possit libere τ facilr̄ mūdificari:sicut habuit stoma
cus:quare maiori eguerūt custodia. Et ipsa qdē visu pende
re pcipit̄ supra radicem lingue apto ore:τ dimissa lingua.
¶ Ad eā aūt frequēter cerebri supfluitates dscēdūt. Et hoc
a qbusdā ponit̄ vnū de iuuamētis vue:qm̄ recipiēdo illas
supfluitates phibet eas ad pulmonē τ stomacū confluere.
¶ De alijs aūt iuuamētis.dixit Gal. vbi supra.gargareo cō
uenit ad pulchritudinē vocis:q2 facit ad modulationē ei9:τ
qm̄ stat supra foramē anhelitus:sicut digit9 fistulatoris su/
pra foramē fistule:vñ dixit Aui.vua est vt sit pcutiēs vocez
quo cōfortet̄ τ magnificet̄:quasi ipsa sit porta custodiēs su
per exitū vocis quātitate sua. Et Auer.2° colliget dixit.ap/
paret vt habeat intētionē in esse vocis. ¶ Dicūt.vua facit
ad magnitudinē vocis put magnitudo iportat perduratio
nē eius in longo spatio cū decore τ modulatione:vñ theo.
3° dixit Halyab.cā vue est magnitudo vocis τ decor:verūtñ
vue carentia facit ad magnitudinē.i.grossitiē vocis:q2 per
eius ablationē pōt plus de aere trahi:τ ad palatū reperc[illegible]
eua nō impediente. Et ob hāc cāz si verū est qd̄ dicit̄:plures
cantores iam vuā sibi abscindi fecerunt. Et dixit Gal. ibidē.
vua est vt incidat̄ prius q̄z ingredit̄ aer τ frangat̄ vehemen
tia impetus ei9:τ etiā frigiditas ipsius. Et Haly.dixit.vuā
aeri occurrere ad eam ab exteriorib9 intranti mitigatq̄ ca/
loris grauitatē.s.cum humiditate sua τ ipsius frangit hu/
miditatē.s.cū caliditate. Et Auer.dixit.defendit ne aer fri/
gidus igrediat̄ ad membra anhelitus. ¶ Dixit Aui.vue iu
uamētū est gradatio aeris:vt nō pcutiat suo frigore pulmo
nē subito. ¶ Dicūt:nō fecerūt alij auctores preter Haly.mē
tionē de cōtēperātia caliditatis aeris per vuā:q2 illud fieri
oportere raro cōtingit. ¶ Et dixit Haly.vue est vt phibeat
puluerē τ fumū:aliaq̄ h9 ne ad guttur perueniāt. ¶ Dixit
Aui.vue est vt phibeat puluerē τ fumū sicut appet in lu/
ctantibus τ itinerātibus in puluere qui postea expuūt spu
tum lutosum. ¶ Et sunt qdam qui vt supra patuit:addunt
aliud iuuamentū vue:τ est q̄ phibeat materias reumaticas
per palatū descendētes subito transire ad stomacū vel pul/
monem:qm̄ remanent in vua aliquo tēpore in quarum mo
ra contingit vt sentiant̄ τ conscreando spuant̄. ¶ Et dixit
Gal. vbi supra.qdam qbus abscisa fuit vua vsq̄ ad basim
nō solū nociti fuerunt ad vocē manifeste:sed etiam inferio/
rem senserunt inspirationē. Ac etiā qm̄ infrigidati his que
s̄m thoracē τ pulmonē multi perierunt. Quapropter non
opz temere abscindere eā:neq̄ vt cōtingit:sed relinquere ali
quā basis partē:sed put dictū est in sermone quarto:τ pri/
mo caplo. ¶ Et dixerunt quidam.q̄ abscisi vuam nō pos/
sunt pati calorem τ frigus intensa:neq̄ sitim:τ faciliter cir
ca spiritualia ab omni causa leduntur:quare plurimi ex eis
ptysici interierunt.

Duc autem amigdale sunt duo membra carnosa q̄/
bus admixti sunt nerui in forma oblon
ga sita post vuam ante pncipiū meri a duobus lateribus:τ
sunt velut quedā auricule quendā includentes inter se cibū
quasi in via media declinet ad alterā ptem:sed liberius in/
tret in meri:de quibus dixit Auicē.due amigdale sunt due
carnes nate in radice lingue.idest supra radicē lingue ex su/
periori parte:ac si ipse sint sicut due auricule parue: τ sunt
carnose neruose.idest de substantia carnosa neruosa vt sint
fortes:τ sunt sicut due glandule.s.in figura non in substan/
tia:sunt enim rotunde cum quadā longitudine:τ ambe sūt
quodāmodo sicut due radices duarum auriū:τ sunt site in
loco itineris ad meri:q2 sunt propinque pncipio meri. Et
s̄m hoc videt̄ velle q̄ situs earum sit post vuam.scilz inter
vuam τ meri a lateribus:τ apparent visui cuz aptantur τ
ingrossentur ore aperto τ lingua depressa:non aliter. ¶ Di
cunt.fore etiam in gutture ante vuam versus os a laterali/
bus quasdam carnes glandosas de quibus auctores non
expresserunt:que etiam visui patent:τ ore aperto τ lingua
depressa τ tangi digitis possūt:quas etiā qdā amigdale vo/
cant:sed nō sūt vere amigdale:de quibus auctores intelle/

Collū du/plr̄ sumit̄.

Ceruix duplr̄ sumitur.

Gula du/plr̄ sumit̄.

Guttur multis mo/dis accipi/tur.

Faux qd̄ sit.

Larinx la/ringa τ epi/glotū idē sunt.

De sub̄a vue que τ gargareo siue garga/leo dicit̄.

Vua facit ad modu/lationē vo/cis:τ eius abscisio fa/cit ad eiꝰ magnitu/dinem.

Nocumē/ta q̄ seq̄n/tur ad a/bscisionē vue.

De sub̄a figura τ amigd.

De situ.

xerunt: que etiam apostemant̃ ⁊ ingrossant̃: ⁊ has Mundinus p veris amigdalis assignabat ⁊ errabat: cuiꝰ error ex duobus manifeste monstrat̃: pmo qm̃ iuuamentũ verarũ amigdalarũ: sicut dixit Aui. est vt adiuuent aerẽ circa caput cãne: sicut in archa: ⁊ nõ expellat̃ aer penitus cũ fit attractio cordis: ⁊ deficiat aial: idest in eis: sicut in archa retineat̃ ps aeris attracti: vt cũ cor trahit nõ penetret totus ad ipsũ: sꝫ remaneat in eis pars eius: ⁊ si expediat aliqñ vadat ad pulmonẽ ⁊ cor ⁊ nõ deficiat aial pp carentiã aeris: ⁊ pp hãc cãꝫ sunt apud caput cãne. i. epiglotũ. Sed amigdale per Mundinũ assignate nõ sunt apud caput cãne: nec in loco in quo possent aerẽ retinere. 2° qꝛ amigdale per Mundinũ assignate nõ incidunt eo mõ fm quẽ Aui. precipit incidi amigdal'. tertij 9°. ¶ Alguasmach aũt. dixit Aui. est caro pãniculosa annexa palato sub vua pendens cooperiẽs caput cãne: dñt. scꝫ p pãniculũ cõeꝫ ẽt ipsi capiti cãne. Subiacẽt aũt vue due pellicule que alguasmach vocant̃ iuuãtes ipsa in sua operatione. ⁊ dixit Aui. supra. Alguasmach est alfabach qd interpretat̃ extendẽs: ⁊ os habẽs quatuor latera: duo supius ⁊ duo inferiꝰ: ⁊ istud os est os per se nõ cõe alteri ossi: ⁊ vocat̃ os laude: qꝛ simile est fꝫ ãbo duo extrema litera. λ. grece: ⁊ hoc est signũ eius. ¶ De quo dixit Haly. theori. tertio. sup guttur in extremitate superiori cartilaginis clypeo silis est os quatuor hñs costas: quarũ queqꝫ due similes laude grece litere sunt. Et hoc os extẽsũ est p colli longũ: ⁊ lineã que in medio eius est dorsũ cartilaginis pme terminant: lineã vo que ab inferiorib' est lingua. s. terminãt: ⁊ coste due superiores porrigunt̃ ad augmẽta superiora duo pme cartilaginis terminanturqꝫ. al's cõtinuant̃ cũ duabꝰ pmis cartilaginibꝰ ab vtroqꝫ eorũ latere cũ ligamentis que veniunt a prima ad scdãꝫ: ⁊ alijs operimẽtis. Coste vo due inferiores alligate sunt augmẽtis sagitte silibꝰ. Et dixit Aui. c° d anatomia musculorũ epiglotis vbi est epiglotis: ⁊ corã ipso est os triangulatũ lauda vocatũ. Et laudã grecã signat literã. Et subdit. in creando vero os huius existit iuuamentũ: vt sit origo ⁊ pnm̃ ex quo villi musculorũ epiglotis oriant̃. Et dixit Auic. lauda musculos hꝫ qui sunt sibi pprij ⁊ musculus in qbꝰ ad mẽbrũ cũ ipsa cõicat. Et laude ppriorũ 3a sunt paria: vnũ pcedit a duobꝰ mandibule marginibꝰ. s. inferioris margine: ⁊ cũ linea recta que super hoc os existit continuat̃ ⁊ ipsũ est qd os ipsum ad mandibulã trahit. Et per qd orit̃ sub mento ⁊ incedit inferius sub lingua ad extremitatẽ superiorẽ huius ossis: ⁊ istud ẽt trahit hoc os ad partẽ mandibule. Et tertiũ par oritur ex additamẽtis sisaminis que est apud aures ⁊ cõtinuat̃ cũ extremitate iferiore linee recte que est supra hoc os. De musculis aũt laude cõibꝰ ⁊ alteri membro apparebit in sequenti caplo.

De osse hñte quatuor la tera existẽ i gutture.

¶ De anatomia epigloti. Cap. xxxv.

Epiglotũ ex tribus cartilaginibus cõponitur.



Epiglotis vel epiglotũ a Gal'. laringa ⁊ bronchiũ vocat̃. Ab Hal. vero iugulũ. Et a qbusdã absolute guttur vocat̃ vt supra. ¶ Dixit Gal'. 7° de vtilitate ptic. laringa caput est trachee arterie que bronchiũ vocat̃: ⁊ cõsistit ex tribus cartilaginibus magnis nõ assimilantibꝰ eis q̃ fꝫ tracheã arteriã sũt: neqꝫ magnitudine: neqꝫ figura. ¶ Et maxima cartilaginũ eiꝰ est quãtã ab anteqꝫ ab extra tangimus existẽs cõuexa. s. ab extra: ab intra vero existens cõcaua scuto maxie silis nõ rotundo vndiqꝫ. sed oblõgo vocato pprie scuto. Et nomen huic cartilaginũ fm silitudinẽ quã hꝫ adhuc scuti positũ est vocantibꝰ eã scuti forãꝫ. ¶ Scda vero cartilago dixit Gal'. qͣto minꝰ est hac: tanto maior est tertia: ⁊ in intrinsecis qdẽ locata est ptibꝰ vbi stomachus. i. meri est: qͣtum aũt deficit a magna. s. cartilagine epiglotũ: vt finalr̃ ad circulũ. i. circularẽ figurãꝫ ducat̃ epiglotũ tãtũ hec ipsa. s. figura. s. scda cartilago addit: ⁊ sic ostẽdit q figura epiglotis est rotunda: ⁊ q a parte meri sit cartilago eius silr̃ non est in tota trachea arteria: imo vt patuit in sermone 4° trachea arteria a pte anteriori gule est cartilaginosa: ⁊ a pte posteriori meri est pãniculosa. Et ideo subdit hic. Gal'. nõ enim sicut trachee arterie totiꝰ mẽbranosũ est id qd approximat stomaco: idest meri fm eundẽ modũ est ⁊ laringe. Et docens modũ harũ duarũ cartilaginũ dixit: ea vero que est sursũ ⁊ deorsũ earũ cartilaginũ positio ita hꝫ. Cũ finit trachee arterie cartilago vltima: pmo qdẽ scda cartilago totã tangit cartilaginẽ scdam vel fm oẽs partes que fm ante ⁊ retro: ⁊ ex obliquo: parũ vo supra anteriores partes eius sicuti formis incipit cartilago: accidente versus retro scda: articulant̃ aũt sibiĩuicẽ. s. pma ⁊ scda cartilago fꝫ obliqua: qꝛ lateralr̃ fm longũ. Et vltra articulationẽ colligationes quedã mẽbranose ⁊ neruose ex pma perueniũt ad scdam. Et volẽs Gal'. declarare tertiã cartilaginẽ ⁊ articulationẽ eiꝰ cũ alijs dixit. vbi minor cartilago. s. de duabꝰ dictis: que. s. ab intꝰ est definit due supiacent parue cõuexitates. Incipit aũt ab inde cartilago. s. tertia cõueniẽtes certitudinalr̃ hñs cõcauitates eminẽtijs illius: scdo vt coapplicatio harũ duarũ cartilaginũ. s. scde ⁊ tertie duplicẽ operet̃ articulationẽ. Et subdit. est ãt strictior in iferiori basi scda cartilago: quare ⁊ ppter hoc totius laringe iferioris finis quo tangit tracheã arteriã magis amplus est supiori orificio qd definit ad faringã. Et tertia cartilago. s. strictũ valde: ⁊ deuenit ipsa cuius supiorẽ terminũ anteriores plurimi nciant: cõuersa aũt est: ⁊ huiꝰ cartilaginis. s. tertie cõcauitas ad porũ spiritus: idest meatũ anhelitꝰ: ⁊ vt velut fistula qdã fiat: qd cõpositũ est ex his tribꝰ cartilagibꝰ. ¶ De qbꝰ Haly. theorice tertio dixit cõponit̃ guttur ex tribꝰ magnꝰ cartilaginibus: quarũ pma est ab anteriorib': ⁊ est gibbosa ab exterioribus: ⁊ cõcaua ab interiorib': scda sub pma est in magnitudine: ⁊ est posita retro post ea que meri sequunt̃: vt cõpleantur que cartilagini deficiunt pme in rotũditate. Et est scda pme cõtinuata cũ disgregatione ⁊ ligamẽtis vt p eã mollificatio fiat gutturis ⁊ restrictio. Et ab inferiorib' qdẽ cõtinuatur illi p disgregationẽ: a supiorib' vo cõtinuata est per cõsolidationẽ: ⁊ pma est clypei silitudinis figure oblonge. Et tertia cartilago minor est scda ea quãtitate qua scda est minor pma. Et est scde superposita ⁊ dicit̃ trachee silis in qua due sunt cõcauitates in quas duo cartilaginis scde ingrediũtur augmẽta: ⁊ fiuntqꝫ abinde due inter eas disgregationes p quas apertio fit gutturis ⁊ reclusio. ⁊ dixit. scda cartilago loco quo tertie occurrit strictior est suo fundamẽto inferiori: vt sit inferior gutturis extremitas que canali iungit̃ pulmonis largior eiꝰ supiori que gurgulioni iungit̃: ⁊ tertia cartilago ad strictionẽ puenit magnã. ⁊ subdit. est aũt in hac 3a cartilagine cõcauũ vbi meatꝰ iungit̃ spiritꝰ sic vt sit q ex harũ triũ cartilaginũ cõpositione sit cõcauũ simile fistule in qua est clauus q ante percutit. ¶ Dixit enim Gal'. vbi supra. q intꝰ in ipso poro laringe iniacet corpꝰ in figura silr̃ lingue fistule: ⁊ in pprietate. subã vo est tale quale nullum corpus aliud est eorũ que fm corpus: etenim membranosum simul est ⁊ adiposum: ⁊ hoc corpus vocauit Halya. clauunculus claui substantia nulli membrorum corporis similis est: etenim est substantia quasi cõparata ex adipe opimẽtis ⁊ glandula: ⁊ dixit Gal'. vbi supra. q ab intra laringaꝫ est tunica q̃ cõis est tunice trachee arterie ⁊ stomaci: idest meri. ¶ De epigloto quoqꝫ. dixit Auicẽ. pma pmi caplo de anatomia musculorũ epiglotis: q ex tribus est cõpositũ cartilaginibꝰ: ⁊ vna est cartilago quã sensus apprehẽdit corãꝫ gula: ⁊ sub mento que vocatur peltalis ⁊ clypealis: qm̃ eius venter est concauus: ⁊ dorsum gibbosum pelte similis ⁊ clypeo: ⁊ secunda est cartilago post illam posita ad partẽ colli cum ea ligata: ⁊ vocat̃ ea que nomen nõ hꝫ. Et tertia est super illas cooperiens que cum ea que nomen nõ hꝫ continuat̃: ⁊ obuiat peltali absqꝫ continuitate: ⁊ inter ipsam ⁊ eam que nomen nõ hꝫ est iunctura dupla ppter duas cõcauitates que sunt in ipsa in quas duo additamenta non habentis nomẽ

decenter ingrediuntur cũ eis ligamentis annexa. ⁊ vocatur
coopturialis ⁊ cimbalaris: ⁊ dixit. ppterea q peltalis qñq
adiungit nõ habẽti nomẽ: ⁊ qñq elongat ab ea est epiglo/
tis amplitudo: ⁊ eius coangustatio: ⁊ ppterea q cimbala/
ris cooperit clypealẽ: ⁊ ipsã comitat: ⁊ ppterea q ab ipsa
sepat est epiglotis aptio ⁊ ipsi9 clausio. ¶ Dixit Gal. vbi su
pra. q duplices oportebat esse fm gen9 articulatiões ⁊ mo
tus. Alias qdẽ q diastolant ⁊ sistolãt: ⁊ alias q claudũt ⁊ ape
riunt: pp pmas pme ad scdaz facta est articulatio: ⁊ pp 2ᵉᵉ
2ᵉ ad 3ᵃᵐ ⁊ q: nõ egebãt. 3º motu fm gen9 sĩo nõ fuit articu

De vtilitate epiglotis.

latio tertia: ⁊ p ɔñs: neq 4ᵃ pticula. ¶ Dixit Aui. 10º tertij
caº p̊. epiglotis fuit creata: vt vocis sit instrm̃: ⁊ dixit Gal.
vbi supra. in laringa fit vox pmo. ⁊ ipsa diastolat ⁊ sistolat
fm vsq plinis: ⁊ aperit ⁊ claudit totalr superi9 orificiũ ei9:
neq contingebat meliorẽ ɔstructionẽ ei fieri ea q dicta est:
neq ex alia suba ɔstrui vocis organũ: sed ex cartilaginosa
substãtia meli9 fuit: nõ tñ ex cartilaginosa nullã dearticula/
tionẽ in seipsa hñte: imobilis. n. eẽt: neq aperiret ⁊ claude
ret: neq dyastolaret: neq sistolaret oino: q̃re ex plibus sibi
copulatis adinuicẽ cartilaginibus facta fuit. Motus enim
ei9 nõ est nãlis sicut q arteria p: sz fm aialis sit electionẽ ad
inspirationes ⁊ expiratiões: ⁊ detentiones toti9 respiratio
nis: ⁊ exsufflationes ⁊ voces esse oz vtiles: quare meli9 fuit
mot9 eius a nostra incipere electione: ⁊ rõnabile fuit ei mo
tũ spontaneũ: ⁊ fm voluntatez fieri aialis. ¶ Et dixit Gal.
mẽbrũ supradictũ qd in poro iacet laringe pncipalissimum
est vocis organũ: assimilat aũt lingue fistule maxime ab in/
ferius ad superi9 aspicientib9: dico aũt inferius vbi copulã
tur adinuicẽ trachea arteria ⁊ laringa: desup vo fm orifi/
ciũ qd fit a finib9 qui ibi sunt antinoyde cartilaginis ⁊ scu/
tiformis: ⁊ subdit: melius aũt esset nõ assimilare hoc corp9
fistulaꝝ linguis: sed illas huic corpori: etenim pus tẽpore ⁊
sapientius est nã q̃ ars. nõ hoc corp9 nãe opus existit: ars
vo illud qd fm fistulas: ⁊ hoc corpus glutinã ⁊ linguã no/

Epiglotis mẽbranosa ẽ ⁊ hũida z viscosam ⁊ pingue.

mine laringe. ¶ Est aũt hoc corp9 mẽbranosum factuz sic:
vt impletũ a spiritu nõ rũpat: ⁊ vt pro eo q aliqñ amplifi/
cat tota laringa: aliqñ aũt cõtrahit: vt in ɔtrarijs eius cir/
cunstãtijs nõ perueniat aliqñ ad periculũ ruptionis. ¶ Hu
midũ aũt est hoc corpus nõ simplr: sz cũ hoc viscosuz ⁊ pin
gue aliqualr: vt madefiat semp propria humiditate: ⁊ nõ si/
cut fistulaꝝ lingue siccitate frequẽter acqũta aliqua humi/
ditate indigeat: ⁊ sic hoc extrinsecus egeat iuuamen. Sub/
tile eniz ⁊ aquosuz humidũ diaforatur faciliter in vapores
resolutũ ⁊ effluit cõfestim: ⁊ maxime qñ fuerit porus pendi
nosus: qd vo est viscosu z simul ⁊ vnctuosum sufficit tẽpore
multo: neq effluit faciliter: neq siccat: ideoq in perarden
tibus febribus vitta nãli dispẽsatiõe exiccata glacida: ⁊ his
quo fm laringam nõ possunt loqui hoies anteq̃ infundat
laringa. Et sibi quicũq per estũ validũ viã faciunt. ¶ Et di
xit Gal. ibidẽ. ad oẽs motus laringe supradicti musculi pre
parati sunt a natura: mouet aũt laringa fm eius cõpositio/

De musculis epiglotis q sũt duodecim.

nẽ a musculis duodecim: ⁊ fm eã que adiacentia mẽbra cõ
munionẽ alijs octo: quatuor itaq musculi sũt qui pmã car/
tilaginẽ scdẽ copulant in aialibus magnã vocẽ habẽtibus:
quoꝝ est hõ. Alij quatuor in oibus aialibus scdaz tertie co
pulant: ⁊ alij duo pmã tertie: deriuant aũt ex pma cartilagi/
ne scutiformi ad scdam: ita qualr fm finẽ inferiorẽ vtriusq
cartilaginũ: vbi tracheã arteriã attingũt: ⁊ adinuicẽ ex ma
gna cartilagine pueniunt ad scdam. Ab extra qdẽ duo mu
sculi: ⁊ ab intra duo fm alterutram ptem equales certitudi
nalr q extra ei qui eẽ: ⁊ q intra ei q ĩtra. Et hi certitudinalr
angustant inferiorẽ partem laringe coadducentes pmã car
tilaginẽ scdẽ. Alij vo quatuor qui scdaz tertie copulant ape
riunt superiorẽ finẽ laringe resupinantes antenoidam carti
laginẽ illi qui sunt retro: ad obliqua vo descẽdentes ad plu
rimũ qui ibi sunt. Oppositũ vo his quatuor actũ: ⁊ ẽt posi/
tionẽ habentes: ⁊ ei qui duo claudunt eam certitudinalr os

superius laringe versus spatiositatẽ que est intra euellẽtes
pmũ: predicti itaq decem musculi cões sunt trium cartila/
ginum. sunt aũt alij duo in basi antinoyde nõ existentes in
animalibus paruã vocẽ habẽtibus: quoꝝ vnus est simius:
Et alij omnes musculi predicti sunt multo maiores his.
¶ De musculoꝝ aũt epiglotis explãtatione subdit Gal. de
proprijs scutiformi duo ex minoribus vel extimioribus late
ribus ossis hyodis. idest laude explantationẽ habent: dein
de toti longitudini prime cartilaginis ab ante positi sunt:
duo vo alij explantationẽ a cartilagine faciẽtes veniẽtesq
ad pectus alij duobus permiscent fm ista sola animalium
quib9 magna est tota laringa. ⁊ scutiformis cartilago. Re/
liqui vo duo musculi trãsuersi ex obliquis explantati par/
tibus scutiformis. deinde in circuitu stomacũ. idest meri cõ
prehendẽtes in idez inuicẽ perueniunt. ¶ Haly. Ro de his
musculis dixit. Epiglotti musculi fuerunt necessarij qui cly/
peali nomẽ nõ habenti applicent. ⁊ musculi qui cimbalarẽ
ab eis elongent vt epiglotis aperiat. Et ex musculis epiglo
ti aperientibus est par qd ab osse laude nascitur: ⁊ vadit ad
interiora vel anteriora peltalis ⁊ cõtinuat ⁊ extendit super
ipsam: ⁊ cũ cõtrahit coangustat cimbalarẽ ad interiora pel
talis: ⁊ cõtinuat ad inferiora ⁊ dilatat epiglotis. Et est. dixit
Auic. par qd noiat inter musculos gule ad inferiora trahẽ
tes: de quo infra in fine huius capituli dicet. Et sunt duo
alia paria: quoꝝ vnũ ad cimbalarem peruenit posterius: ⁊
continuat cum ea: ⁊ cum cõtrahunt cimbalarem eleuant: ⁊
eam ad posteriora trahunt ⁊ separat ab applicatione sui cũ
peltali ⁊ dilatatur epiglotis. Et alterius paris musculi ad
duos cimbalares margines veniunt q cum contrahuntur
ipsam a peltali separant: ⁊ in latitudinez extendunt: ⁊ in di/
latando epiglotim adiuuant. Ex musculis autẽ qui epiglo/
tim coangustant est par qd a parte laude venit: ⁊ continua
tur cum peltali: ⁊ postea dilatat ⁊ cingitur super illam que
nomẽ nõ hz: donec duo extrema duoꝝ impariũ ipsius post
illã que nomen nõ hz vniunt ⁊ cuz contrahit coangustat.
Et ex eis sũt quatuor musculi: ⁊ fortasse extimat q sint duo
musculi dupli cõtinuãtes peltales extremitates cũ extremi/
tatibus eius: que nomẽ nõ hz qui cuz cõtrahunt ad inferio
ra epiglotim coangustent. Et sunt qui extimãt: q vnuz par
ipsoꝝ sit occultũ. idest intus: ⁊ alterum manifestũ. i. extra ⁊
fuit Gal. vt supra patuit. ¶ Et dixit Aui. ex situbus muscu/
loꝝ qui claudunt melius fuit: vt in anterioribus vel in inte
rioribus epigloti creati fuissent: ita vt cum ɔtraherent cim
balarem ad inferiora traherent: ⁊ eam trahendo cooperire
facerent. Et pp hoc par creati fuerunt qd de radice peltalis
nascitur: ⁊ eleuat interius ad duo cimbalaris extrema: ⁊ ad
radicẽ eius que nomen nõ habet ⁊ dextra ⁊ sinistra ⁊ cum
contrahuntur iuncturaz stringunt: ⁊ epiglotim tali clausu/
ra claudunt q musculi pectoris ⁊ diafragmatis refrenare
valeat in phibẽdo aeris attractionẽ. Qui qdẽ parui creati
fuerunt: ne in interioribus epiglotis coangustationẽ face/
rent ⁊ fortes vt fortitudine cũ impediti fuerint in clauden/
do epiglotim: ⁊ phibẽdo aeris attractionẽ defectus mult9
corrigat qui eis ex paruitate puenit. Et ipsoꝝ via est fm re
ctitudinẽ ascendentium cũ declinatione parua ppter quam
fit cõtinuatio cõueniens inter peltalez ⁊ nõ habentẽ nomẽ.
Et subdit. est etiam cum duo reperiunt musculi sub cimba
lari positi qui predictũ adiuuant par. ¶ De musculis autẽ
cõibus epigloti ⁊ alijs: ⁊ qui sunt musculi gutturis: prout
guttur sumitur p aggregato ex epigloto ⁊ meri. Dixit. A.
guttur in sũma duo habet paria musculorum: que ipsuz ad
inferiora trahunt. Et vnum eorum est par: de quo tactum
est supra q noiat inter musculos gule ad inferiora trahen/
tes: cuius origo est interius in thorace ⁊ vadit ad peltalez:
ei ẽt in multoꝝ aialiũ motu aliud associatur par. Et alteruz
est par ex thorace nascens qd eleuatur: ⁊ cũ lauda ɔtinuat
primo: ⁊ postea cum gutture ⁊ trahit ipsuz ad inferiora. Et

subdit. musculi gutturis sunt duo musculi gutturosi q̄ sūt
duo apud gulam positi in transgluciendo iuuantes.

¶ De anatomia pectoris in generali. Cap. xxxvj.



Pectus vt dixerunt quidam dr̄ a pecto
pectis: q2 supra ipsuȝ quere/
bant mulieres pectere capillos suos vel dicit̄
a plecto: q2 plectatur. i. flectat̄ ad latera inter
mā̄millarū partes: vel dr̄ a specio qḋ est aspe/
ctui patere: licebat. n. hoīs pectus rōne plenū aspiciētibus
patere nō latere: quēadmodū aliorū aīaliū pectus latet ad
terrā oppressum: mēbrū organicū est ⁊ plura organa cōple
ctens. Et est spūaliuꝫ: siue vitaliū mēbroꝝ clybanus siue
tutamē: anhelitus instr̄m in euentationē cordis ordinatū.
⁊ ipm̄ quidē scd̄s venter dr̄ pp̄ cōcauitatem quā hꝫ in qua
spūalia ↄtinet mēbra. Et eius spatium est anterius a furcu
la gule vsq3 ad locū dyafragmatis inclusiue: de quo dixit
Halya. theo. scd̄o. pectus super dorsuȝ positus est: ⁊ est su/
per ipm̄ rotundū: ⁊ in eo est magna cōcauitas qḋ necium
fuit: vt custodiret ⁊ cōseruaret mēbra que in eius sunt cō/
cauo. factū est aūt rotundū ⁊ cōcauū vt cor ⁊ pulmonē cō/
tineret: essetq3 ad dilatandū pulmoni locus. ¶ Est autē pe
ctus cōpositū ꝓprie ex partibus intrinsecis: quaꝝ anatoᵃ
habita est in sermone q̄rto. Et ex ptib⁹ extrinsecis. Et iste
fm̄ subaȝ diuidunt̄ in partes ossuosas cartilaginosas mu/
sculosas pā̄niculares glandulosas que sunt mā̄mille: ⁊ cu/
taneas. Et fm̄ situm diuidunt̄ in partes aāriores: siue me
dias que vocāt̄ thorax: ⁊ in ptes laterales ⁊ sunt duo late/
ra. s. dextrū ⁊ sinistrū: que etiā vocant̄ loca costarū: ⁊ d̄ his
partib⁹ intellexerūt auctores cū absolute ꝓtulerūt locum
lateris: vel loca laterū: totū tn̄ cōpositū ex partib⁹ extrin/
secis fm̄ Haly. pectorale vocat̄. ¶ Et notent q̄ thorax re/
perit̄ dupl'r sumptū: vno mō large ad oēs ptes pectoris ex
trinsecas aāriores: ⁊ laterales: que pectorales vocant̄. De
quo vt sic sumpto. dixit Gale. 6° de vtilita. particu. q̄ a co/
stis determinat̄ in' alterutris partib⁹: ante qdē versus pe/
ctus: ⁊ frenas puenientib⁹: retro aūt versus dorsuȝ flexis:
totū eni hoc spatiū ↄsueuerunt medici vocare thoracē. Et
subdit Gale. vbi magnitudinē intrinsece ↄcauitatis osten/
dit q̄ ab extra apparet: paulo minus. n. est equalis magni
tudinis thoracis que ab extra apparet: ⁊ spatiositas que
ab intra paruā quandā distam accedēte corpore costaꝝ eo
subtili diśariam existentes. Alio mō stricte pro sola pte ex/
trinseca pectoris anteriori. Et sic sumptū in tres diuiditur
ptes. s. in supiores que ptes furcule supioris dr̄ ⁊ ptes me
dias que ꝓprie thorax vocant̄: ⁊ partes inferiores q̄ ptes
inferioris furcule ⁊ epiglottales vocant̄.

Thorax dupl'r sumit.

¶ De anatoᵃ ossium pectoris. Capi. xxxvij.



Partis pectoris ossuose alia ē ps
furcule superio/
ris: ⁊ de hac furcula intelligit̄ cū furcula ab/
solute ꝓfert̄. Et alia est pars media thoracis:
alia est os epiglottale: ⁊ alia est ossa costaruȝ.
¶ Et furcula quidē supior qñq3 furcula gule vel pectoris
dr̄: ⁊ qñq3 catena gule vel pectoris: ⁊ qñq3 tabula gule vl'
colli ⁊ ipsius ossa: ossa clauis dñr: ⁊ ipsoꝝ iunctura clauiū
articulatio noīatur. Furcula dr̄ ab offecitis qḋ est fcm̄ ad
modū furcule: cuius radix inferior quā quidē manubriuȝ
vocant subintrat: ⁊ pedē hꝫ in quadā pixide: siue cōcauita
te que est in medio anterioris partis ossiū thoracis medij.
Et ab vtraq3 parte hui⁹ manubrij procedit os vnuȝ velut
ramus qdam qui ad duos humeros hincinde protendit̄:
ita q̄ ad singulū humerū singulū protendit̄ os. Et coniun
gunt̄ isti rami furcule hincinde cum osse singulorū hume/
rorū. ⁊ ēt cum osse singulorū adiutoriū: vt eorū iuncturas
fortes efficiant. ¶ De furcule osse dixit Halya. pmo theo.
furcule os exterius gibbosum est: interius autē cōcauuȝ.
Cuius vnū duorū capitū humeris cōtinuat̄: ⁊ capiti ossis

De furcula superiori.

qḋ adiutoriū vocat̄: alia vero extremitas summitati pecto
ris. cōtinuat̄: vbi est pixis gule. ¶ Et Auicē. dixit. furcula
est os positū super vnāquāq3 duarū partiū eius qḋ in tho
race est supremū: ⁊ est curuatū corā amberat. i. parteȝ exte
rioreȝ versus latera: ⁊ ꝓpter sui cōcauitatē accidit foramē
vel spatiuȝ in quo penetrat vena ad cerebrū subiens: ⁊ ner
ui ab eo descendētes: ⁊ declinat ad partē siluestrē: ⁊ conti/
nuat̄ cū capite spatule: ⁊ cū ipso spatula ligat̄ cū dictis ra/
mis ossiū furcule ad dictas iuncturas fortificādas veniūt
duo parua ossa similia rostro auis: ad singulū enim hume/
rū singuluȝ peruenit os. ¶ Et ista ossa silia rostro auis in/
figunt̄ inter ossa spatule: ⁊ extremitates ossiuȝ furcule: sic
qḋlibet esset a medio locuȝ firmās: de qbus dixit Halya.
in superiori colli loco est os corui rostro sile: per qḋ scapu/
la furcule colligat̄ prohibetq3 brachij caput ab euulsione
ad supiora. ¶ Et de eis dixit Auicē. in caplo de anatomia
spatule. spatula duo hꝫ additamēta: vnuȝ est ad superiora
⁊ posterius ⁊ vocat̄ destructū ⁊ rostruȝ corui: ⁊ per ipsum
ligat̄ spatula cū furcula: ⁊ ipm̄ est qḋ ꝓhibet ne adiutoriū
ad supiora de suo loco moueat̄: ⁊ caput adiutorij disloceť.
¶ Furcula quoq3. dixit Halya. necessaria fuit vt brachiuȝ
vinceret: ⁊ ipm̄ e brachio superaret: ne forte manus arcere
tur motu. Et dixit. q̄ spatula furcule alligatur ab anterio
ribus pectorali. ⁊ posterioribus a scapule parte ossi alliga
tur corui rostro sili: ⁊ alligatio eius illi est per os cartilagi
nosum qḋ dicit̄ caput scapule: quod necessariū erat: vt ma
ior esset disgregationis brachij fi mites.

De rostro corui.

Thorax aūt scꝫ propriissime sumptus. dixit Ha
lyab. ex. vij. cōponit̄ ossibus. s. sitis
fm̄ longitudinē eius: ⁊ in quorūcūq3 extremitate est carti
lago mediante qua ipsa ossa sibiinuicē appodiant̄. Et ipso
ruȝ principiū est a pixide gule. finis vero est inferius parū
sub mā̄millis qui locus est angustior oībus locis q̄ sunt in
ventre: aut cū palpant̄ mollia inueniūt̄ non habētia ossa.
¶ Et Auicē. dixit. thorax ex septē ossibus est cōpositū: ex
vno autē osse non fuit creatus pp̄ iuuamentuȝ qḋ in alijs
sciuisti: scꝫ vt si vni accideret lesio alijs nō cōmuniceť: ⁊ ēt
non fuit creatus ex vno osse: vt sit lapsus vt cōueniens sit
ei qḋ colligit ex mēbris attrahendi aerem in dilatatione:
ideoq3 creata fuerunt hec ossa nō solida cū cartilaginibus
cōtinua: vt in ipsorū occulto interiore mō adiuuent: lꝫ sint
ipsorū iuncture firme. Que etiā septē. dixit Auicē. creata
fuerunt fm̄ numerū costarū que cuȝ eis iungunt̄. vt appa
rebit. Et dixit. in osse superiori thoracis est concauitas: si/
ue pixis in qua manubriū furcule: vt dictuȝ est situatuȝ est
⁊ fundatum. ¶ Os autē epiglottale: sicut dictū est: eo q̄
epiglotti similis sit: vt dixit Auicē. dicit̄ etiaȝ gladiale: q2
gladio simile sit: vt dixit Halyab. dicit̄ etiā pomum grana/
tum ad similitudinē corticis granati: ⁊ est os cartilagino/
sum qḋ a medio inferioris ossis thoracis egredit̄: ⁊ pēdet
supra orificiuȝ stomaci: de quo dixit Halyab. in extremo
pectoralis cartilago est similis gladio extensa supra os sto
maci que est facta: vt stomacuȝ ⁊ dyafragma ⁊ cor defen/
dat. ¶ Auicē. vero de eo dixit. cū inferiori parte thoracis
os cartilaginosum latum continuatur: cuius inferior ex/
tremitas rotunditati attinet: ⁊ ipsum qdē est tutamē oris
stomaci: defendit eni ipm̄ ab extrinsecis lesionibus: ⁊ ē mediū
inter thoracē. s. inter eius osse dura: ⁊ mēbra lenia. s. muscu
los vētris: vt ↄtinuitas duri cū leni sit melior. ¶ Fcm̄ fuit
aūt cartilaginosum: vt sit plicabile: ⁊ cedat stomaco tpe sa
turitatis ⁊ repletionis ⁊ tpe vacuitatis sup ipm̄ inclineť.

Coste vero dixit Haly. sunt. 24. Naȝ ex vnoquoq3
latere sunt. 12. Et eaꝝ quedā sunt ꝓpe
pectoris: ⁊ quedā sunt mēbroꝝ posteriorū. i. posterius ab
inferiori sub pectore locatorū. Et que sunt ꝓpie pectoris
sunt. 14. ex oī latere septē. Et oēs iste coste. 14. itegre sunt:
⁊ alie sunt decē ex oī latere qnq3: ⁊ iste nō sunt integre: ⁊ iō

dicte sunt mēdose. Et oēs coste a posteriorib⁹ cū.12.spōdi/libus dorsi sūt ꝯiuncte.s.cū quolz spōdili vna costa. Coste aūt integre sūt noue coste supiores q̄ ꝓprie coste vocanť:⁊ de qbus intelligiť cū absolute ꝓferunť que ab añriori pte hinc inde cū septē ossib⁹ thoracis ꝯiungunť. Et sic iste coste integre mediātib⁹ illis ossib⁹ circuūt totū pect⁹:⁊ vt circūcirca defendāt mēbra in ꝯcauitate pectoris ꝯtenta: vnde dixit Aui.ꝓ͡ᵃ ꝓ.ca⁹ de anato⁹ costaꝝ: ꝓpea ꝙ pectus circūdat cor ⁊ pulmonē:⁊ qd̄ est cū eis: vt pāniculos necia fuit cautela vehemētissima in eoꝝ defensione: qm̄ nocumētoꝝ ip̄ressiones q̄ eis accidūt sūt maiores.s. q̄ȝ alioꝝ mēbroꝝ. Et cū hoc eoꝝ minutio vndiqȝ ī ea angustatiuȝ eis nocet. Et iō septē coste supiores create fuerūt ꝯtinētes id qd̄ i eis est apud casum obuiātes:⁊ mēbrum circūdantes pncipale ab oibus ptibus. ℭ Et harꝝ costaꝝ fig⁹. dixit Ha. est figure semicirculi:⁊ cū duo semicirculi iungunť faciūt vnū circulū:⁊ sic pectoris figurā sphericā reddūt. ℭ Dixit Aui. ondens modū istius fig⁹, ꝙ coste supiores integre in pmis supra sui gibbositatē ad inferiora inclinanť: deinde q̄si redeundo ad supiora incedūt ⁊ ꝯtinuanť cū thorace: iō vt sit eaꝝ cōprehensio in locis amplior. ℭ De decē vō costis iferioribus ⁊ mēdosis: dixit Aui. ꝙ ipse existunt in pte mēbroꝝ nutrimēti:⁊ create fuerūt: sicut posterius minutet vbi sensus nō puenit visus.s. ad defendēdū illa loca posteriora ⁊ fugiēdū a nociuis occurrētib⁹. ℭ Et Ari. dixit. scd̄o de ptibus aialium: ꝙ anterius remāserūt deficiētes ⁊ nō ꝯplete ꝓp intumescentiaȝ ventris inferioris tpe ꝑgnationis: vt cedāt ei:⁊ illi vt ꝯstrictioni ⁊ inanitioni mēbroꝝ ipsi⁹ vētris faciliter obedirēt: ac ēt vt ꝓp eaꝝ plicationē paucā resistentiā tardius frāgereť. ℭ Et Aui. dixit añrius nō fuerunt ꝯtinuate: imo paulatim ordinate fuerūt cū sectiōe. Et fuerūt ex eis supiores ꝓpinquius hñtes spatiū inter duo extrema egrediētia:⁊ inferiores longinquus primis. ꝓᵃ eni istaꝝ qncȝ costaꝝ que supior est longior est scd̄a:⁊ scd̄a tertia:⁊ sic deinceps. Et iō longiora extrema magis appropinquant:⁊ minus spatiū derelinquūt iter se. Et illud iō fuit. dixit Aui. vt cū tutela mēbrū nutrimēti ampliādo loco stomaci iungereť: ne cū ipleret nutritiuis ⁊ iflationib⁹ cōprimereť. Et dixit. costis falsis.i. mēdosis capita create fuerūt cū cartilaginib⁹ ꝯtinuata: vt sint secure a fractura cū pcussiones aduenerint:⁊ vt nō occurrāt mēbris lenib⁹.s. lacertis ad quos terminanť mȝ ēt dyafragmati cuȝ sua duritie: sed occurrant eis cū corpe qd̄ inter eas ⁊ mēbra leuia existit mediū:⁊ inter duritiē ⁊ leuitatem mediocritatē hēat:⁊ talis ē cartilago vt.s. patuit suo ca⁹. ℭ Coste aūt supiores nō hñt sic in longitudinē ⁊ breuitatē eaꝝ fm ordinē inferiorū: imo dixit Aui. ꝙ supiorū septē due que sūt in medio maiores sunt ⁊ lōgiores ⁊ ille q̄ sūt in extremitatib⁹.s.s. ⁊ ultra illas duas medias sunt breuiores. Et ex hoc fit vt fig⁹ ipsarū sit cōprehensum vndiqȝ melius cōprehendēs.

De costis mēdosis.

ℭ De anatomia musculorum pectoris. Cap.xxxviij.



Ectus mouentes lacerti. dixit Hal. qdā ad dilatādū tm̄:⁊ qdā ad stringēdū tm̄. Et qdā ad vtrūqȝ facti sunt sil'. ℭ Dilatātes aūt pect⁹ tm̄ noue sunt: quoꝝ aliq sunt dyafragmatis. Et duo sub furcula sunt:⁊ cuiqȝ eoꝝ origo est ab ea furcularū pte que vsqȝ ad os ꝓtendiť vocatū scapule caput:⁊ prime ꝯtinuanť costaꝝ pectoris.⁊ trahūt illā ad supiora que pectus dilatatiōis adiuuāt tpe. Sūtqȝ ⁊ tria lacertoꝝ paria. quoꝝ principiū astringit il'ud par qd̄ oriri dicim⁹ a spōdili 2⁰ qd̄ ad qntā ⁊ sextā descēdit. Et qsqȝ h⁹ paris lacertoꝝ 2ᵘˢ est.2ᵐ par incipit a loco ossis spatule conito:⁊ extēdunť vsqȝ ad costā posteriorē. Et tertii paris ortus est a 7ᵃ colli spondili. ℭ De his musculis dixit Aui. ex dilatātib⁹ sunt musculi diafragmatis:⁊ est par qd̄ sub furcula positū a pte nasciť que ad caput ꝓtendiť spatule:⁊ est ꝯtinuū cū costa pria a dextra ⁊ a sinistra:⁊ cū ipso vniť par c⁹ vnūqdqȝ impar est duplās ipm:⁊ faciēs ipȝ duas ptes: quaꝝ superior cū collo ꝯtinuať:⁊ ipm mouet:⁊ inferior mouet pectus ⁊ misceť cū musculo q est ꝯtinuus cuȝ coste qnta ⁊ sexta. Et est par qd̄ est in loco spatule ꝯcauū infusuȝ. al's. ꝯcauo ifusō cū quo ꝯtinuať par qd̄ a spōdilibus ad spatulā descendit:⁊ fiunt sicut musculus vnus:⁊ cū costis ꝯtinuať posterioribus:⁊ est par tertiū qd̄ nasciť a sexta spōdiliū colli:⁊ a pria ⁊ scd̄a spōdiliū pectoris ⁊ ꝯtinuať cuȝ costis thoracis. ℭ De musculis aūt stringētibus tm̄. dixit Hal. ꝙ duo sunt extensi p costaꝝ radices:⁊ hi ꝯgregāt ⁊ arctāt pect⁹. Et sunt alia tria paria que tres vltimas trahūt costas ad supiora:⁊ duo lacerti p longū pectoris vsqȝ ad lat⁹ cartilaginis extēsi pectoralis q̄ ensi silis est:⁊ vsqȝ furculas hicqȝ lacertus lacerto ꝯtinuať recto. ℭ Et Auic. de his dixit. ꝙ alij sunt q pectus in latitudine ꝯstringūt:⁊ est dyafragma cū quiescit. ℭ Et alii sunt q fm cēntiā ꝯstringūt:⁊ ex istis est par qd̄ sub radicib⁹ costaꝝ est extēsuȝ supioꝝ: cui⁹ opatio est ꝯstringere ⁊ aggregare. Et aliud est par apud extremitates illi⁹ cū thorace inter epiglottale ⁊ furculā ꝯtinuatū:⁊ ꝯtinuať cū musculis vētris q sūt recti:⁊ alia duo paria que ipm cooperiūt. ℭ De musculis aūt sil' dilatantib⁹ ⁊ ꝯstringētibus pect⁹. dixit Hal. qd̄ iter pectus sunt ⁊ costas iter.n. duas costas lacert⁹ est posit⁹: c⁹ villi diuisa est positio eiusqȝ actio fm eū q in eo est villū. Qui ḡ horuȝ in dorsalibus est costaꝝ pectoris villus pectus suo dilatat villo ⁊ q in exterioribus est stringit: aut in interiorib⁹: q vero est in pte cartilaginosa villis q in exteriorib⁹ est stringit:⁊ reducit pectus: q vō in interiori dilatat pect⁹ villus. ℭ Et Aui. dixit. musculi q sil' stringunt ⁊ dilatant sunt musculi q sunt inter costas: verūtñ ꝑscrutatiōe cognosciť ꝯsiderando ꝙ ꝯstringētes alij sunt a dilatantib⁹. Inter.n. oēs duas costas fiunt ex eis q̈uor p certo musculi: lȝ qdā extiment ꝙ sit vnus musculus. Et qdā quē vnū extimant musculuȝ ex villis ꝯtextus est transuersis: quoꝝ quidā sunt intrinseci:⁊ qdā sunt q cooperiūt.s. costas.⁊ sunt extrinseci. Et eorū q cooperiunt qdā sunt q sunt ad partē extremitatis cartilaginose coste:⁊ qdā sunt q sunt ad ptē alterius extremitatis que est fortis. Qd̄ vō interius existit totū in situ a cooperiente est diuersuȝ:⁊ illud qd̄ est in extremitate coste cartilaginose diuersum est in situ ab eo qd̄ est sup aliā extremitatē. Et qm̄ hi quatuor hñt villi numero oȝ ꝙ musculi numero sint q̈tuor. Et q ex eis supius sunt positi sunt dilatātes:⁊ q ex eis sunt interius sūt ꝯstringētes. Et p h̄ fit oiuȝ musculoꝝ pectoris numerus octuagintaocto musculi. Et subdit Auicē. est ēt cū musculis pectoris duo alij adiuuāt musculi q a furcula ad spatule caput veniētes ad pmū ei⁹ ꝯtinuanť latus:⁊ ipm sursum eleuāt:⁊ in dilatādo pectus adiuuant. ℭ Dixit Ga.6⁰ de iuuamētis mēbroꝝ eius qd̄ ē inter costas nō currūt fila neruosa in eo fm longitudineȝ: sicut currūt i alijs musculis: sȝ currūt ex vna costa ad aliā:⁊ processus eoꝝ nō est rect⁹: sed declinans ad dyagonalitatē partiū ⁊ fila neruoꝝ in istis musculis nō sunt eq̄lia: sȝ inuenies ꝙ fila interiora currunt ꝯ̄rio filis exteriorib⁹ ⁊ inuenies illa que vicinātur furcule in locis cartilaginosis costaꝝ ꝯ̄rio filis q sunt in locis magnitudinis costaꝝ. Et inter hos musculos pectus mouētes est panniculus densus cōfirmās eos:⁊ alligās ipsos costis: ex quo oriť pāniculus costas tegēs: maxime ⁊ manifeste ab interiori pte ipsorū.

De musculis constringentibus.

De musculis dilatantibus ⁊ ꝯstringentibus sil'.

Musculi oēs pectoris sūt numerati octuaginta octo.

De musculis dilatantibus.

ℭ De anatomia māmillarum. Cap.xxxix.



Nimalia que per ossificationē generātur:⁊ multa etiā alia aialia ipfecta māmillis caruerūt: qm̄ nō eguerūt lacte p nutrimēto ipsorū. Sed aialia q̄ generāť ex semine i mřice:⁊ ꝓpe q̄ ex eis pfecta sūt māmillas habuerūt eo ꝙ lacte eoꝝ noui ter existētia nata p ipsoꝝ eguerūt nutrimēto. Eguerūt aūt

nutrimēto

nutrimēto lactis: tunc nouiter nata vt nutrirent nutrimen
to magis illi ꝭ3 politaté ei q̄ in matrice nutriebant: nutrie/
bāt in vtero sanguie mēstruo cui lac magis silē existit: cū lac
ex eo ꝓpue gñet. Eguerūt aūt nutrimēto illi illi nouiter na
ta: vt ꝑ ipsuȝ ad ꝑfectionē deducant maiorē quousq3 aliȷs ꝛ
durioꝛib⁹ possint vti cibariȷs. ¶ Intētio itaq3 nāe in crea/
tione mamillaꝝ fuit gñatio lactis: vñ Almā. ꝑ creauit deus
q̄ sit bñdict⁹ mamillā. vt ad lactis ꝯuersionē ꝛ gñonē apta
foret. Et Auer. colliget. 2° mamille sunt ad faciendū lac: ꝑ
ꝑdictis dixit Galy: theorice. 3° mamillaꝝ necessitas est gña
tio lactis quo fet⁹ illo pascat q̄3diu ifans est. Et qm̄ infans
ꝓximus est assuetudini refectionis ꝑ menstruū sanguinem
necessariū habuit refici cibo mēstruo ꝓximo sanguini: qđ
aūt hꝫ est dr̄ esse lac: hoc nāq3 ex mēstruo generat sanguine
ꝓpterea itaq3 facta ē mamilla ex carne tenera: ꝛ alba vt lac
albū generet. Albedinis aūt lactis cā in sequenti sermone:
caplo de lacte posita est. ¶ Q₂ aūt gnātio lactis ex sanguie
fiat mēstruo dix̄ Galy. sigm̄ ꝙ ꝯcept⁹ tpe nō paꝝ mēstruū am
putat: eo ꝙ sanguis hic ad cibū cōuertat fet⁹. Et ꝙ accidit
mulieri mamillaꝝ reductio si fetuȝ fecerint aboꝛsuȝ: queād
modū sapientissimus Hyp. in 5° ait affoꝛismo. Mulieri in/
quit in vtero habēti gemios. si altera mamilla gracilis fiat
alterius aboꝛsuȝ faciet. Et si qdē dextra gracilis fiat mascu
li patiet aboꝛsuȝ. si ꝟo sinistra femine. ¶ Dixerūt lac in ma
millis gñari a nā mamille agēte in sanguinē ad eas deriua/
tum ꝓpter duplicē finē: quoꝝ vnus est ꝓprius: ꝛ est vt assi/
milent sanguinē illū sibi ꝭm possibilitatē: ad hunc eniȝ finē
agunt vniuersa nālia agētia vt se cōseruent ꝑ illud: ꝛ melius
se ab extrinsecis occurrentib⁹ nociuis tueant: ꝛ ad hunc fi
neȝ: ꝯsilr̄ lac in mulierib⁹ gñat ꝛ viris: ꝛ in oi etate si māⁿ
habuerint paratā: ꝛ nihil obstiterit. ¶ Quidā tñ dixerunt
nō albificat mamilla totū sanguinē in ea cōtentū sic ꝙ totū
cōuertat in lac. nā mamilla nō nutrit ex lacte sed ex sangui/
ne ꝓcedēte per vltimā digōnē in humiditates secūdas: sicut
cetera mēbra: cū eadē sit mā nutricationis ꝛ gñonis oium
mēbroꝝ: mō lac nō est mā gñonis mamille: ꝛ q̄3uis lac nu/
triat infantē nō nutrit eū stans sub forma lactis sed ꝯuersū.
ꝑmo in stōaco in chilū: ꝛ deinde in epate in sanguinē: ꝛ tan
Ascid est brachij pars ossuosa q̄ a cubito vſqꝫ ad manum existit. Et sūt duo ossa vocata focilia. Et asseid qdem ab Haly. cubitꝰ vocat͛:ꝛ cóponit͛ ex duobꝰ ossibꝰ q̄ noīe totiꝰ cubiti vocant͛. Et sūt cubitꝰ iferior ꝛ cubitꝰ supior. Et inferior est v̄sus pté siluestré:ꝛ supior v̄sus pté domesticā. ꝛ vnꝰ est maior reliquo:iferior eniꝫ supiore maior est:ꝛ vocat͛ focile maiꝰ:ꝛ supior vocat͛ focile minꝰ. Et iferiꝰ qdé maiꝰ est.qm̄ dixit Haly. oportuit ipꝫ portare supioré. Et cōdecés est:vt qd̄ defert sit maiꝰ ꝛ fortiꝰ delato. ℭ Et dixit Aui. qd̄ focile maiꝰ ét grossiꝰ est:ꝛ vadit a cubito ad digitū auricularé.i.vſqꝫ ad iūcturā manꝰ ex ea pte in qua est digitꝰ auricularis. Et minꝰ ét est subtiliꝰ ꝛ ptédit͛ p pté domesticā:siue supioré a cubito vſqꝫ ad pollicé. Et Aui. dixit. supioris focilis iuuam̄ est:vt p ipꝫ sit motꝰ asseid ad se torquédū ꝛ resupinádū. Et inferioris focilis iuuam̄ est:vt sit motꝰ asseid ad ꝯstringédū ꝛ dilatádū. Et dixit Aui. cuiuſqꝫ duoꝝ focilium mediū attenuatū est:qm̄ grossitudine nó idiget ꝓpter illud qd̄ de musculis grossis sup eis iacet. Et ipsoꝝ duorū extrema ingrossata fuerūt ꝓpterea ꝙ sup ipsa multa ligaméntoꝝ origo est eis necīa:ꝛ frequéter eis accidūt ꝟbera. ꝛ ꝑcussiones fortes cū motus est iunctura ꝑ:ꝛ ꝓpterea ꝙ carne denudant͛. ℭ Gal. ꝟo 2° de vtili. ptic. focile maiꝰ siue inferius brachiū vocauit:minꝰ ꝟo ꝛ superiꝰ vocauit kerkidā. Et dixit. ꝙ positio kerkide. rónabilr̄ facta est obliq̄ ſm qd̄ ꝛ ea q̄ brachij.i.focilis maioris facta est recta. ſm.n.nām motuū capꝝ vniuscuiuſqꝫ oportuit eē póné:sed motꝰ colli q hꝫ extensioné ꝛ flexioné est ſm longitudiné eiꝰ sit:q ꝟo v̄sus imuꝫ pronū ꝛ supinū obliq̄. ℭ Et ꝓpterea obliq̄ est kerkida:rectum aūt brachiū:hec eni téšionibꝰ ꝛ flexionibꝰ:illa ꝟo ꝯuersionibꝰ q̄ ad obliq̄ famulant͛. Elegit aūt. dixit Gal. in kerkida póné obliquā eā q̄ ab itra icipit:ꝛ ab extra desinit:eo ꝙ motuū totiꝰ manꝰ ad latera q̄ v̄sus supinū ad pauciores é actꝰ. q ꝟo ad imū ꝓnū ad multo plures:ꝛ necīos sunt vtiles. Et ꝓpterea kerkide póné paratioré ad obediendū motibꝰ q ad ꝓnū. nā opata supioré finé eiꝰ v̄sus extrinsecū caput vlne iungés:inferioré ꝟo v̄sus magnū extédés digitū. E cōuerso āt si hr̄et faciliꝰ v̄sus supinū q̄ꝫ ꝟsus ꝓnū moueret͛. Supiacet aūt. dixit Gal. kerkida brachio:qm̄ est longior eo:ꝛ pl̄m articulationis q̄ ad vlnā ipsuꝫ obtinet rónabilr̄ fuit debi breuius os supra lógiꝰ. Sūtqꝫ vtriuſqꝫ ptes medie subtiliores:q̄ ꝟo ſꝫ cubitū ꝛ carpū grossiores q̄n̄qꝫ oportebat medias musculis ꝓbere locū:alias ꝟo igrossari in applātatióibꝰ:finis tn̄ brachij:q ſm cubitū est grossior:ꝛ kerkidis grossior est q ſm carpū:ꝛ embobꝰ est articulatio carpi:sꝫ ea q̄ hꝫ cubitū brachiū abūdare necīuꝫ erat a kerkida intātū inq̄ꝫtuꝫ articulatio eius vtilior in oībꝰ existit actibꝰ. ℭ Et Aui. dixit. supiꝰ focile est tortuū:q̄si veniat a pte domestica ꝛ paululum tortuose ad pté siluestré gibbosuꝫ fiat ꝛ iuuam̄ in h̄ preparātis existit bonitas ad motū torquendi:ꝛ sꝫ focile iferius est rectū:qm̄ h̄ ad stringédū ꝛ dilatádū meliꝰ existit. ℭ Cū quoqꝫ:q̄re asseid duo habuit ossa triplex assignatur:vna vt hec pars stet capiti oculis ceterisqꝫ mébris in necessitatibus: sicut clypeus ꝯfendés:hāc.n.pté porrigit hō aduersus ictꝰ: ꝑcussióes:ꝛ casus:ꝛ cetera occurrentia nociua in defensam alioꝝ mébroꝝ. scd̄a est. vt vno osse leso alteꝝ illesū maneat: ꝛ tertia. vt tpe lesionis vniꝰ eoꝝ alterū os sanū remanés sit illi in sustétamétū. ℭ Iunctura quoqꝫ cubiti. dixit Aui. ex iunctura focilis iferioris ꝛ supioris cuꝫ adiutorio cóponit͛. In iferiori.n.cubito.i.in focili maiori in extremo eiꝰ qd̄ cóiungit͛ brachio.i.vlne ossi. dixit Haly. augꝰ duo sunt q̄ granata duo dr̄ rotūda capitibꝰ. Alteꝝ tn̄ altero maiꝰ est. Et h̄ é ꝙ ptigit vltra totiꝰ cubiti supiora ꝛ iferiora:hocqꝫ granatū anteriꝰ inusitato noīe cubitꝰ dr̄: alteꝝ ꝟo minꝰ iteriora attingés totiꝰ cubiti ꝛ supiora. Et hec duo granata cū cubitꝰ extédit͛ duas intrat ꝯcauitates:q̄ in pte ea sūt quā sileꝫ parti dicimꝰ:duplicationis aūt cubiti tpe a ꝯcauitatibꝰ egrediunt͛:positio aūt cubiti huiꝰ eq̄lis est. p ipsum.n.fit cubiti extensio ꝛ duplicatio. Et hi duo motꝰ eq̄les sūt ꝛ recti:nec in pté inclinant͛. At ꝟo cubiti supioris positio distorti ꝛ incuruati ꝓpter eū q in vtrāqꝫ pté necīus est motꝰ. Et in q̄ pte attingit brachiū augm̄ est qd̄ intrat foueā minoris partis eius ossis:brachij.i.adiutorij. Caputqꝫ eiꝰ qd̄ palmā attingit minus est q̄ꝫ qd̄ brachiū:eo ꝙ necīuꝫ erat copulari duobꝰ cubitoꝝ capitibꝰ:cū augm̄ gbꝰ glutinat͛ ossi rasccte ad disgregationé palme:vt q̄ pariter oriant͛ exinde ligaméta:q̄ hāc ligāt disgregationé. Aui. quoqꝫ dixit. supiꝰ focile in sua extremitate hꝫ vacuitaté ingeniose factā in quā bucella siluestris extremitatis adiutorij igredit͛ ꝛ ligat͛ cū ea. Et ex ipsiꝰ circuitu in vacuitate puenit motꝰ resupinꝰ ꝛ tortióis:iferiꝰ ꝟo focile duo hꝫ additaméta iter q̄ existit tenuitas q̄ grece lr̄e.c. silat͛. Et huiꝰ q̄dé tenuitatis cū torquet͛ supficies illa q̄ est in ipsiꝰ tenuitate:vt bn̄ sit factꝰ eiꝰ itroitꝰ in tenuitaté q̄ est in extremo adiutorij qd̄ cócauū existit:sꝫ sue ꝯcauitatis figura gibbositati circuli silat͛. Ex bona igit͛ igressione subtilitatis q̄ iter duo additaméta iferioris focilis existit in illā iferioré tenuitaté iūctura ꝯponit͛ cubiti: Cūqꝫ tenuitas sup tenuitaté ad posteriora moꝛ ꝛ iferiꝰ extédit͛ manꝰ. Et cū p̄tatis tenuitas illā refrenat a vacuitate bucella tꝫ eā ꝛ ꝓhibet a dilatatióe supflua. al's. a vacuitate bucellā tenéte tꝫ eā ꝛ ꝓhibet ꝛc. ℭ Et dix. A. stāt adiutoriū ꝛ asseid ſꝫ rectitudiné. Cum ꝟo duaꝝ tenuitatū sup aliā ad añriora:ꝛ supiꝰ moꝛ ꝯstrigit͛ manꝰ donec asseid tāgit adiutoriū a pte domestica ꝛ ab añrioribꝰ. Et dixit. duo focilia supiꝰ sil' iungunt͛:sicut res vna. ꝛ accidit in eis vacuitas āpliatióis:cuiꝰ pl̄m in focili existit iferiori:qd̄ ꝟo supfluit ab hac vacuitate remanet gibbosuꝫ lenificatū:vt sit lóginquū a nocuméntoꝝ receptióe. Et posteriꝰ qdé ex vacuitate focilis iferioris orit͛ additamétū qd̄ ad lógitudiné quādā trahit. ℭ Dixerūt qdā. ꝙ in pte extremitatis supioris focilis maioris est additamétū:q̄si rostrū qd̄ supat vl' q̄si egtat supmā iūcturā cubiti:ꝛ ꝯfirmat cubiti aciém siue acuitaté q̄n brachiū ad iteriꝰ plicat͛. Et vtilitas huius additamēti supra iūcturā cubiti fuit vna vt ipsaꝫ iūcturā defendat ab extrīsecis nocumētis. Alia vt ꝓhibeat brachiuꝫ plicari ad posteriꝰ ne motu nimio fatiget͛. Et dixerūt. ꝙ p̄dicta duo focilia sūt sibiinuicé ita iserta ꝙ vr̄ puū subintrare maiꝰ:ꝛ in ipꝫ išgiata in iūctura cubiti ꝯiūgit͛ cū osse adiutorij mediātibꝰ fortibꝰ ligamétis. ℭ De musculis āt mouétibꝰ cubitū. dixit. A. ex musculoꝝ brachiū mouétiū alij sūt q ipsuꝫ ꝯbūt alij sī q ipꝫ dilatāt:ꝛ isti sī positi sup adiutoriū. Et alij sūt q ipꝫ girāt. Et alij q ipꝫ resupināt:ꝛ nó sup adiutorium. ℭ Gal. ꝟo dix. 2° d̄ vti. pti. si oīno imobilis qs custodierit sūmā manuū māifeste videbit 4or brachij motꝰ ab his apō vl nā motibꝰ:ꝛ dearticulatióibꝰ fieri. Et.n. extésuꝫ ꝛ flexuꝫ ꝛ circūductū ad ꝓnū ꝛ supinū videbit q̄scéte tota sūma manu. Et dix. necīū fuit motꝰ flexiōis ab itꝰ ducé musculū:ꝛ extésióis ab ex̄ locari:ꝛ vt si oēs itermedie regióes vlne supiores ꝛ iferiores:inde oīo relinq̄ret͛, vt ét nó fieret caro aliq̄ ociosa:

Triplex est quare asseid duo habuit ossa.

De iunctura cubiti.

De musculis.

ꝛ vt nõ incustodita ꝛ nuda relinqueret̃ ꝑticula colli ꝓfortio/
res sil' ꝛ infallaciores mot⁹ opata est duplicãs multitudinẽ
musculoꝝ:fortiores.n.sũt q̃tuor mouẽtes q̃ȝ duo:ꝛ tuti⁹ h̃
est vt duo ꝓ vno sunt:q꞉ si alter patit̃:alter sufficit mouere
collũ. Nã si duos solos opata fuisset nã musculos:ꝛ sibiin/
uicẽ supiacẽtẽ posuisset roburq̃ȝ eis ꝛ tuitionẽ ꝓbuisset mo
tib⁹:nõ tñ tenuisset itermedias vlne regiões. Si võ singule
eaꝝ obliquũ in collũ sil'e.x.grece lr̃e ex ꝯsist sibiinuicẽ:ꝛ te/
nãtos cũ h̃ȝ vtilitatib⁹ forẽt:ꝛ adhuc ꝛ tegi defuit vlne. Et
nimirũ si qdẽ rectis motib⁹ deberẽt mouere collũ extẽden/
tes sil' ꝛ flectẽtes articulationẽ q̃ ſm cubitũ.nõ solũ nõ esset
vtilis eis obliq̃ positio:ſȝ totũ ꝯriũ opare̾t. Et hec est maxi
ma admiratio cõstructiõis eoꝝ:q̃m binis motib⁹ obliquis
vnũ rectũ opant̃. ℂ Musculi cubitũ mouẽtes alij positi sũt
sup adiutorio:ꝛ ſm Haly.sũt q̃tuor i trãsuersuȝ siti.x.lr̃e gre
ce figure qd̃ necẽiuȝ fuit:vt cũ vterq̃ȝ moue̾t alter alteꝝ nõ
patiat̃ in ptẽ sil' cũ cubito inclinari. Et hoꝝ q̃tuor duo sunt
in añriorib⁹ positi:ꝛ isti cubitũ restringunt:quoꝝ ille q est
maior icipit ab exteriorib⁹ brachij a ptib⁹ iteriorib⁹ lacer/
ti q sup scapula est. Alter võ q minor est incipit ab exterio/
rib⁹ brachij ptib⁹ posteriorib⁹:ꝛ v̾sus cubitũ tẽdit:ꝛ maio
rẽ lacertũ incidit sub dicta figura.x. Et duo alij sũt posterio
res q cubitũ extẽdũt:quoꝝ alter q maior est ab iterioribus
brachij orit̃ ab interiori latere:qd̃ ale.i.ascelle subest ꝛ ad cu
bitũ tẽdit. Alt̾ võ est minor:ꝛ incipit in supiorib⁹ brachij:ꝛ
ad posteriora extẽdit̃:ꝛ cubito ꝯtinuat̃ iferiori:ꝛ hoꝝ cu/
iuscunq̃ȝ chorda chordis ꝓmoꝝ continuat̃. Alij siti sunt in
circuitu cubiti.de qb⁹ dixit Haly.lacerti positi in latere ex/
traneo brachij decẽ sũt:vn⁹ eoꝝ posit⁹ est in manifesto cu/
biti in me°:cui⁹ ori⁹ a capite extraneo brachij est. Et in hui⁹
latere lacerti:alij sũt illi ꝯtinui:ꝛ a laterib⁹ hoꝝ trium tres
alij lacerti. Et sup cubitũ supiorẽ hoꝝ decẽ lacertoꝝ:lacert⁹
est ali⁹ obui⁹ illi.s.p̾:q ẽ in me° a pte ex̃nea:c⁹ origo a ptib⁹
capitis brachij ẽ. Et i infe^{ri⁹} duo sũt alij lacerti trãsuersi cubituȝ
iuersãtes retro. ℂ De his muscul. dix̃. A.faciẽtes brachiuȝ
iacẽ supinũ sũt par:c⁹ v^{m} ex ipib⁹ ẽ po^{m} in exte^{ri⁹} duoꝝ foci
liũ:ꝛ obuiat focili supiori absq̃ȝ chorda:ꝛ alteꝝ subtile ẽ ꝓlõ
gatũ ꝛ nascit̃ a supiori pte adiutorij ab eo q̃ ei⁹ maĩf^{m} seq̃t
ꝛ maior pe ei⁹ vadit i assaid ꝛ penetrat:donec ꝓpiquũ fiat
iũcture rascete:ꝛ venit ad ptẽ occltã focil' supio:is:ꝛ ꝯtinua
tur cũ eo chorda pãnicli. ℂ De his duob⁹ musculis dix̃. G.
2° de iuua^{tis} mẽbroꝝ. Redeam⁹ ad igñitionẽ ꝓp quã fuerũt
duo musculi icuruãtes brachiũ sup dorsũ:ꝛ ꝓp quã nõ oriũt̃
chorde ex istis musculis vl' vno illoꝝ.dico g̃ q̃ nõ sufficit in
motib⁹ oib⁹ isti⁹ focilis vn⁹ musculus ꝯtinuat⁹ i me° loco
ei⁹:ꝓp qd̃ fuerũt duo:ꝛ fuit vn⁹ eoꝝ ꝯtinuat⁹ cũ locis supio
rib⁹ ꝓpinqs adiutorio:ꝛ ali⁹ ꝯtinuat⁹ ẽ cũ locis infe^{ri⁹} ꝓpin
qs rascete:fuit ãt ꝯtinua° eoꝝ cũ focili i mlt̃is locis:vt sint
magis fixe:q̃m retẽtio mẽbroꝝ carnosoꝝ:ꝛ fixio eoꝝ cũ eo
q̃ ꝯiũgũt̃ ẽ debilis:ꝛ fuit necẽiũ vt occurrerẽt isti focili i mltis
locis:q̃m carẽt v̾tute chorde cui sufficiebat i bonitate reten
tiõis vn⁹ loc⁹:ꝛ ꝓp h̃ fuit datũ ei loco ei⁹ qd̃ deest ei ex v̾tu/
te chorde multi^{tas} illoꝝ:q̃m nõ ẽ ꝓpriũ oriri chordã ab illo
musculo. Et dix̃. A.girãtes seu reflectẽtes musculi sũt par po
sit⁹ exteri⁹. Cui⁹ vnũ ex duob⁹ ipib⁹ a supmo domestico ca
pitis adiutorij icipit:ꝛ ꝯtinuat̃ cũ supiori focili sub iũctura
rascete. Et aliũ ẽ magis curuatũ eo:ꝛ ei⁹ villus ad lati^{tudinem} ẽ
declinis:ſȝ ei⁹ extremitas ẽ plus neruosa:ꝛ icipit ab ipomet
supiori focili:ꝛ ꝯtinuat̃ cũ ei⁹ extre^{mi} supiore apd̃ rascete iũ
cturã. Sũt ãt ꝛ sup assaid ſȝ vnũq̃dq̃ȝ focile musculi moue̾t
d̾bẽtes iũcturas man⁹ ꝛ digitoꝝ d qb⁹ dice̾t i sequẽti ca°.

ℂ De anatomia manus in speciali. Cap.xlviij.


Anus in tres diuidit̃ ptes.s.in carpũ meta
carpũ:ꝛ digitos. Et iũctura qdẽ car
De vtili/tat man⁹ pũ a Gal.p̾ ꝛ 2° de vtil.pti.dicta:ꝛ ab eo p̾ ꝛ 2°
de iuuamẽtis:ꝛ ab Aui.rascata voca̾t. Et iũctu
ra ab eo dicta metacarpũ.ab Aui.pecten man⁹
voca̾t. ℂ De diuisiõe qdẽ man⁹ loquẽs Gal.vbi.s̃.dix̃.ma/
nus vt multiformes figuras ꝯp̃hẽdere posset meli⁹ fuit diui
di multiplr̃:nẽ nũc ẽ diuisa. Cũ h̃.n.diuȝ optie adiuuatiuo/
rũ organoꝝ vt̃ eẽ ꝯstructa:ꝛ teneri circa sphericũ p̾t spherica/
ri cũ vndiq̃ȝ ꝯp̃hẽdẽs ꝛ recta:ꝛ ꝯcaua ifallaciter capit. Et q꞉
multa corpa maiorẽ molẽ h̃nt q̃ ſȝ vnã manũ capiẽda:ꝛ co/
adiutricem alterã nã fecit:vt vtrisq̃ȝ ex oppositis ptib⁹ ꝯp̃hẽ
dẽtib⁹ ea in nullo deficiãt ab vna manu magna. Et idcirco
ad se inuicẽ iclinant̃ inuicẽ:cui⁹ gr̃a facte sũt. Et diffaria sũt
eq̃les. Et.n.ꝛ h̃ ꝯueniebat organis sil' agẽ debẽtib⁹. Exco/
gitãs.n.maximũ corpoꝝ:q̃ hõ ꝯictare ꝑt:puta lapidẽ aut li/
gnũ:ꝛ rursũ ꝑuissimũ vt miliũ:aut aliquẽ pilũ:deide q̃ȝta sit
latitudo iter maximũ ꝛ minimũ:ita h̃ñ ipsa ꝯictãtẽ hoieȝ in/
uenies:sic si vniuscuiusq̃ȝ illoꝝ gr̃a facte fuissent man⁹:ꝑuis
sima.n.duob⁹ digitis ꝯp̃hẽdit:vȝ.indice ꝛ magno. Ea võ q̃
sũt paꝝ maiora his eisdẽ ꝯp̃hẽdit:ſȝ nõ extremis. Queccũq̃ȝ
võ sũt:ꝛ his paꝝ maiora circa ea trib⁹ digitis agit.s.polli/
ce:idice:ꝛ me°. Et si q̃ his adhuc maiora q̃tuor:deide ꝯñter
ꝛ qnq̃ȝ:ꝛ deide tota manu:deide v̾o ꝛ alterã in his q̃ sũt am/
pli⁹ maiora adducit:q̃ꝝ nullũ eẽt poss̾e apd̃ digitos fieri:nisi
multiplr̃ eẽnt diuisi. ℂ Et dix̃. G.nõ sufficiebat eã solũ ſȝ se
eẽ diuisaȝ:nã si nullus digit⁹ apponeret̃ 4^{or}:sic nũc sũt:sed
ꝯñter oẽs sil' sub vna recta linea eẽnt:nõne manife^{m} est q̃ in
utilis eẽt eoꝝ multi^{do}:opȝ.n.qd̃ app̃hendit̃ diligẽter:aut
vndiq̃ȝ ſȝ circulũ:aut nõ ex duob⁹ locis ꝯp̃hẽdi:h̃ ãt ꝑisset
si ſȝ vnã rectã ꝯñter eẽnt lineã oẽs:saluat̃ aũt nũc certitudi
nalr̃ vno oppo^{to} alijs:neq̃ȝ ẽt oportebat simplr̃ duos digi/
tos sic oppositos in ꝑuaꝝ reꝝ venatiõib⁹ eoꝝ sũmitatibus
opari:ſȝ eos tales eẽ q̃les nũc sũt:sic molles sic circũplicabi
les:ꝛ ita h̃ñtes vnguib⁹:neq̃ȝ.n.si nõ carnea eẽt eoꝝ extre/
mitas,ſȝ ossea:eẽt nũq̃ȝ poss̾e ꝯp̃hendere ꝑuissima corpa:sic
spinas ꝛ pilos:neq̃ȝ ẽt si carnea siq̃deȝ mollior:aut duridior
carne:neq̃ȝ.n.vtiq̃ȝ poss̾e eẽt maxie amplexari qd̃ ꝯp̃hẽdit̃
vt tuta app̃hẽsio fiat. Amplexari.n.nullũ duroꝝ aut osseo
rũ:ſȝ ea q sũt moderate mollia:ꝛ q̃si fusilia plusq̃ȝ decet sub
tilib⁹:ꝛ duris cedẽtia facilr̃ ab eis defluũt:q̃cũq̃ȝ igit̃ sũt in
me° nã imoderate molliũ ꝛ duroꝝ:sic ꝛ digitoꝝ sũmitates
hec vtiq̃ȝ erũt optia ifallacis ꝯp̃hẽsiõis organa. ℂ Et dixit
Gal. cur diuisa est in digitos man⁹:ꝛ cur 4^{or} eoꝝ opponit̃
magn⁹ declaãs Hyp.dix̃.digitoꝝ idoneitas ẽ magnũ eẽ eũ
q in me°:ꝛ op^{m} eẽ idici magnũ. Adhuc.n.qd̃ distent digiti
abiuicẽ multifarie vtile ex̃ns diuisio illoꝝ fca ẽ. Cõueniẽter
igit̃ q̃ñ id c⁹ gr̃a facti sũt agũt oino max^{i} h⁹ ꝯstructionẽ ido
neissimã eẽ oit:ꝓp hãc igit̃ opponit̃ magn⁹ digit⁹ alijs:q̃m
diuisa eẽt man⁹ siceti tñ pl'ȝ ab alijs distaret magn⁹ nõ vtiq̃ȝ
opponeret̃ eis:hinc g̃ dixit. G.ꝑ pauca v̾ba docet Hyp.eos
q ꝑnt discere decã ei⁹. Ita.n.se h̃ñtib⁹ oia q̃ ꝑ eos opant̃ h̃ñ
fient. Nihil.n.aliũ est mẽbroꝝ pulchritudo q̃ȝ optia corpis
ꝯstructio quã actib⁹ iudicabis:optia.n.corpis ꝯstructio ea
est q̃ oẽs h̃ȝ ꝑticulas:ꝛ eã q̃ ab ipsis vtilitatẽ sufficiẽtem ad
act⁹ organoꝝ ꝓbet.sic.n.ꝑfecta ꝛ ideficiẽs ẽ ꝯstructio. Nõ
eni albedib⁹ vl' mollicieb⁹:vel alijs talib⁹ verax ostdit̃ pul/
chritudo. Et de his apli⁹ ifra i anato° digitoꝝ man⁹ dice̾t.

Componitur auẽ manus ipsa ex parte ossuosa ꝛ
musculosa,ꝛ ossa plura fuerũt. Nõ
eni dixit Ga.vbi s̃.fieret man⁹ extẽsio,nec ei⁹ ꝯcauatio si os
sa ei⁹ cedere nõ possent. Nõ aũt cederẽt si essent oia vnũ in/
cõpositũ,q̃re eo q̃ ex multis facta sũt ossib⁹ trãspõnẽ acgrẽ
tis ꝯcauã ad pl'ȝ,ꝛ rursus rectã opant̃ manũ. Et oino vtiq̃ȝ
altera ꝯsistẽtia ꝑderet̃ si nõ essent facte ex plurib⁹. Et nõ so/
luȝ ad actũ manus,ſȝ ad ifallaciã iuuat h̃ȝ cõstructio. Si.n.
iter digitũ ꝛ brachiũ simplr̃ os vnũ eẽt locatũ ꝯcauũ ab in/
tra,ꝯuexũ v̾o ab extra,ita nudũ,sic h̃ decet nuda eẽ ab ol
duro ꝑcutiẽte facilr̃ rumperet̃,ꝛ rũpẽte sil' fractũ mox totũ
vtiq̃ȝ pter nãm h̃ret vnũ exutẽs. Nũc aũt q꞉ duodecim fcã
sũt duodecima pe ꝯstructiõis corrũpit̃ passo vno:ſȝ vt oino
nõ patiat̃ meli⁹ fuit ex multis cõponi:ꝛ maxie ita duros:ce

dēsa.n.eis q̄ incidūt ſm dearticulationes oſſiū exſoluūt il/
lā violētiā:ita nāq₃ ⁊ ſagitta ⁊ lancea:⁊ q̄cūq₃ talia facilius
ꝑtrāſit tēſa coria q̃₃ laxa:eo ꝙ illa trāſeunt:iſta vō cedentia
paulatī₃ violētiā exſoluūt icietiū. Itaq₃ igiť acquiſiuit ho₄ū
oſſiū ordinatio.ſ.q̄ in cōi oium eſt vix paſſibilitatē:⁊ hoc ex
multitudīe co₄:⁊ cū q̄ vniuſcuiuſq₃ ſeorſum:⁊ h̄ ex duritie,
accipiēs:hāc ēt multiformitas figuratione ad cōem vix paſ.
ſibilitatē valde ꝯferūt:multiformiter.n.cedit eis q̄ ex oibus
locis iciūt. Si ēt vniformis cōpō ipſo₄ facta eēt vix paſſi/
bilis nō vtiq₃ eēt:qm̄ neq₃ cedere oino poſſet.ꝑꝑ hec igitur
multa ſunt:⁊ ita cōpoſita. Silr ⁊ ꝑs muſculoſa in multos ⁊
varios diuiſa eſt muſculos ꝑꝑ varios mot⁹ articulationū
man⁹. Et de vtraq₃ ꝑte man⁹ oſſuoſa:⁊ muſculoſa ꝑticulr̄
dōm eſt. Et h⁹ de ꝑte oſſuoſa raſcete ⁊ pectinis man⁹ i vno
ca°. Et ꝯñter in alio ca° de ꝑte oſſuoſa digito₄.

¶ De anatomia oſſiuʒ raſcete ⁊ pectinis manus ſiue carpi ⁊
metacarpi. Cap.xlix.



Irit Gal.2° de vtil.ꝑtic.tres ordines oſſiuʒ
intermedij fuerūt brachio ⁊ ſciſſionib⁹
digito₄ ꝑus v̄ſus brachiū ex trib⁹ cōſtās oſſi/
bus eſt. Qui vō ꝯñter ex q̄tuor v̄ſus metacar/
pū. Et hi duo ordines articulationē carpi cōpo
nunt:articulus aūt metacarpi q eſt ordo terti⁹ ex qnq₃ fact⁹
eſt oſſib⁹ quo₄ vnū magni eſt digiti:⁊ alia q̄tuor ꝓprie ſūt
metacarpi. ¶ Et loquēs ibi Gal.de ꝑ ⁊ 2° ordine.ſ.de oſſi/
bus carpi dixit.ſm carpū octo ſūt oſſa:⁊ nullū eo₄ alteri
exñs ſile in ſpē:nec magnitudīe eq̄le in tātā armoniā deue/
niunt cōpōnis vt difficile ſit inuenibilis eo₄ nūer⁹:niſi cum
diligēter abraſeris colligatiōes:⁊ denudaueris mēbranas
coopientes vnū tibi oia videbūť. ¶ Et dixit Haly.ipſa oſſa
nullā ſūt hñtia medullā:⁊ cōglobata ſūt alia cū alijs:vt eēnt
firmiſſima ⁊ dura:⁊ medulla carētia facta ſūt:q: lacertis fa
cta ſūt nuda:q̄re ad ea frigus ꝑuenit celeriter diuerſa quoq₃
figura facta ſūt:vt ꝯnectanť in ſua cōtinuatiōe alia cū alijs:
alia.n.illo₄ facta ſūt cōcaua conica:alia gibboſa:alia recta:
vt facta ꝯtinuatiōe eo₄ cū alijs tāq₃ vnū os eē videať. ¶ Et
Aui.dixit.raſceta ex multis cōpoſita eſt oſſib⁹:ne nocu^m ſi
acciderit cōe fiat:⁊ vt ꝑ ipſa plāta cōtinuata cōcauari cū cōti
nēdi rotūda volūtas affuerit:ac ēt cū liq̄da currentia retine
re voluerim⁹. Et dixit.ligamētū fortiter ſtringit vnū ho₄uʒ
oſſiū cū alio:⁊₃ tñ in eis exiſtit pa₄ obedientie ad ꝑuā ꝯſtri/
ctionē:ex q̄ ꝑuenit vt interi⁹ plāte cōclaueť.alś.cōcauetur.
¶ Subdit Gal.hoc carpū exiſtit a multis ⁊ multiformib⁹
cōpo^m ab intra q̄dē ꝯcauū inq̄ʒtū manui ꝯuenit fieri:ꝯuexū
q̄ ab ex̄ inq̄ʒtū cōuenit habuitq₃ ꝯueritatē in ꝑtib⁹ ſupiori/
bus q̄ apud brachiū talē ⁊ ita magnā:q̄lis ⁊ q̄ʒta maxie de/
bebat dearticulationē eē oñ locato₄ oſſiū:in iferiori aūt ꝑte
carpi q̄tuor inuenies ꝯcauitates deinceps ſibiinuicē ꝑuiſq₃
articulanť oſſib⁹ metacarpi. Et dixit cartilago nō has ſolū:
ſ₃ ēt eas q̄ in carpo cōcordationes oſſiū oēs ſubiūgit. ¶ Et
dixit Gal.9^m aliqs poterit ſm carpū nūerare os:⁊₃ nō eſt nu
meratū ab anatomicis:ſicut nec aliq̄d ſiſami nodo₄ voca/
to₄ q̄ multis eo₄ q̄ ſm man⁹ ⁊ pedes articulationē nā ex
oppoſito circūoppoſuit infallacie grā. Et dixit.curue iplan
tationes oſſiū q̄ ſūt ſ₃ kerkidā ⁊ brachiū q̄ in carpo articu
lanť vocanť iplātatiōes:⁊ vocanť aliqñ capita ⁊ codilli. Et
Gal.loquēs dixit.oino oſſe carpi exñte diligēti armonia in
oib⁹ oſſib⁹ carpi. Nā carēs loco in q̄ ꝑdictū os infallaciter
firmaret iferiorē ei⁹ finē ſbtilē certitudialr̄ opata ē. Et.n.al
tū ducēs lapſu₃:⁊ cartilagioſū ꝑparās locū idoneū ad am/
pliationē tenontis q flectit ſ₃ eūdē carpū. Et Aui.dixit.8^m
os nō ꝯſiſtit in duab⁹ raſcete acieb⁹:ſ₃ fuit creatū ad defen/
dēdū neruū q eſt in plāta. ¶ Iunctura itaq₃ raſcete ex.vij.
eſt cōpoſita oſſib⁹ de oſſib⁹ carpi:q₄ q̄tuor ſūt in vna acie:⁊
tria ſunt in alia acie. Et acies triū poſita eſt ex ꝑte brachij:⁊
cū oſſib⁹ brachij:ſiue aſſeid iuncturā cōponūt q iūctura bra
chij noiať. Et acies q̄tuor oſſiū ſita eſt ex ꝑte palme man⁹:⁊
cū oſſib⁹ metacarpi cōponūt iuncturā q̄ eſt in pectine ma
nus. ¶ Dixit.n.Gal.vbi ſupra:q: oportebat carpū articula
ri brachij ⁊ kerkide finib⁹ ꝯuenięter alterutrū os:ſiue ſup
implātationē habuit gibbā q̄dē:⁊ circūferētialē ab ex̄:⁊ cō
cauā q̄dē ab itra:ſ₃ ea q̄ vndiq₃ labiū h₃ circuēs a q̄ certitu/
dinalr̄ ſtringiť termin⁹ carpi:q eſt ibi:ea vō q̄ brachij non
adhuc ſilr:ſ₃ id qđ eſt intra:⁊ v̄ſus kerkidā ei⁹ aſpicit eſt ra
le. Altera vō extremitas q̄ ſm lōgitudinē:⁊ rectitudinē to/
tius colli ad circūferētiale caput finit q̄ certū igrediť locatū
ibi os carpi ſuaui ꝯcauitate:vt duplex ſit articulatio ſ₃ car/
pū:qua₄ altera eſt ſup iplantationē igrediētiū in ipſo carpi
fine ad ꝯcauitatē q̄ eſt iter kerkidā ⁊ brachiū. Altera vō eſt
oſſis cōp̄hēdētis ꝑuā explātationē brachij. Et hec q̄dē grā
v̄ſiōis manuū ad ꝓnū ⁊ ſupinū facta eſt:q̄ ⁊ minor eſt alia:
ſ₃ ꝑꝑ aliā magnā extēdiť ⁊ flectiť q̄ ſ₃ carpū articulus:ꝑꝑ
hec igř gibboſitates facte ſūt finiū brachij:⁊ kerkide. Et di
xit Gal.carpi lat⁹ qđ brachio articulať ex trib⁹ oſſib⁹ factū
eſt:ſtrictiſſime.n.debēte carpo brachio articulari. ¶ Dixit
Haly.diſgregatiōes due q̄ ſūt raſcete:⁊ duob⁹ brachij capi
tis altera eſt magna:⁊ altera ꝑua. Et magna q̄dē eſt ꝑ introi
tū ꝯtinuationis ex oſſib⁹ oſſis raſcete:⁊ q̄ ſūt in ſupiori ordie
in foueā q̄ in oſſe ē ꝯtinuato duob⁹ capitib⁹ oſſiū vtriuſq₃
cubiti:⁊ dř cuba. Et hac diſgregatōe ei⁹ ſit dilatatio palme:
⁊ ei⁹ ꝯſtrictio. At vō minor diſgregatio ꝯglutinať ꝑ ang^lo
introitū ꝯtinuati ꝯiūcti₃ extremitati cubiti ſupioris:vbi au
ricularis iūgiť:vocaturq₃ querſua in cōcauitate oſſis illi op
poſiti de oſſib⁹ raſcete:⁊ q̄ ſūt in ordie 2° inferiori. Et hac diſ
gregatiōe ſit palme mot⁹ in añ ⁊ retro.i.ꝓne ⁊ ſupine. ¶ Et
Aui.dixit.vij.ex oſſib⁹ raſcete in duab⁹ ꝯſiſtūt acieb⁹:vna
acies eſt ad ꝑtē aſſeid:⁊ cui⁹ oſſa ſūt tria:qm̄ ꝑꝑea ꝙ eſt ad ꝑtē
aſſeid oportuit vt eēt plus ſubtilis ⁊ alteri⁹ aciei oſſa ſūt q̄
tuor q̄ ſūt ad ꝑtē pectinis:⁊ digito₄:vñ ꝑꝑ hoc oportuit vt
eſſent magis ampla. Et tria q̄dē oſſa ordiata fuerūt:eo₄.n.
capita q̄ ſunt a ꝑte aſſeid ſunt ſubtiliora:⁊ adinuicē collecta
meli⁹:⁊ plus ꝯtinuata. Et eo₄ capita que ſūt ad ꝑteʒ aciei
alteri⁹ ſūt latiora:⁊ minus bñ collecta ⁊ ꝯtinuata. Et dixit
Aui.aciei 2^e:ſit extremitas in cōiūctiōe capitū oſſiū ei⁹:⁊ in
grediť vacuitateʒ q̄ eſt in extremitate duo₄ fociliū:ſit q̄ ibi
iunctura dilatatiōis ⁊ ꝯſtrictiōis:⁊ additamētū ꝑdictū qđ
eſt in focili iferiori vacuitatē oſſiū raſceti igrediť:⁊ ſit inde
reſupinatiōis ⁊ tortiōis iūctura. ¶ Dixit.n.Gal.vbi.ſ.gib
boſitatib⁹ factis ſ₃ fines kerkide ⁊ brachij vtiť nā vltra vti
litatē eo₄ dictā:ſicut aſſueuit ad aliq̄d qđ benignū:eo ꝙ ꝑꝑ
aliud factū eſt ꝯuerti mltotiēs ad alia. Capita.n.tenōtū mo
uētiū digitos ad itermedia ha₄ eminētia₄ ꝯcauitatē ꝓpo
ſuit cuſtodiā tutā:quē ad^m mur⁹:aut turris hāc eis faciēs.

De oſſibus aūt metacarpi iuxta ſe inuicē oſſa vſq₃
ad digitos feruntur:diſtāt aūt abinuiceʒ
⁊ nō ſūt oino ꝯiūcta ſicut q̄ carpi.h̄.n.plr̄ abinuicē diſtāti
bus organis eq̄lib⁹ digitis debebāt articulari. Et ſ₃ figurā
q̄dē ꝯuexa:ꝑa₄ vō ſima ab it⁹ facta ſūt:oportebat.n.ꝯñter
ea carpo locata illo₄ ſpēʒ imitari. Et q̄dē in tātū eis aſſilata
ſūt:vt coadunatio q̄ eſt ex oibus duplices ſupficies planas
opeť:ſimā q̄dē q̄ it⁹:⁊ ꝯuexā vō q̄ ex̄. metacarpū q₃ ex q̄tuor
oſſib⁹ ꝯpo^m fecit nā:q: magn⁹ digit⁹ in carpo:⁊ alio₄ 4^or
vnuſq̄ſq₃ in metacarpo articulať. ¶ Dixit Haly.palma in
duas diuidiť ꝑtes.ſ.in oſſa pectinis palme:⁊ digitos. Et pe
cten palme ꝯponiť ex q̄tuor oſſib⁹ grādiorib⁹:media.n.h̄ ē
poſita iter oſſa raſcete ⁊ digito₄. Et eſt factū ex q̄tuor oſſi/
bus:vt ſi qñ incōmoditas vni accidat ꝑti relique illeſe ꝑma
neāt. ¶ Dixit Aui.oſſa pectinis plāte 4^or ſūt ꝑꝑea ꝙ cū 4^or
ꝯtinuanť digitis:⁊ ſūt ꝯiūcta ex ꝑte q̄ eſt ad raſcetaʒ. Iđ vt
cū oſſib⁹ q̄ ſūt diſtincta ⁊ ſepata bñ ꝯtinuenť. Et fuerūt ad
interiora curuata ꝑꝑ illud qđ iā ſciuiſti:⁊ dcm̄ eſt ſupra:ra/
ſcete vō iunctura cū pectine ꝯponiť ꝑ ꝯcauitates que in ex/
tremitatibus oſſium raſcete cōſiſtunt:in quas bucelle oſſiū
pectinis que iā cartilaginibus inueſtite fuerunt ingrediun/

Ossa carpi siue rascete sunt octo:⁊ ſm Al.⁊ Ha. septem.

Ossa pectinis sunt quatuor

tur. ¶ Subdit Gal. oia octo carpi ossa seinuicē ↄstringunt: magis tn̄ ↄstricta ea q̄ sūt v̄sus brachiū ꝛ min⁹ ea q̄ sūt v̄sus metacarpuз: hec.n. velut vnum oportuit fieri debētia velut vnū articlari apd̄ brachiū: moueri.n. multis ꝛ violētis mo- tib⁹ d̄bebāt: oēs.n. act⁹ ꝛ mot⁹ articlī q̄ ƀз carpū fortes sūt. Illa aūt nō vt vno erat necīuз approximare ossib⁹ metacar- pi cū distēt abinuicē: ꝛ in nullū vehemēti motu debebat mo- ueri. Et ad vix passibilitatem multo vtilius erat eis lapse cō- poni: magis eniз ita exsoluunt violentia incidentium.

¶ De anatomia ossium digitorum manus. Cap. j.



Galenus p̄mo de vtil'. ptic. ait. ossiuз gen⁹ in digitis factū ē: q2 moueri eos multiformiter iest: n.n. spine ossib⁹: siue polipo dib⁹ firmitatē in actib⁹ vnq̄ hērem⁹ carentes sustētatiua dura pticula. Ossa igit' a creatore da ta sunt digitis sustētatiua ƀз oēз figurā eis. ¶ Et. A. dixit. digiti sūt instr̄a q̄ ad colligēdū res iuuāt. Et ipsi qdē nō fue- rūt creati carnei ab ossib⁹ vacui: q̄uis cū hoc diuersis moti b⁹ possent moueri: quēa^m multi vermiū ꝛ pisciū po^s debili. Et h iō ne eoꝝ opōnes fierēt d̄biles: ꝛ ēt debiliores q̄ v̄mis. ¶ Et subdit Gal. ꝙ vtl̄^m erat digitis: multiformiter figura ri ex plib⁹ ossib⁹ vnusq̄sq̄ digitus ↄposit⁹ ē nō potēte h fieri si ex vno solo forēt creati. Et. A. dixit. neq̄ ex vno ēt creati fuerunt osse: ne eoꝝ opōnes difficiles fierēt: quēad^m accidit patiētib⁹ cuſeƺ. i. thetanū. ¶ Dixit Gal'. theo. 2° digiti sunt qnq̄з quoꝝ q̄sq̄ ↄposit⁹ est ex trib⁹ ossib⁹: quoꝝ qdq̄ da- ctilu eo ꝙ noīe careām⁹ possum⁹ vocare adinuicē ↄtinuita- tis disgregata ↄtinuatiōe cū augmētationib⁹ qb⁹ igrediūt' dactilo p̄ 1° ꝛ sic sequētes: ꝛ colligunt' adinuicē. Et Gal. dix'. ex trib⁹ vnusq̄sq̄ digit⁹ fact⁹ est ossib⁹ ƀm articulū adinui- cē copulatis: ꝛ pp̄ea ad oēз p̄mpte opōnē figurāt': plicati.n. oib⁹ articulis: ita opant' eis: sic sine ossib⁹ facti eēnt. Exten- sis āt oib⁹ sicut si ex vno eēnt osse solo: multā aūt neq̄ oib⁹ curuatis idigētes multotiēs qdē p̄^m solū vel 2^m vel 3^m arti^m. sil' extēdētes vel flectētes ƀm duas opantur figuraꝝ: ꝛ ƀm vnāquāq̄ eaꝝ magis vel min⁹ inq̄tū extēdit' dicere ipoſe est: excogitare āt facile: totalis.n. tēsio ꝛ flexio idiuisibilis est in magis ꝛ min⁹: medi⁹ aūt eoꝝ mot⁹ articuloꝝ nō puū nu meꝝ opat': qm̄ qn̄q̄ qdē magis: qn̄q̄ aūt min⁹ flexis ꝛ extē sis eis. ¶ Dixit quoq̄з. G. tria oportuit fieri digitoꝝ ossa: si plura.n. essent cū eo ꝙ nō iuuarēt actū aliquē cū sufficiēter fieri possint p tria ꝛ cōpleri oēs fortasse nocerēt totalē extē- sionē firmā man⁹ quā nūc opant': q.n. ex plurib⁹ pticulis cō posita sūt facili⁹ frangunt' q̄ si ex paucioib⁹: pauciora v̄o si eēnt diuersitatē figurationū nō vtiq̄ hr̄et tātā vt vtiq̄ mo uerēt' multiformiter ꝛ effugerēt passibilitatē: tertian⁹ ossiū nūer⁹ fuit sufficiēs. ¶ Aui. aūt dixit. ipsis tria suffecerūt os sa: qm̄ si in eoꝝ nūero adderet' in augmēto numeꝝ motuū ipsoꝝ iuuaret. sз debilitas pculdubio in tenēdo illō qd̄ ipos supflua firmitate opз tenere pueniret. Et si ex paucioribus duob⁹ eēt qdē firmitudo maior: sз mot⁹ minueret' ab eo ꝙ sufficit: ꝛ nos qdē idigem⁹ plus motib⁹ diuersis q̄ augmē to firmitudis ter^m trāseūtis. ¶ Et subdit Gal' differūt ossa magnitudie ꝛ figura in magnitudie qdē: qm̄ opз illud qd̄ p locatū est supare illō qd̄ est post ipз: vt manifestū est oibus: qm̄ illō est qd̄ vehit: ꝛ illō est qd̄ vehit': mai⁹ aūt oз esse qd̄ portat q̄ qd̄ portat': vt ēt supra patuit in gn̄ali ca° ossiū. In figura aūt qm̄ ab ampliori supiori basi eoꝝ instructionē ter mināt eā q̄ iferi⁹. circūferētiales. i. rotūdi quoq̄ sūt vt vix patient'. Cur aūt vtrīq̄ dōq̄ extrorsuз cōuexi: ab itra v̄o cer- titudinalr: ꝛ h gr̄a melioris est. Eis.n. q̄ ab intra sūt ptib⁹ digiti ꝛ ↄtāt ꝛ terūt: ꝛ acciplūt oīa: deteri⁹ aūt fieret h ↄue- xis eis factis ossib⁹. Eis v̄o q̄ sunt ab extra ptis nihil hoꝝ erat op⁹ nullū aliū actū agētes ad solā vix passibilitatē cer- titudinalr ↄstructe sūt in laterib⁹ q hēbāt: h. s. vt vix pate- rent' seinuicē custodiētes: hēbāt āt ēt vt qn̄ colligūt' nullaз relinquāt regionē vacuā: ꝑpea ḡ nō oportuit eas curuas fie ri: fides aūt firma ad p̄dicta credēdū est id qd̄ est magni di- giti ꝛ pui. Ille.n. s. magn⁹ digit⁹ ƀз supiorē. Ille v̄o puus ƀз exteriorē pifſeriā q̄ est v̄sus latera digitoꝝ curui certitudina liter facti sūt: neq̄.n. custodirent' hinc: neq̄ ↄuenirēt alteri digito. ¶ Et dixit Gal'. dura ꝛ spissa ꝛ sine medulla sūt ossa digitoꝝ: q2 nuda sūt dīsariā ꝛ q̄ facile passibilia. Eis aūt q̄ ob idigētiā q̄ ab ex̄ sūt opimētoꝝ sūt facile passibilia vna so la restauratio est maxia p⁹ ↄstructiōis. s. vix passibilitas. Et Aui. dixit. fcā fuerūt dura nō hn̄tia ↄcauitatē: neq̄ medul- lā: vt eēnt fortiora ad figēdū i motib⁹ ꝛ attrahēdū ꝛ fuerūt interi⁹ curua: ꝛ exteri⁹ gibbosa: vt qd̄ tenēt meli⁹ teneāt: ꝛ meli⁹ fricēt: ꝛ meli⁹ p̄māt id qd̄ fricāt: ꝛ p̄mūt: ꝛ int' vnūq̄dq̄ nō fuit po^{ta} ↄcauitas: nз gibbo^{sitas} vt bn̄ q̄n res vna ↄtinue rēt' qn̄ necīuз fuerit: vt ex eis ossis vni⁹ iuua^m hēat'. Et eoꝝ extremi. s. pollex: ꝛ auriclāris gibbositatē ad ptē q̄ nō est di git⁹ ƀз vt sit eoꝝ sūma cū applicant' silis figure rotūde que a nocumētis tuet'. ¶ Et dixit. G. nullaten⁹ eē ossiū digitoꝝ labia eq̄lia: sз ab ex̄ qdē eē multo maiora: ab itra v̄o minora maxia est n̄āc i digitoꝝ ↄstructiōe igeniatio. Si.n. eēnt pua ab ex̄ vltra vltimā extēsionē flecti ↄcederēt articulos: maio ra v̄o si eēnt ab intra p̄hiberēt vtiq̄з ad plus flecti: q̄re noce rēt alterūtrūq̄ extēsionis. s. firmitudinē auferētia: ꝛ flexio- nis multiformē. ¶ Et subdit in his q̄ ƀm digitos articula- tiōes machinata est n̄a sic ↄueniebat: ꝛ maxie colligatiōes pue.n. sūt colligatiōes: sз diligēter ornate: subtilib⁹ v̄o ytu- ditibus vndiq̄ coronate: ꝛ cartilaginib⁹ tenuib⁹ alternatis copulatiōib⁹ mēbranosis copulate. ¶ Et. A. dixit oia digi toꝝ ossa cōtinuata fuerūt cū tenuitatib⁹: ꝛ ↄcauitatib⁹ itrā tib⁹ iter q̄s huōr existit viscosus: quoꝝ iūcturas ligamenta ↄprehēdūt fortia. q̄ sibi obuiāt cū pāniculis cartilaginosis. Et dixit. vacuitates iplēt q̄ iūcturis exīstūt pp aug^m firmitu dinis ossa minuta q̄ sisamina vocant'. Dixit.n. Gal'. ꝙ inter disgregatiōes hoꝝ ossa sūt pua silia sisamo q̄ vt loca iplerēt facta sūt vacua. ¶ Dixit quoq̄ Gal'. digitū qdē magnū vo- cant p̄manū seu p̄ tota manu eo existēte: vidēt.n. act⁹ ma- nus p̄ditos: siue h solus abscindat' digit⁹, siue alij q̄tuor. Et dixit. ineq̄les oēs facti sūt digiti ꝛ lōgior q medi⁹, aut q2 sū- mitates hoꝝ digitoꝝ eq̄le ptingere iustū erat in apprehēdē do corpulētias aliquas magnas in circuitu ꝛ in conādo te- nere qdcūq̄ vl' hūtdū vel minimū in seipsis. In maximis.n. corpulētis ad apprehēdēdū certitudinalr, ꝛ ad emittēduз fortiter eq̄lis vndiq̄ cōprehēsis multū ↄfert. Apparēt āt in vnā circuli piferiā ↄuenietes qnq̄ digiti, sз hui⁹ actio qn̄ cer titudinalr corpa sp̄ica cōprehendūt. In his vtiq̄ cognoscet euidētissime q̄s qd̄ euidēter vndiq̄з equalr sūmitates digi- toꝝ se opponētes cōprehēsionē illoꝝ ifallaciorē ꝛ pfectionē fortiorē opant'. Sicut puta in manib⁹ extremitates remoꝝ ad eq̄le pueniūt nō exn̄tib⁹ oib⁹ eq̄lib⁹, ꝛ.n. ꝛ ibi medios ꝛ maxios faciūt pp eādē cām. Qm̄ aūt in conando claudere manū qn̄ vel minimū corp⁹ ↄphēdere certitudialr vel hūt- dū voluerim⁹ digitoꝝ equa ita euidētē q̄lз vtilitatez. Et di- ctis pз, qm̄ magnū digitū supascēdētē idici, sicut sup appō- nē aliquā fieri supioris spaciositatis iferi⁹ oñdet'. ¶ Et. A. dixit. medi⁹ digit⁹ ex lōgiorib⁹ fact⁹ est iūcturis. deinde an nularis. deide idex, deinde auricularis, vt ipsoꝝ extremita- tes apud ↄphēsionē equent', ꝛ nō remaneat aptio. ꝛ cū h vt digiti ei plāte sup rotūdū ↄcauent' cū colligit'. ¶ Polex v̄o. dixit Aui. oiuз q̄tuor digitoꝝ iustitia existit. q si i suo nō po neret' loco ei⁹ iuua^m destrueret', ꝛ tot⁹ man⁹. Si.n. int⁹ in plāta poneret' plm opōnū q̄s p plantā habem⁹ destrueret' in nobis. Et si ad ptē poneret' auricularis vna man⁹ ad aliā ad tenēdū illud in quo iungit' nō pueniret. Et adhuc qdam remon⁹ existit, qm̄ si retro poneret', ꝛ pectini man⁹ pollex nō alligaret' lōgitudo iter ipm ꝛ alios digitos nō angustare- ret', cū ḡ q̄tuor digiti rē aliquā ab vna pte cōphēderēt, ꝛ pol lex ab alia pte eēt, sicut applicās illud qd̄ plāta ↄstringit, ꝛ sз ꝛ auricularis ꝛ ānularis sic cooptorū posteri⁹. ¶ Dixit

Gal.

Ossa vnicuiusq̄ digiti sūt tria.

Digitorū ossa differentie.

Ossa digitorū nō habēt medull.

De inequalitate digitorum.

De pollice ꝛ loco ei⁹.

Gal. 2° de iuuamētis mēbroꝝ. pollex nō fuit positꝰ in vna acie cū alijs q̄tuor: sicut in pedibꝰ: q2 pes est instr̄z ad ambulādū: manꝰ vō est instr̄z ad retinēdū: quapꝓ digiti pedis fuerūt positi in vna acie vt eēnt magis fixi sup terrā. Sz pollex in manu fuit oppositꝰ q̄tuor digitis: vt sit ꝯueniētior retētioni modis diuersis. Et non fuit eiꝰ oppō in meº loco. ne corrūperent opōnes quas opamur in domestico palme: cū p vnā palmā: siue p duas sit. Et cū in palma fuerūt due ptes: vna v̄sus indicē: et alia v̄sus auricularē: fuit pollex positꝰ in latere qđ ē v̄sus idicē: q2 cū ē v̄sus idicē: due manꝰ directe sūt opposite adinuicē. Et ꝯueniētior locoꝝ pollici est locꝰ in q̄ ligat̄ pᵐ iūcturā eiꝰ cū osse seq̄nti ipz ex ossibꝰ rascete: q2 si acciperet ossa palme fieret modicū spatiū iter ipz et idicez. Et si segatū fuisset paucū iā eēt diminuta opō pollicis cū idice: et alijs digitis. ¶ Et dixit Gal. eodē p̄ de vti. pti. digiti si forēt paucio:es q̄z nūc sint idigētꝰ multa actuū ferēt: plibꝰ aūt nullo idigētꝰ. Q2 āt si pauciores eēnt facti plibꝰ actibꝰ noceret discēs facilr̄: magno nāq2 pereunte oēs itaq2 pitissent prāte. absq2 illo. n. nullus alioꝝ pōt aliq̄d bn̄ facere. Aliorū vō idex: et mediꝰ sicut ordie sūt scdi post magnū ita et vtilitate sūt scdi: puoꝝ. n. oiuz corpoꝝ apphēsio et oēs fere q̄ h̄z artes actiōes. Et si aliqđ violētū opz agere oia his appent egētia. Ille vō q̄ est post mediū et puꝰ mino: ē alijs b3 vtilitatē. Appet tn̄ eoꝝ vtilitas manifeste in qbꝰ h̄z circulū egemus apphēdere cōprehēsibile. Si. n. hūidū aut puū fuerit flecti opz digitos. Et in hoc vtillimꝰ qdē ē puꝰ velut sup apposito aliq̄ alioꝝ fines: scdaz vō poᵉᵐ i h̄ b3 scds. Si vō durū et magnū fuerit ꝯphēsibile distātes abinuicē q̄ꝝ ptlin digitos opz apphēdere. Et in h̄ q̄ plures melꝰ apphēderēt pluribꝰ illiꝰ ptibꝰ approximātes. Magno qdē digitoꝝ intꝰ: et oibꝰ alijs ex̄ circūductis ꝯtingit h̄z circulū vndiq2 ꝯphēdi corpulētiā: et si qdē h̄z circulū manifᵐ est: q2 si plēs eēnt supflui eēnt: sufficiūt āt in h̄ qnq2: frustra āt nā nihil opat̄: sollicita. n. ē eq̄lr̄ nā: vt neq2 deficiat aliqđ: neq2 supfluū creet: deficiētiū. n. in ꝯstructiōe deficiētē ostēdūt actū: supfluoꝝ aūt īpedimētū est his q̄ sufficiēter agūt et onꝰ alienu adiacēs: et huic nocēs. Et cui pter nām sextꝰ digitꝰ pducit attestat̄ sermoni. ¶ Et dixit. in 2° eiusdē articulatio digitoꝝ motū h̄z sicē ea q̄ h̄z humeꝝ: nō tn̄ ꝯsilr̄ ad multū pcedētē. Et nimirū circūadiacēt eis colligationibꝰ mēbranosis et subtilibꝰ. Sz ipsoꝝ ossiū plasmatio diuersa ē oino ab ea q̄ h̄z humeꝝ: nō. n. silia sūt vndiq2 capita: eo q̄ neq2 certissime rotūda: et suscipiētiū ea ꝯcauitatū labia in subtiles margies desinētia stringūt ab ex̄ ifallaciter vndiq2 vocatoꝝ filaminoꝝ ossium apposites accipiētes: vt meº q̄damō se hēat ꝯstructiōe vnaq̄q2 articulationū q̄ h̄z digitos: q̄ꝝtū. n. deficiūt ab ea q̄ h̄z cubitū et h̄m carpū ad ifallaciā: tn̄ abūdāt ab ea q̄ h̄z humeꝝ: nā h̄ rōnabiliter opantē: q2. n. pua corpa ꝯphēdāt q̄n opant̄ solē: tn̄ in apprehēsiōibꝰ nimiꝝ q̄ h̄z cubitū et carpū nō paꝝ coopant̄. Et q̄m mlto plibꝰ actibꝰ familiares q̄z alie articlōes sūt difariā. ¶ Et dixit Gal. in p̄ eiusdē in digitis nā igeniata est carnis gnōnē: sz in exteriorībꝰ ipsoꝝ ptibꝰ supmittere. i. augmētare eā nō egebat: supfluū. n. ita onꝰ eēt: intrinsecꝰ vō oibꝰ sup nutriuit carnē vt q̄n oz aliqđ ꝯphēdere circulr̄ mollis. s. caro vel manꝰ p carnē h̄z ꝯsistētiā exn̄s: et suauiter cedēs rebꝰ q̄ approximāt corrigat ossiuz certitudinē: sz ppea in eis articulis valde modicā: plimā vō in ptibꝰ q̄ sūt īn articulos fecit. Nō. n. idigebat aliqs articuloꝝ: nisi ossiū adiutorio cuz flecti natꝰ sit. Et adhuc cū eo q̄ nullā cōmoditatē eis p̄beret īpedimētū fieret motui cū grauās vt supflua: cū ēt eā q̄ itus est spaciositatē claudēs. Et dixit. adnasci fecit ea lāt: et in lateribꝰ digitoꝝ tantā carnē q̄ꝝta replere debebat eoꝝ itermedias regiōes vacuas: vt exīde manꝰ nō solū: vt diuisa i mlta organa: sz ēt vt difariā idiuisa agē possit: aggregatis. n. ad se inuicē digitis ista itermedia regio ꝯstrigit̄ a carne: vt et si q̄d liqdoꝝ corpoꝝ voluerit tenere pnā opans manū nō pmittat effluī. Et subdit. cū p̄dictis bonis a carne manu ꝓueniētibꝰ sūt et alia adhuc bona. s. malaxare et terere q̄cūq2 malaxabilia et terebilia malaxatiuis et teritiuis organis egent. ¶ Et Aui. dixit itrinseca manꝰ ps posita fuit carnosa: vt sustēteret eos: et vt cederet sibi obuiātibꝰ cū ea strinxerint. A foris āt nō talr̄ factis fuerūt ne grauarent̄: et vt pugnū eēt arma dolorē faciēs: verūtn̄ i aucnal. i. in pte itermedia digitoꝝ plus carnis positū fuit: vt bn̄ apō ꝯuersuz q̄n ꝯiūcti applicent̄.

Membro digitoꝝ et eoꝝ sufficientia

De carne digitoꝝ.

¶ De anatoᵃ muscloꝝ mouētiū rascetā et pectē manꝰ. Ca. lij.



Musculorum manū mouētiū qdā solū rascetā mouēt: qdā vō digitos. Et mouētes rascetā musculi sup brachio positi sunt: sz mouētium digitos: alij siti sunt in brachio: et alij in planta manꝰ. Dixit Gal. pmo de vti. pti. actꝰ manꝰ est apphēsio: apphēdere aūt nihil posset imobilis exn̄s: pᵐ ergo actꝰ eius organū est musculus p quē est ei motus. Et dixit. in 2° eiusdē. numerus oiuz musculoꝝ q̄ h̄m brachiū et extremā manū ad. xxiiij. ꝑuenit̄: quoꝝ vij. sūt in extrema manu pui. Et totidē alij magni iteriorem regionē brachij totā ꝯprehēderūt. Et nouē reliq̄ exteriorez totā. Et subdit. quatuor exn̄tibꝰ motibꝰ carpi. s. extēsione: flexione: ea q̄ ad pnū ductione: et ea que ad supinū duo tenontes: et musculi sūt duces flexiones: et duo alij extēsionis. Et ipsi eas q̄ ad obliquū sunt versiones regulāt. ¶ Et Aui. dix̄ musculoꝝ rascete et iuncturā mouētiū: qdā sūt ꝯstringētes: et qdā dilatātes: et qdā girātes: et qdā resupinātes sup collū. Et subdit Gal. flectentiū carpū: et tenontū ab intrinseca brachij parte locatoꝝ: alter ad eā que supra paruū digitū: et alter ad eā q̄ supra magnā regionē peruenit. ¶ Dixit Aui. cōstringētes musculi sūt par sup latus brachij siluestre: quorū inferior incipit ab interiori duoꝝ capitū adiutorij: et ꝑuenit ad pectinē manꝰ corā auriculari: et superior incipit altiꝰ q̄z ille et ꝑuenit ibi. Et subdit Aui. est cū his musculus q̄ incipit ab inferioribꝰ adiutorij ptibꝰ loca predictoꝝ medians q̄ duo h̄z capita: quēadᵐ crucis trāsuersant̄: postea cū loco q̄ est iter mediū et pollicē ꝯtinuant̄: cūq2 ambo mouent̄ ꝯstringunt. Et subdit Gal. extendētiū ab extrinseca parte brachij locatoꝝ: h̄ qdē supra paruū: hic vō supra magnū digitū inplātat̄. Et siqdē vtiq2 tendant̄ q̄ intus flectunt manū: et si q̄ extra tendunt eam. ¶ Dixit Aui. ex dilatantibꝰ est vnꝰ musculus cū alio cōtinuus: ac si ambo vnus esset musculus. Et istiꝰ origo est a meº focilis iferioris: cuiꝰ chorda cū pollice ꝯtinuat̄: p quā pollex ab idice elōgat̄. Et alteriꝰ origo a focili supiori est: cuiꝰ chorda cū p̄ ossiū rascete cōtinuat̄. s. posita corā pollice. Cūq2 illi duo sil̄ mouent̄ dilatāt rascetā cū giratione pauca. Et cū scds solū mouet̄ ipsaz facit iacere resupinā. Et cū pmus mouet̄ solus ꝓlongat iter pollicē et indicē. Et est musculus q̄ iacet̄ sup focile supiꝰ a pte siluestri. cuiꝰ oriꝰ est ab inferiori pte capitis adiutorij a quo ꝓcedit chorda duo hn̄s capita: quoꝝ vnū cū medio pectinis corā idice et medio ꝯtinuat̄, et alteriꝰ capitis chorda est caput iferiꝰ super focile supius apud rascetā: et dilatat rascetā expandēdo cū giratione. Et dixit Aui. musculi cōstringētes et ipz dilatantes girationē efficiūt: et resupinationē, cū duo opposita ex eis h̄z trāsuersionē mouēt̄. v̄. g. sicut dixit Gal. musculus extēdēs q̄ est h̄m magnū intus, et is qui est h̄m paruuz ex̄, et ecōuerso, sed cū musculus cū pectine manꝰ cōtinuus coraz auriculari solus mouet̄ girat plantā. Et cū musculus pollicis quē noiabimus ipm adiuuat plenarie plantā resupinā iacere facit, et cū ille q̄ est in rasceta continuus coraz pollice solus mouet̄ girat ipsaz parūper. Et cū auriculari quē nominabimus. s. mouet̄ efficit girationem completam.

¶ De musculis mouentibus digitos manus. Cap. liij.



Mouentes digitos manus musculi hi q̄ siti sunt in brachio mouent eos motu dilatatiuo et ꝯstructiuo. Qui vō siti sūt in plāta manꝰ mouēt illos motu obliq̄. s. ad latera. ¶ De musculis aūt ꝯstringētibꝰ eos sitis

in brachio:et notāt:sūt tres:quorū vnus ⁊ maior est magis
pfundus:ali⁹ vō minor eo est illi suppoitꝰ. Et ex istis duo/
bus ðscēdūt chorde a maiori qnqꝫ:⁊ a minori q̄tuor:a 3⁹ āt
nō descēdit chorda ꝯstringēs. De qb⁹ trib⁹. dixit Aui. q̄ sūt
tres:quorū vn⁹ ꝭ aciē in medio sup aliū poitꝰ est:⁊ ex qbus
nobilior est iferior q iferi⁹ est sepultꝰ:⁊ cū osse focilis infe/
rioris ꝯtinuus:qm̄ ei⁹ opō nobilior existit:quapp oportuit:
vt locus ei⁹ esset custoditꝰ. cui⁹ pn^m est a medio capitis ad/
iutorij silucstris ad interiora:deīde penetrat:⁊ dilatatꝰ eius
chorda:⁊ in qnqꝫ partitꝰ chordas:quarū queqꝫ ad interiora
digiti puenit. Illarū vō que ad q̄tuor pueniūt digitos quelꝫ
iuncturā ei⁹ pmā ꝯstringit ⁊ tertiā:pmā qdē ppea q̄ est ibi
ꝯnexa ligamēto qd̄ sup eā est curtū:⁊ tertiā pp qd̄ ei⁹ caput
puenit ad eā:⁊ cōtinuatꝰ cū ea. Que vō ad pollicē vadit dor
sus scd̄aꝫ ⁊ tertiā ꝯstringit iuncturā:q̄ nō cōtinuatꝰ nisi cū
eis. Et rect⁹ qdē musculus q est supra istuꝫ est minor illo:⁊
incipit a capite igrediēte qd̄ est vnū de capitib⁹ adiutorij ⁊
cū focili iferiori parūper cōtinuatꝰ:⁊ trāsit p ter^m cōezꝫ q est
inter latus siluestre:⁊ domesticū:⁊ est supior supficies foci/
lis supioris:⁊ cū ad ptē puenit pollicis:ðclinat parūper ad
interiora:⁊ in iuncturis medijs q̄tuor digitorū mādat chor/
das:vt eas ꝯstringāt. Ad pollicē vō nō puenit:nisi ramus
puus q nō est ex hac chorda ei⁹:imo ex alio loco factū. est. ḡ
vt pollex vno musculo in sui ꝯstrictione sit ꝯtēt⁹:sꝫ q̄tuor di
giti duob⁹ ꝯstringūtꝰ musculis:qm̄ nobilior ex q̄tuor ope
rationib⁹ est ꝯstrictio:⁊ ex opōnib⁹ pollicis nobilior est vt
dilatetꝰ ⁊ ab indice elōgetꝰ. ℭ Dixit Gal. 2° de vtil. pti. muscu
lus magis pfundus maior est:q̄ ei⁹ tenōtes sunt maiores.
Qui vō ex̄ est multo minor ē eo q̄ ei⁹ tenōtes multo sūt mi/
nores. Et sic rōnabilr musculus:cui⁹ tenōtes p^m ⁊ 3^m arti^m
digitorū mouēt maior ē. Is q vō 2^m arti^m mouet:multo mi/
nor est. Etenim ꝭꝫ tenōtē moles est musculorū magnitudo.
Terti⁹ vō musculus dixit Gal. minor alijs duob⁹ existit. Et
putauerūt qdā q̄ flectat qnqꝫ digitos:sꝫ ꝭm veritatē nullus
motus alicui⁹ digitorū cōmissus est ei. Et Aui. dixit. tertius
musculus nō est ad ꝯstringēdū:sꝫ ei⁹ chorda interi⁹ in plan
ta penetrat:⁊ dilatatꝰ desup ad hoc vt in eam adipisci faciat
scd̄ꝫ:⁊ in sentiēdo iuua^m pbeat:⁊ pilos in ea nasci phibeat:
⁊ ad sustētādū id qd̄ est in interiorib⁹ plante:⁊ vt fortis fiat
ad suas opōnes peragēdas. ℭ Dixit Gal. vbi supra:explan
tatio medij musculi q si mouet aliquā articulationē supficie
tenus sup cute locat⁹ mediā colli regionē cōprehēdēs:pdit
aūt eis anq̄ꝫ ad carpi articulationē veniat ⁊ dilatari incepit
illo:pmū indeqꝫ appet velut aliq̄ cutis 2ª alba:⁊ exanguis
sub tota cuti locat⁹ ꝭm totā manū ⁊ digitos. Reliq̄ vō cutis
tota q̄ est ꝭꝫ corp⁹ totū excoriari pōt. Et pꝑauit coriū recrea
ri ipsaꝫ:eā vō q̄ est in manib⁹ int⁹:⁊ silr q pedū iferi⁹:⁊ silr
que ꝭm frontē:⁊ pulmonē totā faciē:⁊ q̄sdā ptes q̄ ꝭm aial
nō est posse excoriare pp tenōtē:⁊ musculos ad eas deriuan/
tes. Et hoc qdē totū factū est vt tradat certiorē sensum:aut
motū:aut difficile ꝯsibilē:aut decētē:aut sine pilis operꝰ cu/
tim:decebat. n. man⁹ vt puto ex cōprehēsiuis organis existē
tes difficile ꝯsibile hr̄e eā ad aliqua q̄dā:⁊ maxie ad puorū
corporū certā:⁊ infallacē ꝯphēsionē:qnimo ⁊ ad sensibilio/
rē tota alia cuti. Nō. n. oportebat adesse organū cōprehen/
siuū:neqꝫ ad accipe singulū eorū q̄ ex̄ eleuādo:⁊ afferēdo:⁊
oino ptractādo:⁊ aliud post h̄ iudicare de acceptorū calita/
te:⁊ frigiditate ⁊ duritie ⁊ mollitie ⁊ alijs tāgibilib⁹ dr̄ijs:
sed mox cū apphēdit aliqd meli⁹ fuit cognoscere q̄le sit nā.
Et subdit. neqꝫ decentius fuit alij corpis organo dignoscere
q̄ꝫ manu ⁊ ipsi⁹ man⁹ nō oib⁹:sed itrinsecis ptib⁹ ei⁹:qbus
ēt est apprehēsiuū organū. Si igr̄ pp tactiuā oportuit eē eā:
qm̄ est ⁊ apphēsiua rōnabile fuit vt qlibet qb⁹ ptib⁹ est ap/
prehēsiua eisdē ipsaꝫ effici ⁊ tactiuā. Confert aūt nō parū ad
certitudinalē cognitionē oium tāgibiliū q̄litatū:⁊ nō pilo/
sam eē cutē q̄ est ita a pductione tenōtis pnominati ampli a
ti facti:sicut. n. si pilosa certitudinalr cētneq̄ꝫ vtiqꝫ tan
geret approximata eis anticipātib⁹ ppellere pilis:q̄ eā ista
⁊ certitudinalr nūc pilis nuda facta nullū reliquit tangibile
effugere alicui⁹ approximātiū:sed oib⁹ ipsis incidēs totuꝫ
corp⁹ approximās ei sentit. Q̄ aūt ⁊ duritiē cutis q̄ est ibi
tenōtis pductio opatꝰ manifestū est oibus vtile esse:⁊ h̄ ad
multos act⁹ debēs eē. Et pp hoc tenōtē ad manum pduxit
virtutē. ℭ Musculi quoqꝫ extēdētes digitos:silr positi sūt
sup brachia. Dixit Aui. oēs musculi dilatātes digitos super
brachia sunt positi:⁊ ex eis est musculus q est in me° mani/
festi brachij positꝰ nascitꝰ a pte suprema capitis adiutorij in
ferioris:⁊ q̄tuor digiti chordas q̄ ipsos dilatāt mittit. ℭ Di
xit Gal. 2° de iuuamētis mēbrorū. vnus. vij. musculorū q sūt
in siluestri brachij extēdit oēs digitos p̄ter pollicē. Et dixit.
cā pp quā nō sufficit in reflexione man⁹ vna chorda:⁊ vnus
musculus est triplex. Prima. qm̄ si esset vn⁹ musculus nō ꝯ/
heretꝰ silr iunctura ꝯctiōe cōpleta:sed debili. Scd̄a. qm̄ nō ha
bēt locū vacuū supfluū si esset vnus:qm̄ domesticū asseid est
occupatū cū musculis extēdētib⁹ ipꝫ. Et 3ª est. q̄ man⁹ idi
get alijs que incuruēt ipsaꝫ sup dorsuꝫ. Et dixit. 2° de vtili.
ptic. qd̄ hic musculus supficieten⁹ sub ipsa cute locat⁹ ē me
diā colli regionē cōprehēdēs. Dixitqꝫ Gal. in p° eiusdē. Cū
aūt ita lōgo tenōtes creauit spatio ⁊ nō fecit:iuxta nasci car
pomusculus est:q̄ leuē silr ⁊ tenueꝫ meli⁹ erat esse extremā
manū q̄ꝫ allebratā turba carniū grauem silr ⁊ grossuꝫ fieri:
multa eni deteri⁹ ⁊ tardius ageret eorū que nunc pmpte ⁊
bene agit. Si. n. oēs musculi in plāta cōiungerentꝰ pp carnē
multā grauarēt:⁊ q̄ erat necessariū a lōge venire tenōtes:⁊
periculū erat in mūda carnib⁹ regiōe ipsos si mundi essent
opprimi:in auxiliū eius ingeniauit nā mēbranosaꝫ subam
qbus duris existib⁹ circūambiens vndiqꝫ nō eorū q̄ extrin/
secus incidūt solū:sꝫ ēt ipsorū ossiuꝫ approximationē intri/
stabilē opata est. Et dixit. a musculis vsqꝫ ad articulatiōes
vnusqsqꝫ tenontū rotundus est:vt sit vix passibilis:vbi vō
applicat⁹ debēti moueri ab eo acie ibi ampli⁹ fit:sic. n. faci/
li⁹ debebat mouere eā plurib⁹ trahēs apprehensionib⁹. Et
dixit. ex his q̄ ꝭm brachiū musculis nā pducēs tenōtes:⁊ ꝭm
rectitudinē digitorū dixit:tenōtes. n. oēs q ꝭm carpū appa/
rēt ab his q ꝭꝫ brachiū musculis ad digitos nā extēdēs ap
plicauit articulis singulū nō vtiqꝫ ad ipsaꝫ copulationeꝫ os/
siū:nil. n. eēt ita vtile, sꝫ ⁊ neqꝫ ad ossis plocati finē artic^{lo}.
Et neqꝫ esset ita alicuius cōmoditatis. sꝫ ad caput ēt ossiuꝫ
debētis moueri ꝭm modū vt puto quo se hn̄t idola q̄ a chor
dulis mouentꝰ. Etenīꝫ in his sup trāseūtes articulatiōes ad
pn^m suplocatarū pticularū applicāt chordulā vt tracta ea fa/
cili⁹ sequetꝰ idolū. Et si qdē qd̄ dico vidisti vnq̄ꝫ apte iā intel
lexisti q̄lr ab vno quoquoqꝫ tenōtū vnusqsqꝫ eorū q ꝭꝫ digi
tos articulorū mouetꝰ. extenditꝰ nāqꝫ os qū os qb⁹ intra est
trahit tenō. ℭ Sūt ⁊ alij musculi i brachio mot⁹ obliquos
cōplētes de. viij. n. musculis q sūt in siluestri brachij duo ob
liquāt oēs digitos ad ptē siluestrē, ⁊ q̄rt⁹ musculus mouet
solū pollicē vno motu motuū q sunt ad ptē siluestrē man⁹,
⁊ maioris tortuositatis. Et hic musculus mouet pollicē alio
motu ad siluestrē palme equare illi parti ad quā mouet pce/
dēs musculus:⁊ extēdit ēt rascetā extēsione modica, ps aūt
de dictis octo est illa, de qua dictū est q̄ extēdit oēs digitos
p̄ter pollicē. Et alij duo vltimi de dictis. viij. extēdūt rascetā
extensione forti. ⁊ duo residui incuruāt focile supius, ⁊ per
illā incuruationē tota manus diuiditꝰ, vt dixit Gal. 2° de iu
uamētis. ℭ De musculis vero sitis in planta manus. dixit
Haly. theorice 3° nūerus est. xviij. in duobus positi ordib⁹
Et eorū. vij. in superiori ordine in parte medij palme, quorū
qnqꝫ inclinant digitos ad supiora. Quinqꝫ ex singulo chor
da pua q̄ cōtinuatꝰ disgregationi prime iuxta pectinē. Et est
ex eis vna que pollicē disgregat ab alijs digitis. ⁊ alia que
idem in articulari operatur, in ordine vero inferiori. xj. sūt
lacerti. Et est quibusdaꝫ ex ipsis actio cōis pectini, ⁊ palme
⁊ rascete. Et quibusdā sunt alijs actiones sunt proprie ipsis.

De cā q̄r in reflexio ne manus nō sufficit vna chorda:sꝫ vn⁹ musculus

Musculi in planta man⁹ sūt xviij.

ergo operationē administrādi sūt illi solū qui recte nouerūt intētiones ei⁹: et maxime q habuerint ꝯditiones q̄ inferi⁹ describenť. Et ad talē chirurgicū spectat hr̄e ministros idoneos q habiles sint manib⁹ exercere q̄ ꝑcipit si voluerint ipsi manib⁹ opari. ℭ Dixit Zoar de cura fracture ossiū scias ꝙ oia pertinēt medico nobili ēt honorato. s. ad scire: sꝫ tn̄ manuū opōnē dimitto ministris medici sicut est flebotomia et cauteriū incisio palpebrap̄ et eleuatio venap̄ que oriunť in albedine oculorū et ꝓstratio cataracte sicut et his siīa h̄ omnia ꝑtinēt seruitorib⁹ medici. Medico aūt honorato nihil aliō dicim⁹ ꝑtinere nisi vt ꝯsiliū prestet solūmō cibi et medicinarū infirmis absq̄ aliq̄ opōne manuū sicut nō ꝯuenit ei facere sirupos et elctaria manib⁹ suis nisi esset in magna nec̄citate. Et pr̄ me⁹ dixit Zoar fuit ex illis q tēporib⁹ vite sue oibus ꝑmāsit sic sine aliquā opōnē exercēdo ꝙ si voluisset aliqd facere sciuisset: sꝫ ego q̄uis essē in animo passibilis: amore tn̄ artis et desiderio qō habui in ipsa volui hec oia exercere: et ꝑdidici facere sirupos electuaria: et volui ēt scire ꝑ experiētiā opōnes medicinap̄ et inge^m electionis ꝟtutū eap̄ et opōnis vni⁹ eap̄ ad alterā: et tn̄ h̄ scire volui et nō solū scire: sꝫ ēt ꝓprijs manib⁹ exercere: et h̄ cū appetitu maxio et studio: et fui secut⁹ sp viā illā: q̄uis sit vilis: et cōtēpta apō medicū honoratū. Et q̄ rememorat⁹ sum de his feci cā ꝓmouēdi aliquē honoratū medicū ad exercēdū ꝑdcā opa manib⁹ suis: sed si fuerit necesse in seipso vel i aliq̄ dignissima vel carissima ꝑsona ꝙ sciat facere et exercere: et ēt ex misericordia dei et pietate alicui pauperi. Tales aūt q̄lis fuit Zoar. q nō so^m scia: sed ēt manib⁹ opanť ꝓprijs meo iudicio valde laudādi sūt. Illi eni veri sūt chirurgici q recte sciūt et ꝯgrue suis manib⁹ operanť. ℭ Et q̄uis chirurgia sūpta nō supradcō solū hēat. x. intētiōes et canōes recte opōnis cū manu: nihilominus auctores de ea tractātes nō solū eā sic tradiderūt: sꝫ cū ea sit egritudines in qb⁹ ipsa ꝯuenit: docuerūt ēt alijs duob⁹ medicinalib⁹ instrīs dieta. s. et potiōe curare: qō iō maxie fecerūt: qa sepe ꝯtingit egritudinū plimas: in qb⁹ recta manualis opō exigiť ꝑ alia duo dicta instra: vel eop̄ alterū tolli et amoueri: ac ēt qr et si sic nō ꝯtingat saltē ꝯferūt ad alleuiationē eap̄: et ꝑ manualē rectā opōnē facili⁹ et celeri⁹ curanť. Dici tn̄ ꝑt ꝙ chirurgic⁹ his oib⁹ vtēs instris nō sit purus chirurgic⁹: sꝫ ēt physic⁹. Dꝫ si nō fuerit tāte scie dꝫ purus chirurgic⁹ physicū ꝯuocare ad curā: et maxie in casib⁹ ꝑiculosis et fortib⁹: ac ēt si tāte fuerit scie. et cū h̄ fuerit physico sociat⁹ dꝫ physicū dimittere ordiare de dieta et potiōe: et ipse se solū ad recte et cōgrue manib⁹ opandū ꝯponat. Et h̄ qdē chirurgicū instrꝫ sicut reliq̄ duo circa theoricā et practicā medicine vlať et est de scia et nō solū ars vt qdā putauerūt. sicut. n. dieta circa sex res nō nāles ꝟsať et eis ānexas et circa debitū modū administratiōis eap̄: et sicut potio circa medicinap̄ cognitionē et eap̄ debitā applicationē ad corp⁹: ita et chirurgia ꝟsať circa noticiā mēbrop̄ circa q̄ manualis opō afferť cognscēdo ipsa sꝫ anato^am. s. in ꝑpo tractatu h⁹ ſmōis ꝑmissā: et circa cōgruā ipsā opōnē: qꝑp subijciť theo^ce et practice me^ne sicut et alia duo. ℭ Que āt sūt egri^nes i qb⁹ mānalis exigiť opō: et q sit modus rect⁹ ipsi⁹ iferi⁹ in multis capl̄is ꝑticulr̄ appebit.

Chirurgia est de scia et non solū ars.

Conditiones

aūt qbus dꝫ manualis opator vere chirurgicus vocari et recte opari desiderās insigniri sūt h̄. Nā ꝑmo dꝫ mēbrop̄ eop̄ maxie circa q̄ ꝯtingit ipꝫ manualr̄ opari noscere cōpōnē: cōplōnē: forā: sitū: colligātiā: opōnes: et iuuamēta: q̄p̄ oiū noticiā poterit hr̄e ꝑfecte ꝑ anatomiā quā nō solū ex librop̄ lectiōe: imo ēt et visu: et nō tn̄ selꝫ sꝫ plies videre dꝫ a valēti anatomista ostēdēte ei seriatī singula mēbra in corpe mortuo: sine scia cui⁹ anato^e nō cōtingit ipꝫ recte opari posse. vn̄ ait Albu. q nō ē sciēs anato^am nō euadet qn cadat in errorē q iterficit hoies. ℭ 2° dꝫ sciaꝫ hr̄e oiū canonū et regulap̄ regulātiū ipsū in forā manuū opus rectū et debitū q̄s scire dꝫ ex libris auctorū de intellectis: et maxie sic in ꝓcessu patebūt seriatī. in singulis egritu^m curatiōib⁹ ꝓcedeť. Inqt. n. Albu. 7. q ex chirurgicis hēbit summas et itētiōes curatiuas: et eas itētas medicat⁹ fuerit: et eis imixt⁹ fuerit maximū egris ꝑbet iuua^m cū de⁹ annuerit. ℭ 3° qr nō oia pn̄t ꝑticulr̄ tradi in libris: sic Gal. dixit. sꝫ dꝫ multa relinq discretiōi medici opantis et ipsius bone extemationi: iō dꝫ chirurgic⁹ eē prudēs discret⁹ et sapiēs diligēs studiū freq̄ntare in libris auctop̄ et ꝓbop̄ vt illis multotiēs plectis et intellectis valeat singulas opōnes suas sine errore ꝓseq: et q̄ maxie añq̄ ad curatiōes ꝓcedat expedit ei adhesisse valēti chirurgico quē viderit nō so^m selꝫ sꝫ multotiēs opari in singulap̄ egritu^m curis: et maxie i opōnib⁹ arduis difficilib⁹: et timorosis: et ipē iterdū sub pn̄tia valētis magri sui dꝫ suis manib⁹ opari: vtilis nāq̄ ē opō et visio: imo vt ita dicā nec̄ia: qm̄ ois scia opatiua ex vsu circa pticularia gerēda maxie habituať et ꝯfirť. Et ꝙ visio et opō frequētata plm̄ valeat i hac pte mās̄festat ydiota manualr̄ eq̄ bn̄ opans sic sciētific⁹ nō expt⁹: et maxie cū ꝑ visū et vsū assecureť in opando q̄ securitas nec̄ia est chirurgico. nō. n. dꝫ eē timid⁹ et pusillanimis: sꝫ secur⁹ et audax: nō tn̄ temerari⁹ siue ꝑsūptuosus: sꝫ cū matura deliberatiōe ꝓcedēs: nō tardet: nō festinet: nec i eo qō nec̄iū fuerit ī icisiōe vstiōe vel alijs opōnib⁹. al's. opib⁹ desinat nec vltra nec̄itatē ꝓsūpat: nō secet nisi qō secādū est: nō vnū mēbp̄ ꝓ alio: nec in locis timorosis et a sapiētib⁹ ꝓhibitis secare ꝓsumet: sꝫ notet q̄ a sapiētibus tradita sūt. ℭ Inqt Albu. ego excitaui in oi loco membri mei in q̄ venit opō in q̄ est error et timor: qr nec̄e est vobis vt caueatis illō et dimittatis ipꝫ vt nō veniāt stolidi ad loqndū et dehonestādū vos: et subdit. accipite aias vestras cū oi sollicitudie et ꝓtectione et ifirmos vestros cū facilitate et firmitudine: et vtimini via meliori et ꝑducēte dei gr̄a ad salutē et successionē laudabilē. ℭ Dixit Haly. ꝑact. 9. dico qm̄ chirurgie spēs scire volēti ꝑ^m inest et maximū illi loca frequētare i qb⁹ periti sūt chirurgicop̄ et eop̄ diligēter attēdat actiones et speculeť opa et cognoscat opa et reglās eop̄ et q̄lis sit eop̄ executio in q̄cūq̄ chirurgie spē: et dehinc āt ipse cū illis floib⁹. al's. ꝑoib⁹ et peritis exerceat i oi spē chirurgie quēadmodū itūit⁹ est. ℭ 4° nō dꝫ chirurgic⁹ se in curationib⁹ malap̄ et incurabiliū egritu^m intromittere on⁹ curatiōis eī seet⁹ ne nomē subeat medici mali. ℭ 5° opꝫ chirurgicū esse manib⁹ expeditū potēs eas ducere q̄tū dꝫ: et figere vbi dꝫ. sit leuis in tactu ne ex difficili et graui tactu dolor emergat et graueť egrot⁹. ℭ 6° cōuenit chirurgico vt sit morigerat⁹. modestus. honestus. atq̄ pudic⁹ nō q̄rēs pudēda tāgere vł videre nisi instāter reqsit⁹ fuerit: secretaq̄ cūcta q̄ sibi reuelanť i scrutinio cordis cōtineat nō reuelet. ℭ 7° dꝫ vt penes chirurgicū sit copia chirurgicaliū istrop̄ ad manuales opōnes ei⁹ exqsitop̄: et sint ipsa istra nō solū diuersa et varia spē fora siue figura: sꝫ ēt in q̄lꝫ ipsop̄ spē sint varia q̄titate: ita vt i vnaq̄q̄ spē hēat: sic dixit Albu. hēat q̄ sint ꝑua et q̄ sint magna: et q̄ iter ea media vt valeat i corpe seu mēbro et ꝑuo et magno et mediocri cū eis cōgrue opari. ℭ Et insup dꝫ cū multa et varia medicamēta hr̄e penes se ꝑpata emplā vnguēta pl̄a et alia h̄ȝ vt cū euenerit valeat sine dilata^ne egris indigētib⁹ subuenire. ℭ Atq̄ sic apte notať ex ꝓcessib⁹ auctop̄ de chirurgia loq̄ntiū: chirurgia potissime duop̄ morbop̄ gn̄a cōphēdit. s. gen⁹ egri^nis cōis q dr̄ euenire i nā cōi q̄ est vnitas: q̄ egri^do dr̄ solō cōtinuitatis siue vnitatis: et im paris dissolō tūc gen⁹ egri^nis cōposite. Lcius q̄ est apa: et si aliqn̄ dictū repiať ꝙ chirurgia sit gen⁹ egritu^m instrāliū ꝙ est in nā sit⁹ cōphēdit hoc ideo dcm̄ est, qr egritudo sit⁹ potissime ad illa duo gn̄a seqť: q̄uis maxime ad gen⁹ egritudinis cōis: idcirco in hoc sermone de chirurgia tradere volēs tradā exq̄site de vtrisq̄ dictop̄ duop̄ egritudis genep̄. Uep̄ qr egritudo cōis est egritudo simplex: et simplex ꝑcedit cōpositū: et iō ꝑus de cōtinuitatis solōne tractabo: et subsequēter de egritudine cōposita q̄ est apa: q̄uis aliq auctores et Aui. potissime alijs respectib⁹ a traditione apatū inchoauerint.

Que eo oporteat chirurgicum cognoscere.

Chirurgia duorum morborū genera cōprehēdit.

¶ De quiditate solutionis continuitatis. Cap.ij.

Quid solo ptinui est morbus cōmunis.



Ontinuitatis solo est morb⁹ simp̄ cōis, q̄ mēbra corpis hūani ɔtinui'ᵗᵉᵐ hñtia i ptes diuersas spē vl' sal tē nuō separant, ꝛ ipe q̄dē morb⁹ ē, q: imediate ledit opōnes corpis seu mēbri cui accidit ꝛ simplex est, q: nō est composita ex pluribus generibus morborū sicut apa, ꝛ est cōis, q: accidēs in nā cōmuni cōsimilib⁹ ꝛ officialib⁹ mēbris: verūtñ de cōitate ei⁹ dissenserūt abinuicē doctores siue auctores. q̄dā.n. voluerūt vt Gal'.p̄ de accñti. solōnē ɔtinuitatis eē morbū cōez: q: accideret in nā cōiter q̄ cōicāt ɔsilia mēbra ꝛ officialia: q̄ est q̄dā ɔtinuitas cōnexio siue ɔiūctio ipsop. Si itaqꝫ ɔtinuitas ipsop mēbrop est cōis ɔsilib⁹ ꝛ officialib⁹ mēbris: tūc solō ɔtinuitatis eop erit ēt cōis vtrisqꝫ. sunt eni gñā lapsuū eadē bis q̄ vtutē mēbrorū cōplent: vt Gal'. dixit in tegni. quop eniꝫ tēperies est sanitas eop intemperies erit egritudo: vt patuit in sermōe p̄. ꝙ aūt ɔtinuitas mēbrop sit cōis eis vtrisqꝫ appet: q: vnūqͦqꝫ mēbrū siue ɔsile sit siue officiale pficit vnā opōnē inq̄tū vnū ꝛ ɔtinuū ē. ꝛ dix̄ iterū Gal'.4. de ige. sani. notū ē ꝙ sepō sectu re q̄ ipitaq̄ dissolō dr̄ ē morb⁹ vnicuiqꝫ mēbro eueniēs. oē.n. mēbrū est ɔtinuitatē hñs q̄ separi ꝛ dīstrui pōt: ꝛ ꝙ ita sit pꝫ: q: oē mēbrū pōt apari: iq̄re oē mēbꝫ pōt pati solōnē ɔtinuitatis: cū in oi apate vt suo loco dicet̄ repiat̄ soluta ɔtinuitas: ꝙ aūt apa ɔsilib⁹ ꝛ organicis ɔueniat mēbris inferi⁹ tractatu.5º q̄ est de apatib⁹ apparebit. ¶ Haly. vo theorice 6º. voluit ꝙ solō ɔtinuitatis iō dicat̄ morb⁹ cōis: q: indifferēter pōt occurrere nūc mēbris cōsilib⁹: nūc officialib⁹: ꝛ nūc oibus: nūc alicui: nūc aliq̄b⁹ ex eis: vñ aliq̄ñ pōt ɔtigere sic in carne ɔstitutiua alic⁹ officialis: ꝙ nō in osse ligamēto chorda vel neruo vel aliq̄ alia pticula de ɔstituentib⁹ ip̄ꝫ mēbrū officiale: ꝛ aliq̄ñ pōt ɔtingere plurib⁹ vel oib⁹ ipsis mēbris ɔsilib⁹ ɔstitutiuis ipsius officialis: ꝛ aliq̄ñ pōt ɔtingere ipsi toti mēbro officiali vt cum abscindat̄ tota man⁹ vel tibia. ¶ Aui. aūt scda p̄mi. doctrina p̄ma.ca.1. voluit ꝙ solō ɔtinuitatis sit morb⁹ cōis. ꝛ hoc idō: q: pōt ɔtingere idifferēter mēbris ɔsilib⁹ ꝛ officialib⁹ ait.n. ibi. gen⁹ egritudinū: q̄m est eap que mēbris accidūt: quop ptes filant̄: ꝛ accidūt etiā instr̄alib⁹. ꝙ accidat cōsilib⁹ inq̄tū sunt ɔsilia. A. nō declarauit: q: notū reliquit: q: sic eē oēs affirmant: sed ꝙ accidat instr̄alib⁹ de quo ouᵐ vt ipse declarauit dicēs ꝙ accidat instrumētalib⁹ inq̄tū sūt instr̄alia: ita ꝙ nō seq̄t̄ eā instr̄alib⁹ accidere ppea ꝙ simplicib⁹ accidat. Nā solō cōtinuitatis plerūqꝫ accidit iuncture ita ꝙ simplicib⁹ mēbris accidat: ꝛ plerūqꝫ accidit iuncture: ita ꝙ simplicib⁹ mēbris ex q̄b⁹ est cōposita iunctura nullo mō accidat. ¶ Auero. aūt colliget.3. dixit. nō est solō ɔtinuitatis: vt dixerūt medici egritudo que cōicet mēbris ɔsilib⁹ ꝛ officialib⁹: ꝛ stat rō ei⁹ in hoc: q: nō est dare nām q̄ sit sanitas cōis ɔsilib⁹ ꝛ organicis. ergo non est dare morbū illis cōez: ꝛ hec est ei⁹ rō directe opposita oī īprobāti opionē medicop sup̄dictā. p tāto ē verꝫ: q̄m si aliq̄ nā eēt illis ābob⁹ cōis: tūc illa eēt vnitas: cū ille alia videat̄ posse dari: sꝫ vnitas nō ē illis ābob⁹ mēbris cōis: q: mēbra ɔsilia sūt ɔtinua. organa vo nō sūt ɔtinua. sꝫ ɔtigua. ɔtinuo āt ꝛ ɔtiguo nulla ē nā cōis: ꝛ iō dix̄ Aue. ꝙ gen⁹ egriᵗᵘᵈⁱˢ q̄d est ɔ̄riū ɔtinuitati nāli q̄ noiat̄ ɔtinuitatis solō duob⁹ ē modis: vn⁹ est solō ɔtinuitatis veracis vt cōtinuitatis ptis cuꝫ pte in mēbris ɔsilib⁹: ꝛ hoc gen⁹ accidit magis in cōsilibus q̄ officialib⁹ ppea ꝙ hꝫ cōtinuitatis solō accidit mēbris officialibus prout su t cōposita ex cōsilib⁹: ꝛ nō ex parte qua sunt officialia. Altera est solō ɔtinuitatis termini a termino ꝛ hec solō ɔtinuitatis nō veraciter appellat̄: q: hec ɔtinuitas fit p modū ɔtigui. aut p modū penetrationis mēbri in mēbrū: vt appet in ɔtiguitate seratili: aut per viā ligamēti: ꝛ hoc gen⁹ solōnis cōtinuitatis. dixit Aue. ponere possum⁹ in gñe egritudinū officialiū q̄ cōicat coniunctioni ꝛ sepōni. ¶ Pro cōcordia dissēsiōis p̄dicte dixerūt q̄dā ꝙ ɔtinuitas pōt sumi dupl'r. vno mō stricte ꝛ vere de q̄ locut⁹ est Auer. tanq̄ pbās q̄ solū ɔuenit ɔsilib⁹ mēbris: quop extrema sūt vnū: alio mō large ꝛ nō sic vere ꝛ ppie de q̄ loquūt̄ medici ꝛ talis ɔtinuitas cōuenit ēt mēbris officialib⁹: sꝫ tñ meli⁹ ꝛ ppri⁹ dr̄ ānexio siue ānodatio q̄dā ꝛ nō ɔtinuitas. ¶ Quidā vo alij dixerūt ꝙ lꝫ officialia in seipsis cōsiderata vt iunctura ei⁹ rōne ossiuꝫ el⁹ sūt cōtigua: ipsa tñ reˡⁱ toti⁹ corpis sūt cōtinua: q̄m oia mēbra corpis officialia colligant̄ ꝛ cōtinuant̄ mediāte cute coogiēte ꝛ mediātib⁹ neruis chordis ligamētis ꝛ alijs cōsilib⁹: q̄ cōtinuitatē Gal'. cōsiderauit. q̄uis.n. officialia vt iūcture q̄tū ad aliqs pticulas eas cōponētes: vt q̄tū ad ossa cōtigua sint: ipsa tñ cōtinua sūt hꝫ oēs alas pticulas eas cōstituētes vt cutē carnē ꝛ silia. ¶ Alij vo dixerūt opionē Gal'. ꝛ medicop verā fore. Auer. eis ɔ̄riasse tāq̄ aduersus medicos litigia suscitās: ꝛ pbāt ꝙ mēbrū organicū hēat verā ɔtinuitatē ex vbo Ari.6º metaᶜᵉ vbi Ari. voluit ꝙ q̄cūqꝫ hñt vnū motū hñt vnitatē ꝛ cōtinuitatē: sed mēbrū organicū puta oculus hꝫ vnicū motū: q: hꝫ solū videre. ḡ hꝫ cōtinuitatē ꝛ vnitatē. ¶ Et alij q̄dā dixerūt ꝙ de mēte medicop fuit ꝙ solō cōtinuitaꝫ sit morib⁹ cōis vtrisqꝫ mēbris: sꝫ nō cōitate vniuocatiōis: neqꝫ equocatiōis: sꝫ analogie: q̄m cōtinuitas p p̄us dr̄ de cōtinuitate ɔsiluꝫ q̄ de cōtinuitate officialiū: q̄m cōsiluꝫ cōtinuitas est vera: officialiū vo nō vera. ¶ Et q̄dā alij dixerūt ꝙ q̄uis solō cōtinuitatis possit accidere officialib⁹ inq̄tū sūt officialia p̄ter qō adueniat ɔsilib⁹ vt dixit Aui. nō tñ sic absolute oꝫ itelligi sic ꝙ nil adueniat cōsilib⁹: sꝫ qō nō aduenit ex eis illō de q̄ sit timēdū. nā dicūt isti in officialib⁹ nō pōt cōtinuitatis solō euenire: nisi p̄us cōtingat alicui cōsiluꝫ: q̄m sicut cōpō inseq̄t̄ cōplonē: ita ēt ꝛ q̄d debet̄ cōpōni inseq̄t̄ p̄ncipali id qō debet̄ cōploni: sꝫ nā cōis p̄ncipalr̄ debet̄ cōploni. ḡ ꝛ morb⁹ in ea eueniēs ꝛ cōfirmāt: q̄m sicut officialis hñt eē p cōsiliarita ēt ꝛ passio officialiū p passionē cōsiluꝫ eē habebit. ¶ Quidā quoqꝫ dixerūt ꝙ solō cōtinuitatis est cōis ambobus dictis mēbris: q: p̄ ipsaꝫ ledi pōt vtrūqꝫ ipsop: ꝛ ꝙ ḋ ɔsili possit ledi notū est: ꝛ ḋ officiali dclarāt. nā si ligamētū vel chorda vt aliud ɔsile colligās iuncturā: vel aliud mēbrū organicū sit totū abscindat̄ tūc totū illud mēbrū cuius illa pticula abscisa erat colligatrix cōtinuitatē pdit: ꝛ fortasse sic accidit ꝙ non amplius vnū remanet: sed duo efficiūt̄ ex eo: ꝛ quōcūqꝫ accidat in suas non poterit operationes.

¶ De diuisiōe solōnis ɔtinuitaꝫ in suas dr̄ias gn̄ales. Ca.iij.



Alenus primo de accñti. ꝛ Auic.2ª p̄mi inuit ꝙ solō cōtinuitatis nō hꝫ ppie spēs. vñ 3º ḋ ingenio sani. Gal. ait ꝙ vulnera oia inq̄tū vulnera sunt eadē spē: pp̄ q̄ non tant ꝙ solō cōtinuitatis nō diuersificat̄ in spēs distinctas diuersitate nā p̄: sicut diuersificant̄ egritudo cōplexionalis ꝛ cōpōnalis q̄ essentialr̄ distingūt̄: ꝛ cōplō.n. ꝛ cōpō in diuersas nās diuidūt̄ vt i sermōe p̄ patuit. neqꝫ hꝫ ɔtinuitatis solō spēs siue dr̄ias sūptas a cā a q̄ depēdeat in eē ꝛ cōseruari cū sit morb⁹ fact⁹ depēdēs in eē a cā. q̄tūcūqꝫ.n. cā eā efficiēs amoueat̄. ipsa tñ remanet. verūtñ solō cōtinuitatis diuersificat̄ in spēs ip̄ropie sūptas. q̄ poti⁹ debet̄ dici q̄dā varietates siue modi q̄dā. Et Gal. loco dicto denoiatiōes vocat. q̄uis sint sūpte ab accñtib⁹ q̄busdam, ꝛ hi modi siue denoiatiōes vocati. q̄uis sint accñtales. distincti tñ sūt in hꝫ ꝙ alij sūt magis subalib⁹ adherētes. ꝛ alij magis accñtalibus. ¶ Et modi magis appropinquātes subalib⁹ sūt illi q̄ sumūt̄ penes diuersitatē mēbrop. Et hoc p̄ in cōi magis sꝫ ꝙ vna ē solō ɔtinuitatis eueniēs ɔsilib⁹ mēbris, ꝛ alia organicis ꝛ pōt esse 3ᵐ membrum. s. qō accidit vtrisqꝫ simul. Et scdo in cōmuni minus prout solutio cōtinuitatis alia accidit mēbris itrinsecis ꝛ alia mēbris extrinsecis, ꝛ alia vtrisqꝫ simul. Et 3º in particulari magis sm ꝙ solutio cōtinuitatis. Alia accidit mēbris carniformib⁹ siue mollib⁹ cute carne ꝛ pinguedie: ꝛ alia mēbris spmaticis siue duris: vt ossib⁹ car

Solō ɔti. nuitatis ñ hꝫ spēs vnde oia vulnera sūt eadē spē.

tilagini ligamētis qbusdā: ⁊ alia q̄ accidit mēbris spmatis medijs tñ i duritie ⁊ mollitie: vt arterijs: venis: neruis: chordis pāniculis: ⁊ qbusdā ligamentis. vnicuiqꝫ.n. mēbro ↄsili euenire pt ↄtinuitatis solꝰ: vt dixit Auer. colli. 7. Et alia est q̄ accidit oibꝰ vel qbusdā ex eis sil'. ¶ Et solꝰ ↄtinuatis euenies mēbris officialibꝰ ↄsilr diuidit' diuisiōe ipsoꝝ: qm̄ alia accidit in capite: alia in pectore: alia in mirach: ⁊ alia in aliq̄ mēbro officiali: ⁊ alia est q̄ accidit pluribꝰ sil'. ¶ Et ẜm distinctionē penes mēbra seq̄t' solonis ↄtinuitatis diuersitas in p̄cedēti caº tacta: q̄ est ꝙ alia est vere ꝓpe dicta q̄ est illa que mēbris accidit ↄsilibꝰ ⁊ alia nō sic v̄a neqꝫ ꝓpria: ⁊ est ista q̄ mēbris accidit officialibꝰ q̄ ꝓprie dici debēt disgregatio cōtinuitatis q̄ est duplex vna est q̄ disgregat vnū ↄsile ab alio ↄsili: diuersa tñ ab eo in spē vt cutē a carne: neruū vel venaꝫ a carne: ⁊ sic de alijs: ⁊ alia est q̄ disgregat vnū ↄsile ab alio eodē eiusdē spēi vt os ab osse: ⁊ ꝓprie accidit iūcturis: ⁊ hec spēs spāli noie dislocatio noiat'. ¶ Modi aūt minꝰ adherētes subalibꝰ ⁊ magis accñtales sūt q sumunt' ab ipsamet cōtinuitatis solone ↄsiderata inq̄ꝫtū solꝰ est: ⁊ nō inq̄ꝫtū in tali mēbro est. Et isti qdē multiplices sūt: qm̄ a multiplicibus sumūt' rebꝰ: ⁊ p̄mus modus siue p̄ma diuersitas est: qm̄ solutionis ↄtinuitatis: alia est simplex: alia ↄposita. ⁊ Gal. dixit. 3º de ingenio sani. ꝙ morbꝰ simplex a qbusdā est dictus p̄mus: ⁊ a qbusdā singularis: ⁊ nihil in hoc differt. qd̄.n. est simplex est p̄m: ⁊ ē singularis ⁊ eꝯº. Et sic solꝰ ↄtinuitatis simplex pōt dici p̄ª: ⁊ pōt singularis dici: hāc diuersitatē tāgēs Aui. 4º p̄mi. caº. 18. dixit. ⁊ dicemꝰ ꝙ oia vlcera sumēs hic vlcus ꝓ oi solone ↄtinuitatis: aut sūt simplicia aut ↄposita.

Que solo ↄtinuitatis sit simplex que cōposita.

¶ Que aūt sit ↄtinuitatis solꝰ simplex pꝫ ꝑ Gal. eodē 3º dicētē. sola. i. simplicia ēt vulnera dico cū qbꝰ nec morbꝰ neqꝫ accñs: nec cā cū eis est sup. ⁊ ꝑ oppm̄ illa eē ↄposita: dico cū qbꝰ aliqs morbꝰ vel aliqd̄ accidēs: vl' cā cū eis est. ¶ Dicūt quecūqꝫ res p̄ter nām ponēs in numerū rerū p̄ter nāꝫ ↄ ↄtinuitatis solonē repta cū ipsa fuerit reddit eā ↄpositā: ⁊ eꝯº simplicē si nulla talis res cū ea repta fit: ita ꝙ q̄uis alie dispositiones vel ↄditiones siue res nō exñtes de nūero rerum p̄ter nām cū solone ↄtinuitatis repte fuerint. nō.n. iō ↄposita dicet': sed simplex erit. ¶ Alij vero dixerūt ꝙ p̄dicta habēt v̄itatē. ⁊ Gal. sic intellexit qm̄ morbꝰ ille cōplicatꝰ cū solone ↄtinuitatis seu actionis seu cāe talis ↄditiōis extiterit: ꝙ diuertit ad se curā ⁊ addat aliā ↄsiderationē curatiuā siue exigit aliquā cām curatiuā ab ea q̄ intēdit' siue exigit' in curatione solonis ↄtinuitatis: inq̄ꝫtū solꝰ ↄtinuitatis est: vt non haberet secū aliā rē p̄ter nām cōplicatā. Et de nūero istoruꝫ sunt q addūt nō solū hoc debere sumi a re p̄ter nāꝫ: sꝫ ēt a re nāli ⁊ nō nāli talis ↄditionis ꝙ adderet aliā intētionē curatiuā. nā dicūt ipsi ꝙ a diuersitate intētiōis curatiue ⁊ ipsius idētitate sumit' simplicitas ⁊ cōpositio solute ↄtinuitatis: ⁊ sic ẜm istos nō quilibet morbꝰ aut accidēs: aut cā reptus cū solone ↄtinuitatis reddit ipꝫ cōpom̄. nō.n. qlꝫ p̄ua mala cōplexio neqꝫ carnis diminutio: neqꝫ paruus sanguis fluxus: neqꝫ q̄cūqꝫ p̄ua hūiditas repta in solone ↄtinuitatis: q̄uis sint res p̄ter nām: reddūt eā cōpositā cū nō diuertāt ad se intentionē medicaminū: sꝫ sola actione nāe tollant'. Et maxie hoc declarāt de diminutiōe carnis cū soluta ↄtinuitate ↄplicata: ex eo maxime q: caro deperdita eadē cā curatiua vt medicina desiccatiua hēat gn̄ari: q̄ sil' ēt ↄsolidabit cōtinuitatē solutā: sed si p̄dicte res p̄ter nām magne fuerint reddēt solutam ↄtinuitatē ↄpositā ꝓp cām assignatā. Et exēplificātes d̄ rebꝰ q̄ reddūt cām cōpositā de morbo dixerūt sicut mala cōplexio aut carnis additio: aut ↄcussio: aut ap̄a ⁊ de accidēte dixerūt sicut fluxus sanguinis magnꝰ aut dolor intensus. Et de cā dixerūt sicut hūiditas mala: aut lōga expositio mēbri soluti ad aerē vn̄ alteret'. Et dixerūt de re nāli sicut si solute ↄtinuitati secte fuerunt cōplicata cōplo nālis vel acq̄sita humida aut eꝯº. Et de re nō nāli dixerūt. sicut si solute cōtinuitati secte fuerit cōplicata dispō aeris humida: aut eꝯº.

¶ Patet ergo ex dictis istoꝝ ꝙ qñ soluta ↄtinuitas fuerit cōiuncta cū aliqua re nāli: vel p̄ter nām variante: vel ꝑmutāte modū curationis ipsiꝰ solute ↄtinuitatis ipsa est ↄposita. Si v̄o ipsa est cōiuncta cū aliquo vel aliqua re nō variante modū curationis ipsiꝰ ipsa est simplex. ¶ Sunt ergo accñtia cōia cū sunt intēsa ea que reddūt solutā ↄtinuitatē cōpositā. accñtia aūt ꝓpria q: nō diuersificāt intētionē: neqꝫ cām curatiuā reddūt eā simplicē. ¶ Et ipse res q̄ nō reddūt eā cōpositā sed simplicē sūt reducte ad senariū nūeꝝ. s. ad q̄ꝫtitatē formā siue figurā eq̄litatē ⁊ ineq̄litatē tēpus situ ⁊ locū: ⁊ qdā addunt septimū. s. nūerū ẜm eniꝫ istas septē res solꝰ cōtinuitatis diuersificat'. nā ẜꝫ q̄ꝫtitatē alia dr̄ p̄ua alia magna: ⁊ alia mediocris. Et notāt ꝙ solꝰ ↄtinuitatis qbus accidit mēbris ⁊ nō accipit d̄ differētijs q̄ꝫtitatis lineā aut sup̄ficiē: sed semꝑ accipit corpus siue ꝓfunditatē: ꝓp qd̄ nulla est differētia ẜm hāc ↄsiderationē linealis neqꝫ sup̄ficialis: sꝫ oīs est corpea siue ꝓfūda: lꝫ ẜꝫ aliā ↄsiderationē aliqua dicat' sup̄ficialis: vt appebit. ¶ Scd̄m.n. figurā diuersificat'. Naꝫ dixit Aui. 4º q̄rti. c. 3. de sermōe vl'i. in cura vulneꝝ. loquēs in spāli de vulnere carnoso. vulnus carnosuꝫ nō euat': qn̄ fit aut sectio plana recta. s. ducta ẜm corpis lōgitudinē: aut fit rotūda aut habēs latera. s. curua siue tortuosa: aut triangularis siue quadrangularis vel quouis alio mō transuersa. ⁊ vulnus rotūdū hñs latera ꝓp deperditionē carnis in eo siue ꝓp distātiā labioꝝ: sub tñ figura erit. ¶ Differētia v̄o sup̄ta penes eq̄litatē ⁊ ineq̄litatē est. dixit Gal. 3º de ingenio. ꝙ cōcauitati vulneris. i. cōcauo vulneri ꝑtinet ⁊ ẜm hāc ↄsiderationeꝫ alia dr̄ sup̄ficialis: ⁊ alia ꝓfunda ⁊ sup̄ficialis est illa cuius fundus dicit' equalis. i. ꝓpe sup̄ficiē exñs: ⁊ ꝓfunda dicat' eꝯº. Et de ꝓfundis alia dr̄ penetrans ad vacuitatē vētriū. s. sup̄ioris medij vel inferioris. ⁊ alia nō est penetrans ⁊ de nō penetrātibꝰ alia est hñs abscōsiōes ⁊ cauernas: ⁊ alia nō hꝫ eas ēt de hñtibꝰ abscōsiones ⁊ cauernas: alia est hñs eas. occultas: ⁊ alia manifestas sensui patētes: ⁊ ẜm h̄ dixit Aui. vulnus carnosuꝫ qñqꝫ est ꝓfundū penetrās ⁊ qñqꝫ est discoopertū ⁊ ap̄tuꝫ. ¶ Dr̄ia v̄o sup̄ta a situ est: qm̄: v. g. si vulnus fuerit in aliquo mēbro: vt coxa poss' est vt sup̄ior ps ipsiꝰ sit magis cōcaua q̄ꝫ inferior: q̄ erga genu est: aut eꝯº: ⁊ cū h̄ aliqñ vulnerās aliq̄ꝫtulū sup̄ficiē scindit: sꝫ sub cute torquet': ⁊ itra carnē ⁊ cutē trāsit: vn̄ vulnꝰ ptīꝫ visibile: ⁊ ptīꝫ inuisibile reddit': ⁊ aliqñ nō torquet': sꝫ recte ꝓcedit: ⁊ totuꝫ visibile reddit': ⁊ vulnꝰ qdē qñqꝫ ab iferiori ad sup̄iora: ⁊ aliqñ eꝯº a sup̄iori ad iferiora: ⁊ aliqñ ꝑ latitudinē trāsit: ⁊ ẜm hāc dr̄iaꝫ qdā dixerūt aliā eē solutā ↄtinuitatē lōgā: aliā curtā ⁊ breuē: aliā latā, aliā strictā, aliā penetrātē, vsqꝫ ad ꝓfundū, aliā nō vltra sup̄ficiē, verūtñ Gal. vbi. s. hec oia dix̄ q̄ꝫtitati ꝑtinere vī. ¶ Dr̄ia v̄o sup̄ta a tp̄e ē ẜꝫ quā alia ↄtinuitatis solꝰ dr̄ eē recēs, ⁊ alia antiq̄: ⁊ alia media, ⁊ d̄ recētibꝰ alia est adhuc cū sāguie suo, alia nō, sꝫ iā in ea aliq̄ gn̄ata est sanies. ¶ Et dr̄ia sup̄ta a loco ē ẜꝫ quē alia dr̄ in sup̄iorībꝰ corpis eē, ⁊ alia in iferiorībꝰ, ⁊ alia in medijs, ⁊ alia dr̄ eē in vno mēbro, ⁊ alia in alio, ⁊ tūc aut ẜꝫ ptē, seu ptes alicꝰ mēbri, aut ẜꝫ totū ipsiꝰ, sic accidit in amputatiōe manꝰ vel pedis i mēbris i officialibꝰ, vel alicꝰ totiꝰ ossis vel nerui in mēbris ↄsilibꝰ. ¶ Dr̄ia v̄o ẜꝫ nūeꝝ, qm̄ alia ē singularis, siue vniꝰ nūeri, ⁊ alia ē multiplex, siue pluris nūeri. ¶ Si acciderit mēbris carnosis, ⁊ ꝓpe lacertī vocat' ↄtusio, siue attritio, ista.n. noia ab auctorībꝰ sinonime accipiūt'. q̄uis Aui. innuat ꝙ ↄtusio ꝓpe dicat' qñ accidit in meº lacerti, ⁊ attritio qñ accidit in extremitatibꝰ. ¶ Dixit. A. p̄' 3ª. caº d̄ solone ↄtinuitatis. ↄtusio ē solꝰ ↄtinui accñs lacerto ẜꝫ nūerū mltū: ⁊ ꝑ h̄ dr̄t a vulnere qd̄ ē singulr ⁊ vnica solꝰ, ⁊ ↄtusio qdē iō ē solꝰ multi nūeri, q: nō fit a re icidēte vel ꝑforāte, sicꝫ fit vulnꝰ, sꝫ fit a re obtusa ↄtūdēte q̄ soluit ↄtīm mēbri dilacerādo ptes, ex cuiꝰ dilaceratiōe accidit solꝰ nūeri, q: multe ptes soluūt' i dilaceratōe. s. illa dicūt. ꝙ ↄtusio large sup̄ta p̄t ēt accidē alijs mēbris. s. spmaticis ⁊ medijs ⁊ duris, ⁊ nō so

lū carniformib⁹ ꝛ mollib⁹. ¶ Et vuln⁹ qdē simp̄ nō solū ꝫ vnā dictaꝝ rerū diuersificari pōt: sꝫ et ꝫ multas. Dix̄ Gal. 3° d̄ ingenio vuln⁹ qdē interi⁹. i. qd̄ se ꝓfūdauerit necessario magnū erit: ꝛ si in carne multū penetrauerit: ꝛ in longitudi/nē tetēderit magnū duobus modis erit.

Solo cōti nuitatis cōposita pōt eē mł tis modis

¶ Solutio quoqꝫ cōtinuitatis ꝯposita diuidi pōt. dixit Hal. practice 4° ꝯposita vlcera alia cū cāis: alia cū morbis: alia cū accidētib⁹ ꝯponūt̄. sup. ꝛ alia cū duob⁹ ex his: ꝛ alia cū oi/bus trib⁹. ¶ Et que cū cāis hec sūt ad q̄ mēe influūt ꝛ sup/fluitates q̄ sunt vt cāe efficiētes: aut augētes: aut ꝯseruātes: dixit Gal. 4° de ingenio. si vulnus hēat malos hūores: aut ꝙ mā mala ad ip̄m defluat: aut hēat qd̄ corrosiuū ostēditur cāꝫ morbi cū morbo cōponi. ¶ Et q̄ cū morbo cōponunt̄: aut cū morbo q̄ est de mala cōplone. s. cōicata toti corpi: vt in febrib⁹: aut ipsi soli mēbro vulnerato: aut cū mēbro orga nico: vt diminutione vel additione mēbri: aut cū sepatione cōtinuitatis: siue in osse: siue in neruis: siue in venis: vel arte rijs: aut alijs fuerit. siue illa separatio fuerit singularis: siue multi numeri: vt cōtusio: aut cū morbo cōposito vt apa: ꝛ que cōponūt̄ cū accidēte hoc accidēs est dolor grauis: aut aliud diuertēs ad se curā. ¶ Dixit Ga. 4° de ingenio sani. ꝙ coꝝ que vulneri applicant̄. alis. cōpant̄ q̄dā sūt q̄ vulneri cō parant̄: vt cā efficiēs: augēs vel ꝯseruās: ꝛ q̄dā ꝯparant̄ ei: vt id sine cui⁹ curatiōe vulnus curari nō pōt: vt mala cōplōi vel apa. supplētē: ꝛ alia cōpāt̄ ei vt dispō maior ꝛ malignior: ꝛ ꝑ hec tria rect⁹ ordo curatiōis vulneris disturbat̄. ¶ Et dixit eodē 4° ꝙ q̄ cū vulnere cōponunt̄: aliqn̄ cū vulnere sil' cōtingūt: ꝛ incipiūt: ꝛ aliqn̄ vulneri iam facto supueniūt: ꝛ dixit Gal. ꝙ a p̄dictis reb⁹ sumunt̄ dr̄e vulneris cōpositi: ꝛ nō simplicis. Dixit. ꝙ res p̄dicte preter nām habit⁹ qdaꝫ sunt ꝑ se subsistētes: qcqd aūt ꝑ se subsistit nō pōt aliud: nisi seipsuꝫ denotare: vulnus. n. apa ꝛ putrefactio corruptio mē bri ꝛ hꝫ per se pn̄t eē: ꝛ iō seipsa denotāt: ꝛ nō solutā cōtinui tatē cui adiungunt̄: quare ipsaꝫ cōpositā reddūt: q̄ꝫtitas aūt ꝛ figura: ꝛ alia silia supradicta ꝑ se nō subsistūt: sꝫ sūt accidē tia ꝑter nām supra ipsaꝫ: sed solū denotāt ipsaꝫ sub diuersis differētijs: siue modis denoīatiuis: ꝛ iō nō reddūt ipsaꝫ cōpo sitā. ¶ Dicūt qdā. sꝫ simplex solutio ꝯtinuitatis nō hēat dif ferētias specificas essentiales: cōposita tn̄ pōt dici hr̄e illas inq̄ꝫtū morb⁹ cā ꝛ accn̄s cū simplici cōtinuitatis solone cō/plicāda differūt specie. ¶ Rursū solo ꝯtinuitatis tā simplex q̄ꝫ cōposita nō dr̄ rōne sue malitie vel bonitatis. Et vt sic dr̄. ꝙ alia est mala siue pessima: ꝛ alia bona vel nō mala: ꝛ alia iter ea mediocris. Et mala siue pessima: aut est talis absolu/te sicut q̄cūqꝫ suspecta est ad mortem: siue suspecta sit rōne di gnitatis lese actiōis: vt q̄ mēbro p̄ncipali vel nobili accidit: siue rōne lesiōis v̄tutis dispēsātis totū corp⁹ vt v̄tutis vita/lis ad quā seq̄t̄ lipothomia ꝛ sincopis: siue rōne sue magni/tudinis: de q̄ nō spat̄ ꝙ sanari possit. Aut nō est talis abso lute: sꝫ cōpatiue ad talia vulnera: sicut dr̄ ꝙ solo ꝯtinuitatis rotūda mala est. s. in cōpōne ad rectā quadratā vel alterius figure: aut difficulter cōsolidat̄: vn̄ Gal. eodē 4° ait. vulnera q̄ quodā respectu curant̄ diligenter: ꝛ nō sanant̄ a medicis pessima vocari debēt. ¶ Et iteꝝ solo ꝯtinuitatis alia dr̄ for tis: alia debilis: siue nō fortis: ꝛ fortis dr̄ ad quā seq̄t̄ accn̄s seuū vt dolor vehemēs: flux⁹ sanguis ꝓsternēs v̄tutē: casus appetit⁹ alienatio sincopis ꝛ silia. Et ista sūt vulnera accn̄/tia in mēbris p̄ncipalib⁹: ꝛ nobilib⁹. aut in membris multi sensus: sicut q̄ accidūt in lacertis ꝓprie in p̄ncipijs ꝛ finib⁹ eoꝝ: qm̄ sunt multe sensatiōis ꝑꝑ chordas ꝛ neruos ibi mul tos existes: vn̄ ad illaꝝ ꝓtiū vulnera seq̄t̄ dolor itēsus: vn̄ ꝛ fortia valde sunt: solo v̄o ꝯtinuitatis debilis est forti oppo/sita: ad quā nō seq̄t̄ aliquod accidens forte aut timorosuꝫ. ¶ Vulnera insuꝑ ab Hypocrate alia vocata sunt laxa: alia cruda: ꝛ laxa dicuntur illa in quibus abundat sanies: ꝛ fluit ab eis maxime si sanies extiterit laudabilis: ꝛ talia bona in affórismo sunt dicta. ꝛ dicuntur laxa ad silitudinē vētris flu xibilis: q ꝛ laxus dr̄: cruda v̄o dn̄r a qb⁹ nihil emanat: aut paꝝ qd ꝛ dicunt̄ cruda ad silitudinē crudoꝝ fructuū: quoꝝ hūidū est cōpactū ꝛ ꝑꝑ sui cōpactionē nō est fluxibile q̄ꝫuis exprimat̄. Dixit Hyp. in affōris. laxa bona: cruda mala: ꝛ re ducunt̄ cruda ad difficulter curabilia. ¶ Et rursuꝫ solo cō/tinuitatis diuidi pōt ꝑ fientē factā ꝛ futurā fieri: ꝛ fiēs qdeꝫ hꝫ cām presentē q̄ efficit illā: vt gladiū actu incidentē sagit/taꝫ actu ꝑforantē humorē acutū actu corrodentē: ꝛ similia. facta v̄o ꝛ futura fieri nō hn̄t cām p̄ntē: sed facta est illa solo ꝯtinuitatis: cui⁹ cā efficiēs iaꝫ cessauit ab actu opandi: siue soluēdi. Et futura fieri dr̄ ꝙ q̄ꝫuis cā actu nō soluat: neqꝫ sol uerit: est tn̄ ꝓsto parata iā soluere. ¶ Dicūt. ꝙ solo ꝯtinuita tis fiēs: sꝫ dicat̄ fiens ab actuali opōne cāe facientis illā: ipsa tn̄ ꝫ medicū dr̄ fcā: qm̄ est idepēdēs a cā ꝛ nō cessat ꝑ amo tionē eius. De predictis tn̄ differētijs solutionis ꝯtinuitatis in hoc tractatu solum de illa tractabo que nec rōne: neqꝫ ꝓ p̄ie continuitatis solutio dr̄. s. de dislocatione.

¶ De dislocatione in generali. Cap. iiij.



Dislocatio iuncture quandoqꝫ dr̄ dis/gregatio: siue euulsio: siue se paratio iuncture q̄ꝫuis sepatio iuncture a Gal. qn̄qꝫ sumat̄ ꝓ vera solone ꝯtinuitatis: ꝛ qn̄qꝫ dr̄ disiunctio. ¶ Est aūt dislocatio. dicit Albu. exitus alicui⁹ iūcturꝫ a loco suo: q̄re ꝓhibet̄ a motu suo: ꝛ fedat̄ figura mēbri: ꝛ facit accidere sup infirmū dolores: ꝛ lesiones vehemētes. Et Aui. dixit. dislocatio est egressio os sis. s. siti in iunctura ex loco suo: ꝛ situ suo q̄ est ei ꝫm nām ad illud. i. ad illū locū vel sitū vel ad illud. s. mēbrū qd̄ ei vi/cinū existit. Est. n. dislocatio discōtinuatio ossiūꝝ ꝑ quā ossiū alterū cōtiguatoꝝ a nāli cōtiguatione cū altero sepat̄: ꝛ re/mouet̄. Dixit Haly. euulsio ossis est egressio a sua fouea in q̄ cōpositū est. ¶ Diuersificat̄ aūt dislocatio in spēs siue mo/dos ꝫm magis ꝛ min⁹ sic. nā alia est cōpleta ꝛ integra: ꝛ alia est incōpleta ꝛ nō integra: sꝫ partialis: ꝛ iteꝝ alia est q̄ est in tegra ꝫm locū ꝛ situ: ꝛ alia q̄ est integra ꝫm locū: sꝫ nō ꝫ si/tuꝫ. Et integra qdē ꝫm locū ꝛ sitū ab auctorib⁹ ꝓprie vocat̄ dislocatio: ꝛ est illa cui ꝓprie ꝯuenit diffō dicta Aui. ex q̄ pꝫ ꝙ dislocatio dupl'r dr̄: vno° large ꝓut denotat oēꝫ disloca/tionē integrā ꝛ nō integrā: alio mō stricte ꝓut denotat solū egressionē ossis de loco ꝛ situ suo integrā: ꝛ ꝫm hāc denota/tionē erit sermo de ip̄a iferi⁹ in h̄ tractatu. Egressio v̄o ossis integra de loco suo: sꝫ nō situ ab Aui. vocat̄ guatui siue al/guatui. Egressio v̄o ossis iperfecta: ꝛ nō integra. dixit Haly. nō vocat̄ euulsio: sꝫ disgregationis sepatio: ꝛ. i5. ꝯtinē. dr̄ ꝙ qn̄ os disiūgit̄ iperfecte ꝛ modice appellat̄ sepatio articuli: ab Aui. v̄o vocat̄ torsio: ꝛ ꝫm hoc nomē erit sermo de ea in feri⁹. Sūt ergo dislocatiōis tres spēs: dislocatio siue euul/sio: torsio. ꝛ alguatui. Et. G. quoqꝫ dixit. ꝛ ponit̄. i5° ꝯti. ar⁹ accidit: aut declinatio. i. torsio: aut dislocatio. Et torsionē ibi diuisit in duas spēs ibi differētes ꝫm magis ꝛ min⁹: ꝛ ꝑ^m q/dē distorturā vocat: ꝛ dixit ꝙ distortura dr̄ qn̄ mēbrū sepa/tur a suo loco in modica q̄ꝫtitate. i. nō itegre. s. minori q̄ꝫ in dislocatione ꝑfecta: ꝛ scd̄aꝫ vocat disiunctionē ꝛ est qn̄ seq̄t̄ mēbrū sepationē min⁹ q̄ꝫ distortura. ¶ Dixit Ras. in arti/culis. accidit dislocatio distortura: ꝛ disiūctio. Dixit Auicē. torsio est egressio ossis ad interi⁹: aut ad exteri⁹: ꝛ Aui. dix̄. ꝙ est ad p̄tē ꝓfundā. i. interiorē aut ꝓcedētē. i. exteriorē: ꝛ subdit ꝙ ps ad quā egressio fit cognoscit̄ sensu. i. visu vel ta ctu vel vtroqꝫ. ¶ Dicūt qdā. ꝙ in torsiōe aliq̄ ps ꝓfūndat̄ ꝛ ꝯcauat̄. s. illa a qua fit egressio: ꝛ alia eminet ꝛ ꝓcedit siue ꝓtendit̄. s. illa ad quā fit egressio: siue ad quā os accidit. Al/guatui v̄o est sepatio ꝯtinuitatis ossis integra ꝫm locū: sꝫ nō ꝫm sitū in qua nō fit egressio ad aliquā p̄te interiorē vel ex/teriorē dextrā vel sinistrā: sꝫ solū egredit̄ a suo nāli loco de/scendēdo ꝫm lōgitudinē mēbri: vn̄ accidit mēbrū elongari vltra suā longitudinē nālem tn̄: ꝛ nō declinare ad aliquam partē: quare nō euenit in ea cōcauitas: neqꝫ eminētia. Et ac/

Quid sit dislocatio

De spēb⁹ dislocationis.

cidit

cidit alguatui ex elõgatiõe ligamẽti ligãtis ossa iũcture cui accidit ⁊ elõgatio ligamẽti ꝓcedit ex ipsiꝰ humectatiõe sup̃flua. Alteri Ras. 15° ꝯtiñ. dico forte mollis fiet ligatura articuloꝝ: ⁊ lõgũ fiet mẽbrũ absq̃ dislocatiõe. al's declinatiõe aliq̃ ipꝫ remouẽte a rectitudie sua: ⁊ quãq̃ accidit qñ euenit ligamẽto icisio totalis ꝺm latũ. Et dixit Aui. cũ ergo est lesio iũcture q̃ nõ mouet os. s. a rectitudie sua ad aliquã dictarũ p̃tiũ: sꝫ attrahit qḋ ꝯtinet ipꝫ. s. ligamẽtũ. s. elongat ligamẽtũ: ac si foret violẽter attractũ ad iferiꝰ: tũc ẽ alguati vel alguatui: ⁊ iõ nõ ẽ ex gñe torsiõis: i tali itaq̃ ossis semotiõe ad iferiꝰ os hñ dr̃ semotũ a loco suo: ⁊ factũ ẽ magis distãs ab alio osse sibi ꝯtiguo: sꝫ tñ nõ dr̃ esse extra sitũ suũ: cũ adhuc sit in directa oppõne ad illud os cũ q̃ ꝯtiguabat': nõ g̃ est alguatui torsio aut dislocatio: sꝫ hñ est dispõ p̃paratiua vt facilr̃ fiat ibi dislocatio. Et dixit Aui. ꝙ alguatui multotiẽs accidit adiutorio ⁊ coxe: qm̃ iste due p̃tes magis oibꝰ recipiũt elõgationẽ. ¶ Et dislocatio q̃dẽ nõ attribuit' oibꝰ iũcturis: sꝫ solũ nodatilibꝰ q̃ pñt moueri motu volũtario. Simplicibꝰ aũt ⁊ alijs qbꝰ nõ ẽ motꝰ ꝺm iꝑiũ volũtatis nõ attribuit': ⁊ ꝺm hoc appꝫ ꝙ motio dẽtis in mãdibulis ⁊ alia hmõi nõ dñr ꝓprie dislocatiões ꝺm iũcturas qbꝰ accidere põt: nã alia accidit mãdibule: alia spatule: alia scie. ⁊ sic de alijs vt appebit: ⁊ diuersificant' ꝺm bõitatẽ ⁊ malitiã pp̃ qḋ notãt qḋ dislocatio dr̃ prauior vel minꝰ praua: ⁊ rõe eminẽtis piculi: magni doloris. vl' mortis: sicut ẽ dislocatio spõdiliũ: ⁊ ꝓprie eoꝝ q sũt i collo: vt ifra suo capꝰ patebit: aut rõne sue difficultatis reductiõis eiꝰ i locũ suũ: sicut ẽ dislocatio cubiti: ⁊ digitoꝝ: aut rõe difficultatis ꝯseruationis eius reducte in locum suum: sicut est dislocatio scie: vt proprijs patebit capitulis.

Dislocatio nõ attribuit' nisi iũcturis q̃ voluntarie mouentur

¶ De cãis dislocatiõis ⁊ facilitat̃: siue difficltatis ipiꝰ. C. v.

ausarũ dislocatiõis alie sũt primitiue et extrinsece: ⁊ alie sunt intrinsece: ⁊ añtes: vel ꝯiũcte. ¶ Extrinsece q̃dẽ: siue p̃mitiue sũt: sicut casus ⁊ ꝑcussiões: ⁊ fortis distractio mẽbri cũ fune: vel alia: sicut accidit patibulũ funis sustinẽtibꝰ ⁊ filiis: ⁊ ex extrinsecis causis est incisio siue fractura ligamẽti ligãtis in iũctura os cũ osse. ¶ Intrinsece sũt humiditates plurime in corpore vel aliquo mẽbro multiplicate: vel in ipso ꝯgeste: ⁊ ad locũ iũcture defluẽtes q̃ ligamẽta ipsiꝰ remolliũt: ⁊ relaxãt: q̃ relaxata nõ pñt mẽbrũ qḋ in ipsa iũctura mediãte suo osse collocat' ꝯtinere: quare mẽbrũ sua grauitate nãliter iferiꝰ descẽdẽs a suo loco semouet': ⁊ aliqñ ẽt a situ suo dislocat': aut q̃ humiditates supradicte nõ ad iũcturã fluẽtes: sꝫ ad neruos ⁊ musculos eis iũcturis circũstãtes q̃ iuuamẽtũ p̃bẽt in sua retẽtione iũcture in eis q remolliũt ⁊ relaxãt: ⁊ remolliti ⁊ extẽsi nõ pñt iuncture dictũ retẽtionis p̃bere iuuamẽtũ: q̃re amoto iuuamẽto p̃dicta iũctura nõ ꝯtinet' i loco suo: sꝫ dislocat'. ¶ Causarũ qbꝰ hoies reddunt' dispositi vt facilr̃ icurrãt dislocatiocationẽ in iũcturis suis sũt silr̃ q̃dã intrinsece: ⁊ q̃dã extrinsece: ⁊ intrinsecaꝝ q̃dã se tenẽt ex p̃te ossiũ iũcture: ⁊ q̃dã ex p̃te ligamẽti colligãtis eã: ⁊ q̃dã se tenẽt ex p̃te ossiũ ꝯtinentiũ: sicut pixidũ seu ꝯcauitatũ in qbus ossa illis ꝯparia ꝯtinent': ⁊ q̃dã se tenẽt ex p̃te ossiũ ꝯtẽtoꝝ: sicut vertebroꝝ: siue rotũditatũ q̃ in pixidibus sunt locate: ⁊ q̃dã se tenent ex p̃te vtrorũq̃. s. ꝯtinẽtiũ ⁊ ꝯtentoꝝ: ⁊ q̃ se tenẽt ex p̃te pixidũ sunt: aut ipsiꝰ latitudo amplior q̃ꝫ opꝫ: aut eiꝰ ꝓfũditas minor q̃ꝫ opꝫ: vñ fit ipsius planities: siue sup̃ficies sita exterius maior q̃ꝫ oporteat: aut ipsiꝰ eleuatio circũferentiarũ: siue marginũ minor q̃ꝫ esse debeat ꝺm naturã: ⁊ q̃ se tenent ex p̃te ossiũ sunt: aut paruitas eius: q: nõ est grossa vertebroꝝ: sicut opꝫ: aut nõ est lõga sicut opꝫ: aut nõ est eque in alijs figurata: ⁊ q̃ se tenẽt ex p̃te vtriusq̃: aut ẽ ipsoꝝ nimia leuitas vel torsio reddẽs ea nimis polita in capitibꝰ eorũ. Et q̃ sunt ex p̃te ligamẽti sunt aut debilitas substãtie eius sequẽs raritatẽ texture ipsius: vñ efficit' laxũ nõ firmiter ligans ossa: ⁊ q̃ debilitas eius sequẽs raritatẽ texture: ⁊ laxitas ligamẽti: aut est ex creatiõe sua: aut est acq̃sita in t̃pe ex humiditatibꝰ sup̃fluis in iũctura ꝯgestis: aut ad ipsam trãsmissis q̃ substãm ligamẽti ibibũt: ⁊ ifundũt ⁊ relaxãt: vñ ligamẽtũ: q̃muis fuerit forte in creatiõe sua reddit' laxũ extẽsibile: ⁊ plicabile non firmãs ossa colligata adiuicẽ: ex q̃ fit vt os ꝯtentũ a ꝯtinẽte faciliter ⁊ leui cã resiliat: ⁊ disloceť iũctura: aut est ipsiꝰ ligamẽti sup̃flua lõgitudo: pp̃ quã nõ hñ herere põt os ꝯtentũ cũ ꝯtinẽte: sꝫ a lõge itãs faciliter egredit'. ¶ Cãe vero extrinsece sunt vel esse pñt q̃cũq̃ extremitates: siue circũferẽtias: seu margines pixidis: aut ⁊ rotunditatẽ vertebri: siue bucellã ossis ꝯtẽti ꝺm totũ: aut ꝺm p̃tem frãgerẽt: ⁊ amouerẽt: ⁊ q̃cũq̃ ligamẽta inciderẽt: aut superflue humectarẽt. ¶ De istis causis. dixit Gal. in de accidẽti ⁊ morbo: ⁊ ponit' sic. 15° ꝯtinẽ. si humiditates ꝑ t̃ps lõgũ ꝯtinent' in articulo humectãt ligamẽta ipsius: ⁊ ea demolliunt: vñ articulus fit leuis separatiõis: ⁊ dislocationis valde: aut forte frangent' pixides in qbus sunt capita ossium: vñ efficiunt' postea leuis dislocatiõis valde: aut forte sũt ex creatione pixides vero ⁊ apti fiẽt articuli: tunc ad dislocationẽ. ¶ Et Aui. dixit. de hoibus est q̃dã q est p̃paratꝰ ad dislocationẽ in iũcturis suis: qm̃ ꝯcauitates ossiũ iũcturaꝝ suarũ nõ sunt ꝓfunde: ⁊ bucelle q̃ ingrediunt' eas sunt non intrãtes. s. in eos q̃ꝫtũ est necesse: q̃re nõ retinẽt eas: sed resiliunt ab eis: ⁊ ligamẽtũ dixit Aui. qḋ ordinatũ est inter ea nõ est firmũ. i. solidũ: imo est debile: ⁊ in creatiõe sua minutũ. i. subtile: aut humidũ suscipiẽs extẽsionẽ: aut iam effuse sunt ad ip̃m humiditates viscose lubricare facientes illud: aut fracte sunt margines ꝯcauitatũ ossium in quas ingrediunt' de ossibꝰ iũcturaꝝ: q̃re fiũt ꝯcauitates ꝓstrate ⁊ applãtate sup̃ quas nõ est distinctio. i. additamẽtoꝝ circũferẽtialiũ q̃ ꝓhibeant os ꝯtentũ ab egressione: sicut prius erat añ fractionẽ. Et dixit Aui. ꝙ ista est prauior oium causaꝝ: siue dislocationũ. s. qñ abscindunt' capita: siue additamẽta illa q̃ cõglutinãt: ⁊ firmiter tenẽt os cũ osse: ⁊ paꝝ est ꝙ reuertant' ad dispõnẽ suã nãlẽ: q: nõ pñt regenerari nisi i pueritia: ⁊ plm̃ huius cãe fit in capite anche. i. i capite pixidis ossis eius: ⁊ deinde in capite adiutorij. i. pixidis in q̃ ꝯtinet' bucella adiutorij: ⁊ in duobꝰ focilibꝰ duoꝝ pedũ apud calcaneũ: q: in iũctura tali. ¶ Notãt ꝙ vna eadẽq̃ iũctura p̃t esse facilis dislocationis ex p̃te vnius dictaꝝ cãrũ. vt ex p̃te ossiũ ⁊ difficilis dislocationis ex alia cã: vt ex p̃te ossiũ facilis est dislocationis: ⁊ difficilis est dislocationis ex alia cã: vt ex p̃te ligamẽti: vel ecõuerso. ⁊ hinc accidit ꝙ de aliq̃ iũctura reperit' ꝙ ipsa est debilior ⁊ laxe ligata ⁊ cõiuncta: ⁊ ꝙ eadẽ est fortiter ligata ⁊ ꝯiũcta. ¶ Dixit Gal. 12° de vtili. parti. quotiẽs abũdat humiditas in p̃te anche: vel alicuius articuli ⁊ ligamentis ipsius dislocabit' facile: sed quotiens dñabit' sup̃ ligamenta siccitas vt sup̃ pixides difficilior erit motus ossis de loco suo. Et notãt. ꝙ cãe p̃dictis ꝯtrarie sũt cãe difficultatis dislocationis ⁊ egressionis vertebroꝝ a pixidibus: ⁊ sunt ꝓfunditas pixidis: ⁊ ipsiꝰ arctitas vel strictura: ⁊ additamẽtoꝝ eius circũferentialiũ altitudo ⁊ fortitudo: ⁊ v̾tebri: siue bucelle grossities ⁊ lõgitudo sufficiẽs: ⁊ vtriusq̃ ossis asp̃itas ⁊ siccitas: ⁊ ligamẽti fortitudo: ⁊ breuitas ⁊ humiditatũ relaxãtiũ priuatio: siue iũcture exiccatio: ⁊ ipsaꝝ cãe medie sunt cãe dispõnis medie iter facilitatem dislocationis ⁊ ipsiꝰ difficultatẽ. ¶ Ampliꝰ iũcturaꝝ. dixit. A. q̃dã sunt facilis dislocatiõis: q̃dã praue. i. difficilis ⁊ q̃dã medie: ⁊ hoc erit ꝺm ꝙ p̃ticipant p̃dictis causis itrinsecis. ¶ Dixit Hyp. in sua cyrurgia: vt ponit'. 15. cõtinẽtis: articulus genu extitũ hꝫ leuẽ. i. faciliter dislocat'. Et Aui. dixit. facilis dislocationis est iũcture poplitis pp̃ lenitatẽ ligamẽti eiꝰ: nã vt patuit ꝓprio caꝰ ista iũctura fuit creata leuis ligamẽti: ⁊ nõ solidi pp̃ iuuamẽta q̃ sunt dicta ibi: ⁊ pp̃ leuitatẽ sui ligamenti creata sũt. dixit. A. pila. i. rotula siue patella: vt sustẽtaret' pedẽ ⁊ ꝓhiberet' a dislocatiõe frequẽti.

De cãis dispõentibꝰ ad dislocationẽ.

Iunctura genu inter oẽs facilius dislocatur.

Et Hyp. dixit. articulꝰ genu factꝰ ē ex plano ligamētor⁊ iō egredit̄ ex modica cā. q̄re supposita ei empl'a ad ꝓhibendū de exitu: ⁊ nisi h̄ eēt iā egrederet̄ de leui: sȝ q̄ Aui. dixit pri mi p̄ria. in anatomia poplitis ꝙ hec iunctura ē ligata ligamētis fortibꝰ: ⁊ iō qdā dixerūt. ꝙ ligamēta p̄nt esse fortia ad strīgēdū: ⁊ leuia ad plicādū ⁊ flectēdū. ℂ Et dixit Auic. ꝙ iūctura hūeri est ꝓpinqua iūcture poplitis i facilitate dislocatiōis in corpibꝰ macilētis: sȝ nō in piguibꝰ: nā i macilētis firmat̄ a modica carne nō potēte eā seruare: vel ꝓhibet̄ ab exitu: ad qḋ adiuuat ꝓpinquior occursus huiꝰ iuncture in macilētis ad cām extrīsecā obuiātē ei ad dislocādū: sȝ in carnosis q̄s Aui. itellexit p pigues est ecōuerso: ⁊ in eo non fit pata dislocari. ℂ Et dixit. vbi supra. ꝙ articulꝰ adiutorij s. a parte iferiori eiꝰ: q̄ in iūctura cubiti nō pōt dislocari pp fortitudinē eiꝰ: ⁊ q̄tiēs dislocat̄ dubitādū ē de forti poꝰ ligamēti eiꝰ: sȝ articulꝰ digitoꝝ dixit Hypo. nō dislocat̄: sed frāgit̄ anq̄ȝ dislocet̄: ⁊ hoc qdē non est ex pte fortis ⁊ firme ꝯiūctiōis ossiū eoꝝ adinuicē: cū ossa eoꝝ debiliter ⁊ laxe cōiūgant̄ vt apte voluant̄: ⁊ moueant̄: sȝ est ex pte ligamētoꝝ ipsoꝝ q̄ sūt breuia ⁊ fortia valde. ℂ Dixit Aui. de iūcturis difficilis dislocatiōis sūt iūcture digitoꝝ: fortasse enim nō dislocant̄ imo frāgunt̄ anq̄ȝ dislocent̄. alb strīgant̄. s. adinuicē. s. ꝙ nō p̄nt dislocari. Et de difficilioribꝰ. dixit Aui. est iūctura cubiti. Medie v̄o inter p̄dictas. dixit Aui. sūt sicut iūctura anche: ipsa enī hȝ vnā cāȝ p quā faciliter dislocat̄ s. rotūditatē vertebri: ⁊ largitatē pixidis: ⁊ aliā oppositā. s. fortitudinē ligamēti eiꝰ: ⁊ inter has medias nūerari p̄nt q̄cūq̄ȝ alie iūcture cōsimiles iūcture anche hn̄tes vnā cām facilitatē ipsaȝ: ⁊ siīr q̄cūq̄ȝ hȝ cās mediocres inter cās facilitatis dislocatiōis ⁊ cās difficultatis eiꝰ. ℂ Dixit Hyp. vbi supra. quotiēs dislocatio articlī fuerit difficilior. difficilior erit restō eius cū sit firma ⁊ breuis ligamēti. ℂ Et Aui. dixit. ꝙ facilitas reditiōis iūcture in locū suū est fm̄ q̄ȝtitatē facilitatis dislocatiōis: ⁊ difficultatio reditiōis est fm̄ q̄ȝtitatē difficultatis eiꝰ: q̄m q̄ñcūq̄ȝ os faciliter resilit nō ipedit exire a pixide a ligamēto: ⁊ nō hȝ os pixidis arctū: sed amplū siīr: ⁊ faciliter redibit nō iueniēs qḋ ꝓhibeat vel difficiliter ipsiꝰ reditū: cū p eadē reducat̄ loca p q̄ exiuit. ℂ Dixit itaq̄ȝ Hyp. ꝙ articulꝰ cubiti non restituet̄: nisi cū violētia ⁊ difficultate: sȝ articulꝰ genu reducit̄ faciliter: ⁊ nō est dubitādū de debilitate ligamēti eiꝰ. Et Aui. dixit. ꝙ dislocatio poplitis est facilis reductiōis: sȝ reductio cubiti est praue. i. difficilis. ℂ Dixit Aui. q̄ñq̄ȝ accidit vt fiat iūctura q̄ nō est facilis dislocatiōis vel medie facilis dislocatiōis pp aliquā cām faciētē ad facilitatē dislocatiōis supradictaꝝ: ⁊ cū hoc accidit ei vt sit ēt facilis reductiōis: sicut cū accidit vt fiat iūctura anche facilis dislocatiōis: q̄ñ replet̄ pixis eius humiditate lubricāte ⁊ relaxāte: q̄re ⁊ tūc facilis fit reductionis: imo cū multa fuerit lubricitas: ⁊ relaxatio sic facilitat̄ qd dislocādū ꝙ dislocat̄ oi hora: ⁊ redit p quēlibet laborē q̄ȝtūcūq̄ȝ paruū q̄ fiat in reducēdo ipsam: sȝ non ꝑmanet imo iteꝝ dislocat̄: ⁊ iteꝝ reducit̄ faciliter. Et fm̄ hāc ꝯsideratione. dixit Guil. ꝙ aliq̄ñ dislocat̄ ancha p modū ꝙ in eternū nō pōt reduci. s. sic ꝙ reducta ꝑsistat in loco suo: ⁊ hoc idem potuit intelligere q̄ñ dislocat̄ p incisionē ligamēti eius. Et ancha qdē est magis pata huic dislocationi oi hora iuncture pp maiorē capacitatē sue pixidis q̄ cōtinet multā humiditatē lubricātē ⁊ relaxātē vltra oēs alias. Et post eā est iūctura humeri: ⁊ ꝓpea magis accidit adiutorio ⁊ coxe ꝙ recipiāt elōgationē magis oibus aliis: ⁊ iō iste due iuncture q̄ñq̄ȝ a leui q̄cūq̄ȝ cā dislocantur ēt a paruo motu: imo ⁊ multotiēs nihil agēte hoie: sȝ iacēte aut q̄escēte dislocant̄: ⁊ ancha qdem magis pata est suscipe fracturā circūferentiarū pixidis eius ⁊ huic faciliter suscipe dislocationē magis irreparabilē q̄cūq̄ȝ alia: ⁊ illud: ⁊ iō q̄ hȝ ipsas circūferētias magis eleuatas: ⁊ eminentes: ⁊ cum hoc est magis parata casibus ⁊ percussionibus. ⁊ aliis casibus frangentibus.

Iūctura humeri se q̄lr iūcturā genu.

Que iun cture sint difficilis dislocatio nis.

Iūctura q̄ re facile dislocat̄ facile reducit̄: et econtra.

ℂ De signis dislocationis in generali. Capi. vj.

Quāuis auctores in caplis de dislocatione hūeri abutant᷑ his noibꝰ.s.spatu/la hūerus adiutorio: siue adiuuamēto vnū p alio ponētes sm plm:tñ hec noia singulariter sumunt᷑.s.spatula p osse hōplate:⁊ adiuuamētū pro osse adiutorij:cꝰ superior extremitas p suū vertebrū igre/dit᷑ pixidē q̄ est in osse homoplate.⁊ humerꝰ sumat᷑ p ipsa iūctura ossis homoplate:cū osse adiutorij. Duo tñ alia ossa veluti suffragiū exhibētia huic iūcture ɔcurrūt:vt anato/mia mōstrauit.s.os furcule:⁊ rostrū corui:⁊ qꝛ de osse fur/cule iā dictū est in hoc caplo de aliis tribꝰ dicet᷑. ¶ Est aūt sm ꝙ spatula sūpta p osse homoplate nō dʒ dici ꝑprie dis/locari:qm̄ q̄uis deueniat ad ɔpositionē iuncture humeri:⁊ vt dcm̄ est aduenit ad ipsaʒ tāq̄ ɔtinēs:⁊ nō tāq̄ ɔtentū:⁊ sed os qd̄ ɔtinet᷑ ē illud cui aduenit vt disloccet᷑ vt supra pa/tuit:⁊ sic ēt est de mente Gal. q dixit in exēplo loquens:⁊ vt ponit᷑.15.cōti. quotiens dr᷑ ꝙ distracta est coxa notādū est. ꝙ dislocatū est caput adiuuamēti de pixide spatule:⁊ dislo/catione tñ nō vera:homoplata in pte eius posteriori i qua est eius notabilis latitudo ēt nullo mō dislocat᷑:⁊ de qua pte intelligens Aui. dixit. ꝙ est de illis quoꝝ casus.s. in dislo/catione nō est:nō enim accidit ei vt dislocet᷑:siue vere: siue nō vere:⁊ hoc ꝑpter fortē alligationē suā:⁊ firmā opposi/tionē eius inter musculos:⁊ q nō sinunt eā a ꝑprio suo nāli loco secedere. q̄tū vero ad ptē eius strictiorē in qua est pi/xis p quā venit ad cōpositionē iūcture humeri ɔtingit eaʒ interdū dislocari nō vere:⁊ q nō vera dislocatio est aliqualis eius remotio a nāli suo loco eueniēs pp fortē pcussionem seu obuiationē ad rē durā:⁊ ista separatio eius pōt eueni/re ab adiutorio tm̄:⁊ a furcula tm̄:⁊ ēt ab ambobꝰ. Et ista separatio spatule nō fuit clare cognita apud antiquos:⁊ vñ Ras.15.cōti. recitat qd̄ Hypo. dixit. ꝙ nō dislocat᷑:⁊ simili/ter Gal. dixit. vt Aui. innuit ꝑpterea Aui dixit. de eis ꝙ mi/nuunt᷑ vel mirant᷑ ex eo tales q̄les fuerūt Hyp.⁊ Gal. idest diminuti fuerūt i hoc ꝙ nō asseruerūt de firmo ꝙ dislocet᷑:⁊ aut nō mō dicto. Ras. vero asseruit firmiter hāc dislocatio/nē spatule.15.cōti. vbi ⁊ posuit curā eius. ¶ Sequēdo aūt de vtraq̄ dislocatiōe est sciendū hāc iūcturā posse triplici/ter dislocari:vno mō osse adiutorij egrediēte de pixide ho/moplate:homoplata remanēte i suo nāli loco. secūdo osse homoplate egrediēte vel recedēte adiutorio remanente in suo nāli loco. tertio vtroq̄ osse semoto a nāli loco eoꝝ:dis/locatione q̄ʒ vera adiutoriū qñq̄ dislocat᷑ integre:⁊ qñq̄ nō integre:⁊ qñ dislocat᷑ integre nō dislocat᷑:nisi ad partē inferiorē:sed qñ dislocat᷑ nō integre pōt dislocari ad partē inferiorē:⁊ ad ptē domesticā ⁊ siluestrē:⁊ sic ad tres partes ɔtingens est hāc iūcturā dislocari. ¶ Dixit Gale. ⁊ ponit᷑. 15.cōti. caput adiutorij nō dislocat᷑ ad superiꝰ:qm̄ eminen/tia homoplate ipm ꝓhibet:neq̄ cū dislocat᷑ ad ptē superio/rem dislocat᷑ ad interius:cū musculus hñs duo capita pro/hibeat:⁊ caput humeri sil᷑:sed dislocat᷑ ad ptē sinistram:⁊ ad ptē siluestrē. modice tñ:qꝛ nō nisi incōplete:⁊ nō itegre ⁊ dislocat᷑ ad partē ascelle inferius abūdanter.i.integre ⁊ ɔplete. ¶ Et Alb. dixit hūerus nō dislocat᷑ nisi sʒ tres mo/dos.quoꝝ vnus est vt dislocet᷑ ad ptē pectoris titilici ad in/feriora.2ꝰ est vt dislocetur ad ptē pectoris.i.ad ptē dome/sticā.⁊ 3ꝰ ē ꝙ fortasse dislocat᷑ ad superiorē ptē vel exteriorē ptē hūeri:⁊ exponit᷑ ad ptē siluestrē:⁊ si lr̄a dicat ad partē superiorē intellexit de nō va dislocatiōe hōplate q̄ est ad su/periora.⁊ subdit istud fit raro.⁊ dixit nō dislocat᷑ ad poste/riora pp spatulā:nec ad añriora pp neruos. ¶ Et Aui. lo/quēs de dislocatiōe hūeri integra. dixit. ꝙ dislocatio eiꝰ est res q̄ nō cadit in eo ꝙ scimꝰ nisi sm vnā ptē eiꝰ.s.cꝰ appa/rēs.s.sit plimꝰ.ipa eni nō dislocat᷑ ad superiora: qm̄ eminen/tia hūeri ꝓhibet ipaʒ:neq̄ ad posteriora qm̄ spatula ꝓhi/bet ipaʒ:neq̄ ad ptē vētris.s.ad partē domesticā:qm̄ lacer/tus duo hñs capita ab añriori nō pmittit eā cū ꝓhibitione capitis hūeri:qm̄ caput hūeri sil᷑ cū illo lacerto ꝓhibet ip/sam dislocari v̄sus partē pectoris vel vētris. ad latꝰ aūt in/ferius titilici egredit᷑ exitu plimo:qm̄ nō est qd̄ ꝓhibeat ad/iutoriū descēdere sicut est qd̄ ꝓhibet ipm ascēdere ⁊ declia/re ad posteriora ⁊ añriora. ¶ De dislocatiōe aūt non integra hūeri. dixit. A. veꝝ nō dislocat᷑.s.dislocatiōe nō itegra nisi ad latꝰ domesticū aut siluestre:⁊ sepat᷑ ad illud sepatōe par/ua:qꝛ nō itegra. qdā tñ dixerūt. ꝙ hec iūctura ad hec dicta duo latera itegre pt dislocari:veꝝ raro:⁊ difficulter:⁊ ⁊ tūc est talis dislocatio praua valde:⁊ de hac itellexit Gal. cū dix᷑ vt.15.cōti. ponit᷑ articulꝰ hūeri:⁊ eo ꝙ firmatꝰ est cū ligamē/to firmo.i.cū re ꝓhibēte ipm ab egressiōe:vt iā dictū ē. nō egredit᷑ cito ad aliquā dictaꝝ ptiū:⁊ si egredit᷑ nō egredit᷑ velociter:⁊ iteꝝ dixit. vt ibidē ponit᷑. quotiēs articulꝰ mo/uet᷑ dislocat᷑.s.ad dcā latera dubitādū est de vehemēti vio/lētia ⁊ difficultate. ¶ Et dislocatio qdē nō vera q̄ est hōpla/te ⁊ q̄ est humeri v̄aʒ nō integra q̄ est ad partēʒ nō titilici nō fit sepe nec facilr̄ seu a leui cā:imo nō nisi raro:⁊ difficul/ter ⁊ a magna cā:q̄ v̄o dislocatio est ad partē titilici tā inte/gra q̄ʒ nō integra sepe facilr̄ ⁊ a leui cā ɔtingit. ¶ Dixit.n. Gal.12.de vtilitate pticulaꝝ.⁊ pōit᷑.15.cōti.sic articulꝰ spa/tule.i.hūeri dislocat᷑ magis q̄ʒ alii articuli:⁊ cū pixis eiꝰ nō sit rotūda,i.ad interiꝰ ɔcaua.qꝛ nō hʒ ɔcauitatē ꝓfūdā:⁊

Iunctura humeri pt tripli/citer dis/locari.

ligamēta ei⁹ sunt tenuia ꝛ leuia: ꝛ fcā sūt ad istā formā ad ornamētū motuū: q̄re vertebrū adiutorij facilr resilit a ꝓpxide: ꝛ ꝯcauitate nō ꝓfūda. Et ꝑcipue dixit Albuc. in illis q̄ꝝ carnes sūt pauce. ¶ Et Aui. dixit ꝓpe accidit ei⁹ exit⁹ plimus extremitatis in macilētis. in istis enim: dixit ipse cadit dislocatio adiutorij: ꝛ ei⁹ reditio ꝑ quālibet cāmq̄m sicut faciliter accidit in extenuatis egressio adiutorii a loco suo: ita faciliter fit eius restitutio in ipm. q̄m non est in eis caro que prohibeat: sed in pinguibus: dixit ipse: vtraqꝫ res .s. exitus plurimum ꝛ reditio facilis sunt parue valde: propterea ꝙ caro multa impedit. Inuenitur littera que dicit. sunt praue valde: ꝛ etiam est vera in cōparatione etiam ad macilētos: maxime q̄n ꝓueniret dislocatio a cā extrinseca: q̄m multitudo carnis ꝓhibet cām extrinsecā peruenire ad iuncturā cū fortitudine: q̄re nō impellit ab ea plim: ꝛ coadiuuat vt exitus nō fit plimus: q: multa caro multū replet de loco ad quē fit exitus: sed tū q̄uis exitus nō fit plimus tñ eius tñ cōstrictio in loco ad quē exit ꝛ in via exitus est plurima: ꝛ ꝓpter hāc cām difficulter ꝛ praue reducitur in locum suū: q̄m nec sic cedit extensioni ꝛ ipulsioni. Si tamen dislocatio accideret a cā intrinseca remolliente ligamenta fortasse facilius in pinguibus fieret exitus: ꝛ reditio q̄m haberet ligamenta magis leuia: ꝛ humiditatem plurimam qua magis sunt preparata remollitioni ꝛ lubricationi.

Facilius fit disloca[tio] [illegible] in macilē tis q̄ i pī guib⁹ ecō uerso i pī guibus.

Et cause dislocatiōis tā intrinsece q̄ extrinsece sūt vel esse pñt q̄ dicte sunt sup. in. c. de causis dislocationis in gñali. veꝝ in spāli ꝯtingit hāc iūcturā: ꝛ silr iūcturā scie dislocari in ptu difficili: aut ēt post partū tpe infantie: de quo loquit Gal. 15. ꝯti. vbi dixit. si dislocet adiuuamētū penes ptū: aut in tpe augmēti corporis: ꝛ nō restituit nō erit adiuuamētū longū vt dz sꝫ breue. i. nullo adhibito ipedimēto in ipsius ꝯponē: ꝛ subtiliabit cubitus: ꝛ silr si dislocat coxa mō dicto nō erit pes lōgus: vt dz. ¶ Et dixit Aui. q̄nqꝫ aduenit adiutorio dislocatio in hora ptus difficilis apud sectionē ad embrionē. s. in embrione nō in pariēte: ꝛ silr accidit vt dislocet coxa eius q̄nqꝫ. n. ptus fit difficilis ꝓp exitū inālē fetus: aliq̄n prius exeūte manu aliq̄n pede: q̄re dz vt obstetrix laboret i reducēdo mēbra illa ad interius: ꝛ q̄nqꝫ i attrahēdo ea. Cū ergo fit hoꝝ mēbrorū violēta attractio: tūc ꝯtingēs est adiutoriū vel coxā dislocari ꝛ si nō reducit velocit: sꝫ tardat ei⁹ additio: tūc dixit. Aui. nō crescit post illud in longitudine. s. adiutoriū vel coxa: sed remanet cubitus: aut pes puus: q̄uis rectificet. i. reducat dislocatū. s. post lōgū tps: q̄m. s. multū debilitata fuerint adiutoriū vel coxa: ꝛ cā nō crescētie est opilatio viarū nutrimēti ꝓcedēs ab osse: ꝛ aliis ptibus q̄ sunt extra locum suū: ꝛ opilat: q̄re nō pōt trāhere nutrimentū qd̄ sufficiat ad augmētū: ꝛ de causis ēt nō crescētie est debilitas v̄tutis nutritiue in ipsis mēbris ꝓcedēs ex resolōne caloris nālis sequēte ad dolorē loci: ꝛ ex suffocatione eius sub materiis q̄ ad illa mēbra trāsmittunt ꝛ fluūt ꝛ subdit Aui. ꝛ q̄nqꝫ nō recipit ꝓculdubio in qbusdā coꝝ. s. ista dislocatio reductionē: imo remanet. s. puer breuis: cōminutus. i. breue ꝛ tenue hñs illud mēbrū: ꝛ hoc erit in eis in qbus pixis lōgitudie tpis replet. ꝛ applanat: ꝛ in qbus ptes ille inflant ꝛ indurant. Et subdit. In plibus ēt coꝝ recipit reductionē. s. i eis in qbus nō erūt ꝑdicte cāe ipediētes reductionē: ꝛ fit hōe dispōnis in plibus coꝝ. s. ad motus iūcture h⁹: sꝫ tñ erit hñs dispositionē breue simile pedi mustelle. s. in breuitate sua.

Signor aūt q̄dā significāt dislocationē nō verā ossis spatule: ꝛ q̄dā significāt dislocationē adiutorij ad inferiora: ꝛ q̄dā significāt dislocationē rostri corui: ꝛ q̄dā significant dislocationē a cā intrinseca ꝓueniētē: ꝛ q̄dā dislocationē integrā ꝛ q̄dā nō integrā. Dixit tñ. A. ꝙ in dislocatiōe spatule ambigit. ꝛ hoc iō q: nō sunt signa v̄e distiguētia it dislocationē spatule: ꝛ dislocationē adiutorij. dicūt tñ ꝙ signū ꝓpriū dislocatiōis nō v̄e spatule preter ꝙ adiutoriū fit dislocatū est ꝙ spatula eleuat ꝛ vr fieri magis extra ꝛ magis supra. ꝛ hoc significauit Aui. cū dixit. ꝙ magnificat. apparet. n. magnificari: q: eius eleuatio est maior ꝛ minor: ꝛ ēt eius exitus est v̄sus exterius. supplēdū ꝛ silr ambigit in dislocatione adiutorij. ꝛ h̄ ambiguitas est in hoc q: nō cito scit certe q̄ ps fit extra locū suū: an spatula: an adiutoriū: an rostrū corui. ꝛ hoc iō q: q̄dā signoꝝ sunt cōia dislocationibus: q̄ cū apparent reddūt medicum dubiū in iudicādo qd̄ illoꝝ ossiū fit extra locū suū: ꝛ iō nō dz ꝑ illa statim certā ꝛ firmā sniam ferre: sꝫ dz sniā tenere suspensam donec ꝓpria ꝓquirat signa ꝑ q̄ possit affirmare qd̄ illoꝝ ossiū dislocatū est. ꝛ Ras. dixit. 15. ꝯti. ꝙ medici rōnales pñt hoc signū cōphendere celeriter: q̄m ea celeriter capiunt ex nā coꝝ: neqꝫ indigent extimatione sub dubio. ¶ Primū de signis cōibus ponit ꝯcauitas inuēta in humerorū qua dixit Gal. ꝑ catrion. vt ponit loco dicto. ꝙ infirmitas ꝛ cōcauitas fcā in amphora spatule dat significationem dislocationis adiutorij ꝛ situ ossis parui qd̄ appellat spatule: ꝛ ipm est rostrū corui. ¶ Dixit Aui. q̄re vr ꝯcauitas apud caput humeri ꝑter solitū ꝛ infirmatio est signum dislocationis humeri alia lr̄a hꝫ infirmatio. i. debilitas ad mot⁹. sed pria lr̄a est melior: ꝛ ꝯcordat cū lr̄a Gal. dcā. ꝛ de debilitate ad motus ponet in alio signo. Et subdit. A. hoc signū nō est ꝓpriū illi dislocationi: imo est iteꝝ ꝑ ꝯuersionē. i. sepatione de loco suo capitis spatule. i. rostri in vtriusqꝫ. n. sepatione de loco suo apparet ꝯcauitas: q: l oc⁹ equo. secessit os remanet vacu⁹. Et q̄dā hoc signū extēdūt ēt ad dislocationē veꝝ ossis spatule. nā q̄n eleuat supi⁹ remanet sub eo vacuitas ꝛ ꝯcauitas. Et fortasse hoc ēt significauit Aui. cū dixit. imo est etiā ꝓpter conuersionē capitis spatule. ¶ 2ᵐ signū cōe est. dixit. Gal. ꝙ tu debes inspicere i capite spatule sane. ꝛ cognoscere modum eleuationis ipsius: deinde rōcinare modū membri dolentis. i. dislocati: iuxta modū illius. s. spatule sane. ꝛ si inuenitur. s. spatula egra extra modum naturalem: ꝙ. s. fit magis depressa q̄ sana. humerus enim sanus semp est eminentior dislocato. per hoc tunc cognitio habet sup dislocationē: sed per ipm non fit certitudo: an fit dislocatio adiutorij: an rostrum corui: q̄m in vtraqꝫ appet eminentia in sano maior: ꝛ hoc hꝫ veritatē si nō fuerit lesio in vtroqꝫ humero: sed si fuerit aliter ve ꝛ nō solū apparēter sanus. ꝛ hoc signo dixit Auic. dicitur extremitas humeri alteri⁹. s. non dissoluti altior hac extremitate: ꝛ hoc si nō acciderit ei iterū separatio in seipso scilꝫ adiutorio eius: aut in osse qd̄ est caput eius. s. rostri corui per offensionem. i. obuiationē ad aliqd̄ durū: aut per aliū vt per percussionem. ꝛ sic oēs auctores volunt ꝙ non solum in dislocatione huius iuncture: sed ēt in qualibet alia q̄n fit cōparatio dislocate ad aliā opꝫ ꝙ illa alia fit sana nō dislocata: nec q̄uolibet aliter male cōpositionis siue figure. Et docuit Aui. in hoc euitare errorē qui posset cōtingere: ꝛ est ꝙ q̄n in humero qui apparet sanus est dislocatū rostrū corui: ꝛ q̄n medicus q̄rit humeꝝ istū ꝓcedit cū manu cōprimēdo. ꝛ q̄nqꝫ sedat cū curatiōe, i. cū cōpssiōe ista q̄ est curatio eius lesio dci rostri corui extimat medicinas per illud qd̄ non fit ibi lesio cum tñ fit: ꝛ ꝑ hoc male indicat de humero dislocato vel altr: ꝛ melius. Aui. voluit ōndere qd̄ aliq̄n fit dislocatio rostri corui simul cum adiutorij dislocatione: vel sine illa ꝛ non perpenditur aliq̄n a medico: ꝛ hoc ideo: q: sedatur cum compressione facta a medico cū querit inuenire dislocationem. nam illa compressio reducit rostrum corui ad locum suum. ¶ Signū aūt ꝓprium dislocationis adiutorij integre est dixit. G. cū caput adiutorij efficiet subiacens ascelle. maior. n. significatio ꝛ leuior sup dislocationē adiutorij habet ꝑ cognitionē ꝛ inuentionem eminentie rotunde solide in ascella: q̄m impossile est ꝙ illa fiat absqꝫ dislocatione capitis adiutorij ꝛ descēsione ei⁹ facta ad locū ascelle. Et notāter dixit ꝙ eminētia dz esse rotū

Signum ꝓpriū dislocatiōis adiutorij integre.

da solida.i.dura ⁊ firma:qm̄ q̄nq̄ꝫ fit eminētia apatū i ascellis:ꝫ aut nō erit rotūda:aut nō erit solida dura:⁊ scrophula nō erit firma. de hoc signo dixit. A. vꝫ capitis adiutorij dislocatio eminētia pͥma in pte ascelle:⁊ iō statiꝫ qn̄ medicus suspicaṫ de dislocatōe adiutorij oꝫ ipōere digitos suos sub titilico ⁊ q̄rere an iueniat eminētiā ibi mō dcō an nō. naꝫ si dislocatū fuerit repiet ad tactū ibi eminētiā in magnitudie parue pile vel oui ad iferiora descēdētē. ⁊ hoc qdē ē signuꝫ qd sepat dislocationē a dislocatōe ossis spatule rostri corui.

Signa cōmunia dislocationis integre ⁊ nō integre.

¶ Signoꝝ āt cōiū dislocatōi adiutorij integre ⁊ nō itegre. Primū dixit Gal. vbi. s. ꝙ nō pōt ad iuuamētū appropinq̄re costis:nisi cū dolore vehemēti. ¶ Dixit Hal. hꝰ manꝰ dislocate cubitꝰ a costis remotus est:vt cū illū costis appropiquare volueris nō possis nisi cū difficultate ⁊ graui patientis dolore. Et. A. dixit. vꝫ caput adiutorij nō bn̄ ānexū lateri.s.suo bonitate ānexionis manꝰ sane.i.sicut ānectiṫ manꝰ sana ad latꝰ suū. ¶ 2m signū cōe dislocatiōis adiutorij itegre ⁊ nō integre. dixit Gal. est ꝙ nō poterit manꝰ eleuari ad caput sꝫ rectitudinē ad ptē auris:nec tāgere eā sicut pōt cum manu sana:⁊ reddēs cām dixit. ꝙ qn̄ nos leuamꝰ manꝰ ad caput egrediṫ caput adiuuamenti ex toto a pixide spatule. Cū ḡ est egressū ab eo siue integre siue nō itegre:nō pt reingredi nisi reducaṫ ꝓut:⁊ iō manꝰ nō pt eleuari ad superiꝰ. Dixit. A. si desiderat eleuare manū suā ad supiora:⁊ tāgere aurē suā nō ꝑpaṫ ei. ¶ 3m signū cōe eis ambabus est dixit Gal. ꝙ nō pt euenire adiuuamētū in oībꝰ eis motibꝰ cōsuetis. ⁊. A. dixit. ꝙ oēs alij motꝰ adiutorio ꝯsueti fiūt:⁊ difficiles. ¶ Uerūtn̄ in tribꝰ dictis signis nō est ꝯfidenduꝫ:⁊ ꝑ ea nō iudiceṫ de dislocatiōe adiutorij integra vel nō integra qm̄ pn̄t ex alijs causis ꝑuenire:⁊ nō ex dislocatiōe. Ait.n. Gal. vbi supra. minor significatio hꝰ dislocatiōis sup. ⁊ nō solū hꝰ:sꝫ cuiuscūq̄ꝫ alteriꝰ iūcture est illa q̄ inueniṫ in motibꝰ.s.in potētia vꝫ debilitate ipsoꝝ motuū:qm̄ accidit hoi ꝙ nō pt eleuare adiutoriū ad caput sursuꝫ.sup. neq̄ꝫ costis adherere illud:neq̄ꝫ alios motꝰ ꝯsuetos exercere quotiens accidit musculo q est ibi.s.hn̄ti mouere iūcturā hūeri:quoquo motu distēso:aut tetanꝰ:aut apa:⁊ quotiēs ꝯteriṫ aut incidiṫ in fūdo musculi aliq̄ pticula neruosa ꝯtenta in eo:⁊ Alb. fortasse accidit qbusdā hoibꝰ ꝑcussio:aut casus:⁊ apatur humerꝰ apate calido:⁊ putaṫ ꝑꝑ illud ꝙ dislocatus sit s.qꝛ nō pōt in solitos motꝰ. ⁊. A. dixit. ista signa iterū q̄nq̄ꝫ accidūt ꝑꝑ torsionē:aut apa:aut ꝑcussionē: quapꝑ oꝫ vt medicus cū viderit ꝑdicta signa:vt dixit Alb. expiaṫ ⁊ ingrat diligēter donec stet sup certitudinē:an illud sit ꝑꝑ dislocationē:an ꝑꝑ apa. sup. an ꝑꝑ aliū morbū:⁊ nō subito ꝑ illa iudicet:ꝙ hec ē dislocatio sic icauti medici iudicāt. ¶ Et ꝑ hec ēt signa qn̄ ꝓcedūt ex dislocatōe adiutorij:⁊ si ex alijs morbis distiguiṫ dislocatio ipiꝰ a dislocatōe ossis spatule ⁊ rostri corui:qm̄ dixit Gal. i eo i q̄ ē dislocatū os spatule aut caput eiꝰ.s.rostrū corui remouebiṫ adiuuamētū eiꝰ a costis:nꝫ difficil' erit eleuatio manꝰ eiꝰ ad caput. ⁊ circuitio ipsius ꝯm alios motꝰ. oia. tn̄ ꝑdcā signa in dislocatōe adiutorii ad iferiꝰ nō itegra erūt miora:qꝛ cū miori difficultate adhēbit adiuuam costis:⁊ manꝰ eleuabiṫ:⁊ alios motꝰ faciet. minor ēt erit ꝯcauitas i hūero:⁊ mior erit eiꝰ difficultas ab hūero sano:⁊ minor eminētia ineniet in subascella:⁊ minꝰ ad iferiora descēdēs.

Significatio ex motu est fallax in cognitione dislocationis.

Signa dislocatiōis hūeri ad latera.

¶ De signis āt dislocatiōis ad latera itegre vel nō integre. Dixit Alb. si dislocaṫ vsus pectꝰ aut sursū.s. q̄ꝫtū ad os spatule sup. aut ad ptē siluestrē:tūc tu iuenis manifestū tactū.s.inuenis eā māifesteṫ ꝑ tactū:⁊ nō occultaṫ tāgēti. Et. A. dixit. eger nō pt sine labore vehemēti adherē manū egrā ad sanā sicut pt tpe sanitatis. ⁊ si dislocatio fuerit ꝯpleta nō poterit manū egrā ad sanā adherere q̄ꝫtūcūq̄ꝫ laboret. ⁊ hoc dislocatio cū fuerit integra nō forte possibile est in ifantibꝰ vt equeṫ caput adiutorij coꝝ.s. restituaṫ sine magna difficultate nō integra:aut in infantibꝰ:⁊ ēt in alijs dūmō recēs sit:vt dicūt qdā. reduciṫ celerit':⁊ sine labore. signū āt ꝙ dislocatio adiutorij ꝓcesserit a cā intrinseca remolliēte ligamēta ē. dixit. Aarō. vt poniṫ. 15. ꝯti. si nō dolet iuuamētū dislocatū q̄tiēs tāgiṫ.s. dolore notabili:⁊ inueniṫ lene ⁊ molle:⁊ amplꝰ hūiditas in eo erit q̄ remolliuit:⁊ fecit ipꝫ egredi de loco suo:⁊ ꝯfirmaṫ ista significatio si nō ꝓcesserit dislocationē aliq̄ cā ꝑmitiua:⁊ tale adiuuamētū erit facilis restōnis:sꝫ nō diu moraṫ:qn ēt egrediaṫ ⁊ dislocet. Si vō dixit Aarō. adiuuamētū fuerit siccū durū:⁊ solidū difficilis restōnis erit sup. sꝫ tn̄ restitutū nō postea egrediet a suo loco nisi a magna cā. ¶ Pro ꝯsideratiōe dcōꝝ signoꝝ notādū est exēplū:qd adduxit Ras. 15. ꝯti. inq̄t cognosco viꝝ in q̄ separatū ē os spatule de loco suo. deinde pꝰ tps lōgū dislocatū ē ꝯm accidēs adiuuamētū eiꝰ de māu altera ipiꝰ. cūq̄ꝫ videret illū chirurgicꝰ in vtraq̄ꝫ amphora vtriusq̄ꝫ spatule eē eq̄lē iudicauit ꝙ articulꝰ iuuamēti nullū vitiū ē secutꝰ:sꝫ ꝙ illud accn̄s erat ex ꝯtusiōe:⁊ eo ꝙ dolor erat vngebat in eo mēbrū cū oleo abūdāti ponēdo cū pila ⁊ pꝰ exitū ponebat sup illud lanā infusā in ceroto liq̄do faciēdo eū iacere ⁊ vti ocio. q̄ pacto cū dormisset vocatꝰ ad eū vidi locū eleuationē eē in spatula eiꝰ q̄ dolebat:⁊ vidi locū spatule in q̄ fcā erat i spatula patiētis:⁊ vidi ꝙ iflatio spatule patientis augebaṫ:⁊ tūc inq̄siui spatulā quā extimabāt eē sanā cū studio magno ⁊ vidi ꝙ os spatule ipiꝰ sepatū fuerit ad supiꝰ ⁊ auxiliu suscepi de eo ꝙ pauca erat vtilitas in cura fcā ei ⁊ imponēdo digitos ascelle ipiꝰ spatule inflate tetigi ꝙ caput adiutorij erat māifestū in ea:⁊ ita toto studio posui digitos alteri ascelle:⁊ nō iueni ibi eminētiā.s.illi q̄ inuēta erat in illa:⁊ dixi tūc ꝙ adiuuamētū erat dislocatū. ipe vō chirurgicꝰ qꝛ nesciebat ꝙ cap̄ spatule erat sepatū ꝯ māu alia mēsurabat spatulā dolētē admodū illiꝰ q̄ extimabaṫ eē sana:⁊ vn̄ dixi ei iterroga iā patiētē si i pterito tpe ꝯtusionē sup cap̄ spatule manꝰ altiꝰ hūit:⁊ ꝯfessꝰ ē pꝰ recordationē ꝙ ipe ceciderat ꝯ iuuamēto sup ipꝫ locū:⁊ mitigatꝰ fuit ei dolor ꝑ lanā ifusā i olo.

Cura dislocationis humeri.

Circa curā dislocatiōis hūeri siue integre siue nō:oꝫ ꝯsiderare ꝑ an ipa sit recēs an antiq. ⁊ 2o an sit in corporibꝰ lenibꝰ sic infantibꝰ pueris ⁊ mulieribꝰ ⁊ eunuchis:⁊ silibꝰ:an corporibꝰ duris ⁊ sit silibꝰ:an sit in macilētis:an in pinguibꝰ. nā q̄ fuerit recēs in qbuscūq̄ꝫ corpibꝰ:⁊ q̄ fuerit in corpibꝰ mollibꝰ aut in macilētis ē facil' reductiōis. q̄ vō ē antiq ⁊ in corporibꝰ mollibꝰ difficilis ē cū latitudie magna in q̄ vna difficilioris curatiōis ē altera ꝯm potētiā causarū difficultātiū reductionē ossis dislocati. ¶ Dixit Gal. vt poniṫ. 15. ꝯti. si accidat hmōi dislocatio in pueris:aut infātibꝰ puulis ⁊ hūidi corpis:⁊ extēsis adiuuamētū eiꝰ occupādo ascellā eiꝰ cū aliq̄ instro:aut cū manu ꝯstrictis ⁊ occupatis ipiꝰ manꝰ digitis in pugnū ⁊ ipellis ꝑ articulū meᵐ medij digiti ipiꝰ manꝰ ad modū ꝑcussiōis cū eo ingenio igrediet articulus.s.adiutoriū ad locū suū:⁊ iste modꝰ reductionis pōt. vt posuit. A. fieri dupłr. vno mō cū duabꝰ manibꝰ:cuꝫ q̄rū vna medicꝰ eleuet brachiū ad supiora:deide manū aliā iponat ascelle:⁊ ipellat cū ea cap̄ adiutorij supiꝰ ad locū suū ⁊ dū cū hac manu ipellit ipm cū altera māu q̄ brachiū exerxit trahat adiutoriū inferiꝰ sic enim cū vna manu trahēdo adiutoriū inferiꝰ:⁊ cū altera ipellēdo cap̄ adiutorii de sub ascella ad supiꝰ redibit facile ad suū locū:⁊ cū hūc modū sic tetigit. A. extēdaṫ cū manu ⁊ intromittaṫ sub titilico apꝰ ꝓpinq̄tatē capitis adiutorij:deide teneat illā ꝓpinq̄tatē:⁊ ipellat eū ad supiora:⁊ manꝰ altā extēdat adiutoriū ad iferiora. alio mō pt fieri cū vna sola māu:sꝫ tn̄ nō facile adipleṫ nisi fortasse i infātibꝰ ⁊ valde mollibꝰ fortasse.n.dixit. A. ē possibile i ifātibꝰ vt equeṫ cap̄ adiutorij cū digito medio.s. vniꝰ manꝰ posito subascella ipigēdo cū cuspide ipiꝰ medij digiti adiutorij cap̄ ad supiꝰ ⁊ extēdēdo.s.adiutoriū ad inferiꝰ cū illa eadē māu:⁊ q̄ extēsio fit mediātibꝰ pollice ⁊ indice. ¶ Alb. q̄ꝫ tetigit aliū modū q fit mediāte adiutorio ministri:⁊ ait. reductio eiꝰ ē vt euellat.i.eleuet minister manū infirmi ad supiora:deinde pōe tu pollices tuos sub titilico eiꝰ

et eleua iuncturā.i.adiutoriū cū fortitudine ad sursū ad locū ei⁹ et tūc minister euellat et extēdat manū ei⁹ ad sursū: et deinde extēdat et ponat eā inferius: qm̄ sic redit facilr̄ velocit̄. Et cōsiderēt hi tres modi reductōis trib⁹ gradib⁹ reductōis facilr̄. nā p̄m⁹ mod⁹ cōpetit ei q̄ inter faciles ē min⁹ facil: et 2⁹ cōpetit ei q̄ ē facilior ceteris. et p̄m⁹ cōpetit ei q̄ inter p̄dictas ē me⁹. Et iste reductiōi h⁹ iūcture difficili penes diuisos grad⁹ sue difficultatis diuīi modi curationis seu reductionis ipsi correspondent.

Primus modus reductionis humeri.

¶ Et p̄m⁹ et facilior eorū ē vt cōsideret an talis dislocatio sit recēs: an cronica: et si qdē cronica fuerit vt ex q̄ accidit dislocatio tint dies multi: sicut dixit Alb. tūc dixit Gal. et pōit. vbi supra. balneatōe vtat patiēs: et embrocatōe abūdāti cū aq̄ calida: aut decoctiōis radicis altee fenugreci: mellilotis vt dixit Alb. et qdā apponūt p⁹ embrocationē emplm̄ mollificatiuū sup eo. si vō nō fuerit cronica: s; recens difficilr̄ tū pp̄ duritiē: aut piguedinē corpis in q̄ ē tūc nō eget balneatiōe: et mollificatōe p̄dcā: s; fcā mollificatiōe i cronica: et i recēti q̄ p̄dcā ii iudicauerit eā fore necīā rōnabil̄ medicus: aut nō fcā ii nō fuerit necīa: tūc dixit Ga. iaceat ifirmus sup pedē suū: et supponat medic⁹ ascelle ei⁹ dislocate pallotulā siue pilā de lana plenā bñ: vt bñ sit solida et dura vt nō cedat cōpressiōi sup eā fiēde et sit coopta lana eius corio aut pāno. et dixit Ga. sit eq̄lis modi vel in q̄litate: q: lenis nō aspa: et i q̄titate: q: neq; nimis magna neq; nimis pua: s; tāta vt decēter correspōdeat q̄titati ascelle cui suppōit. d; et eē mediū modi in duritie: et mollitie: vt dixit Alb. Et dixit. A. ista sit pila sicca si nō fuerit i ascella apa: et inūcta si fuerit i loco apa: nō intelligēs de apate magno: et vehementer doloroso: qd̄ diuerteret ad secutā. nā si tale apa fuerit cōiūctū cū dislocatiōe reductio eius nō d; fieri nisi illo apate p̄us sedato: vt supra patuit: s; intellexit de apate puo pauci doloris: siue de q̄dā infl̄atōe loci cū q̄dā mala cōplone: q̄ frequēter in dislocationib⁹ euenire solet: d; inūctio pile fieri cū aliq̄ ceroto adipe oleo illi apati cōueniēti: pila tñ sicca magis adheret et firmius tenet in loco q̄ inūcta si tñ ibi esset apa lederet locum aspitate sua et dolorē inferret: et pila iposita dixit Ga. sedeat chirurgicus corā eo et declinet aliq̄lr̄ ad p̄tē dolētē ponendo calcaneū ipsius sup pollotulā: et extendat manibus suis adiuuamētū dolēs ad eū: et ad p̄tē pedis. s. egri: et cōstringat calcaneū cū ascella: p⁹ tñ q̄ cōstringat calcaneū sedeat aliquis minister sec⁹ cap̄ patiētis ad ipellēdū cap̄ ad p̄tē diuersā. i. dīus p̄tē sanā ne declinet cap̄ ad p̄tē ad quā extēdit chyrurgicus. teneat enī; dixit Albu. cap̄ egri firmū vt nō moueat ad iferiora: q: si moueret ipediret debita cōpressio calcanei: et nō rediret adiutoriū ad locū suū. Et dixit. A. q; restaurator fortit̄ trahat manū ifirmi: ac si vellet eradicare eā ex spatula: et in trahēdo declinet manū aliqualr̄ ad interiora siue ad añteriora dīus pect⁹. nāq; sic faciēdo adiutoriū redit statim in locū suū voluit et. A. q; hic mod⁹ reductiōis et possit fieri aliq̄n solo calcaneo iposito subascella abs; pila. et h̄ h̄ret locū q̄n reductio nō esset multū difficil̄.

Secundus modus.

¶ Si p̄ p̄mū modū dictū adiutoriū nō redeat in locū suū tūc deueniēdū est ad 1^m aut ē ab h̄ 2⁹ mō icipiēdū si cogñerit medic⁹ a p̄n⁹ difficultatē reductiōis magnā fore. Et iste scōs modus fm̄ Haly. et. A. est vt q̄rat vir fortis lōg⁹ lōgior ifirmo q̄ inuēto fiat vt ipse itromittat hūer; suū sub ascella ifirmi dislocata: et eleuet infirmū a terra suspēsū ab hūero suo: et iā extendat manū egrā ad vētrē ipsius: vt i tali suspēsione ex grauitate corpis ifirmi supra hūer; viri illi⁹ hūeris ei⁹ ipiget adiutoriū egri in locū suū. q; si ifirm⁹ fuerit leuis pōderis c⁹ corp⁹ nō grauet sup manū. i. hūer; eius viri tūc dixit. A. suspēdat egro q; grauet ipm̄ cū eo: q: si nō grauaret nō posset hūer⁹ illius ipigere adiuto^m in locū suū.

Tertius modus.

¶ 3⁹ mod⁹ est iste p̄dcō: et sit cōferēs: et nō differt a 2⁹ nisi q; vbi in 2⁹ mō accipit̄ vir in isto mō accipit̄ lig^m tāte lōgitudis q; suspēdat ifirmū a terra: et pōit ab Alb. et. A. et dixit. figat lig^m in terra lōgū: c⁹ cap̄ sit rotūdū in figura sic māicha mortarij. i. sicut pistellū qd̄ nō sit grossū neq; subtile deinde pōat̄ hoc lig^m sub infirmo. s. sub ascella dislocata: et hoc postq̄ ponunt̄ sup caput ligni pāni lenes vt nō ledat lig^m carnē ascelle infirmi: et inferius sit stās. s. erect⁹ h; lōgitudinē ligni: et suspēdat̄ ifirm⁹ cū eo a terra: vt stet i opone loco viri lōgioris: et cū suspēsus fuerit extēdat̄ man⁹ eius ad iferiora a p̄te altera: et extēdat̄ corp⁹ ei⁹ ab altera p̄te cū fortitudie. Et dixit. A. grauet medicus vi; . s. ifir^m si neciū erit ei cū pōdere aliq̄. nā sic agēdo iūctura ad locū suū redibit cū velocitate.

Quartus modus.

¶ Quart⁹ aūt modus ponit̄ ab Alb. et. A. et est cōueniēs q̄n p̄dicti modi non sufficiūt pp̄ maiorē difficultatē in reductiōe dislocatiōis. vñ dixit. A. q; q̄n sit prauū. i. difficile valde reducere eā: et prolōgat̄ tp̄s. s. in approximatiōe p̄mo; modo;: et nō cōtulerūt vel prolōgatū. s. prolōgatū ē tp̄s. s. q̄ fuit fcā dislocatio: et pp̄ diuturnitatē eis sit difficile: vt dcm̄ ē reducere ipa; supple: aut p alias cās difficultātes reductionē: et maxie pp̄ multā carnē: et piguedinē tūc fortasse dixit ipse idiges eo q; ē forti⁹. s. q̄ eā q̄ dcā sūt in trib⁹ modis p̄dictis: q̄ vtēdū ē p⁹ embrocatiōes: et balneatiōes. s. remollietes duritiē i loco acq̄sitā aut ex lōga mora adiutorii ex locū suū: et lōga fixione ei⁹ i loco nō suo icuneati: p̄dēsati et iduratis. Et dixit. A. fortasse ex q̄dā suo mō loquēdi: et nō vt iuuat dubitationē: q̄m i dcis casibus hoc semp̄ ē neciū et mod⁹ iste ē: q̄m neciū ē istr̄ s; sile manubrio sarculi: et ē vga breuior: c⁹ lōgitudo sit lōgitudo adiutorij: aut pl⁹: aut min⁹: vt dixit Haly. et Alb. d; eē lignū: c⁹ lōgitudo sit duo; brachio; et ei⁹ latitudo q̄titas q̄ttuor digito;: cui sit cap̄ rotūdū vt alleuiet̄ itroit⁹ ei⁹ i p̄fūdū titilli ei deide ligēt̄ sup cap̄ ei⁹ pāni lenes vt nō ledat lignū ifirmū. A. dixit. q; sit spa siue pila sup cap̄ ei⁹: tōbēt q̄ illi pāni reduci i modū pile. deide ponat̄ sub titilico ifirmi: et extēdat̄ manus aut brachiū sup lignū vsq; ad iferiora. et dixit. A. ipleat̄ cū eo spa. i. pila posita subascella: et cū volūtas ē vt fiat reductio: tūc d; vt ānectat̄. s. illi ligno vir fortis. s. vn⁹ aut duo: si nō fuerit p̄us fortj vir: et ipellat siue extēdat ip̄m ad supiora: et d; ista ipulsio ad supiora ita eē violēta dōec resistat restauratori extēdēti manū ei⁹. s. trahēti eā ad iferiora q̄tū pōt: et tūc q̄n reductio fit p ipulsionē ligni a viro forti: et p tractionē man⁹ ad iferiora p medicū restaurātē d; q; teneat vir ali⁹ hūer; ifirmi alte; firmit̄ cōprimēdo ad iferi⁹ vt nō sepet̄ subito. s. eger p̄ dolore: vt si possit fieri ex sepatiōe fortis ipulsio: et cū hac ēt retētiōe humeri et ipulsiōe ad iferiora iuuat̄ vir fortis ad ipellēdū lignū ad supiora: iuuat̄ ēt p h̄ restaurator q trahit manū ad iferiora: q̄m d; trahē eā tā fortit̄ et violēter: ac si de volūtate ei⁹ fit vt separet eā a spatula eradicādo. q. d. d; trahere eā iferi⁹ cū q̄ta violētia pt̄: et ista tractio man⁹ ad iferiora d; parūp d̄cliare ad añteriora: dīus ventrē: sic fuit dcm̄ 2⁹ mō. et h̄ iō q: sit⁹ nāl̄ adiutorij ē parūp declināns pl⁹ ad añteriora q̄ ad posteriora sic. n. faciēdo adiutoriū cadit in iūcturā suā. ¶ Q; si nō h̄eat̄ vir fortis ipellēs tūc fiat: sicut dixit Alb. s. vt fcā extēsiōe brachii sup ligno ligēt̄ lignū sup adiutorio. i. brachio: et extremitate man⁹: et sic in trib⁹ locis: deide pōat̄ brachiū sic ligatū cū ligno sup gradū scale p latitudinē et extēdat̄ man⁹ ad iferiora: dimittat̄ reliq̄ū corp⁹ suspēsu; a p̄te altera p erectionē scale. iūctura. n. tūc igredit̄ stati. Hūc et modū vel sile; reductiōis adiutorij cū scala. tetigit. A. et dixit. cū q̄nq; medicat̄ cum scala ita vt pōat̄ cap̄ adiutorij. s. qd̄ descendit sub titilico sup q̄dū scale postq̄ q̄d⁹ iste lenificat⁹ ē et p̄parat⁹ cū inuolutiōib⁹. s. pānorū vel cooptorio; leuiū vt nō aspet q̄d⁹ ifirmū: et fiat talis p̄paratio q̄d⁹ h; formā cōueniētē: q: sic q; remaneat grad⁹ mere rotūd⁹ et posito capite adiutorij sup gradū scale ī p̄ partē ex vno latē scale suspēdat̄ vir. s. ip̄e eger p erectionē scale ita q; nō attigat adt̄ rā: et ex a⁹ latē trahat̄ man⁹ ad iferiora cū fortitudie: q̄m itrabit adiuto: iū in locū suū: ve; tñ dixit. A. d; q; sit suspēsio et q̄dus scale pp̄e cap̄ adiutorij imo directe sub eo q̄tū pōle fuerit: et h̄ vt p q̄dū hōa fiat ipulsio eius et nō frāgat̄ adiutoriū in suspēsiōe. et tractiōe manus si.

ƀʒ aliā p̄tē eius q̄ꝫ ƀʒ caput fuerit positū sup q̄ dūxet fort isse pp hāc cām Alb. docuit ligare brachiū ad lig^m: vt patuit in p̄cedēti mō. A. āt ad euitādū hoc q̄ nō frāgat̄. dixit fortasse positū ē loco grad⁹ scale i loco vbi oʒ pōi sb capite adiutorij .i. pōi ꝛ ligari res glomerata spica .s. pila fcā de lana pāno vl̄ corio: vt. s̄. dcm̄ ē. q̄ pila sit firmit̄ ligata ꝛ nō moueat̄ de loco suo qd̄ iō pōit̄ vt ea mediāte fiat ipulsio a gradu scale: ꝛ vt nō imediate grad⁹ scale: lʒ p̄par⁹ sit attigat ad cap̄ adiutorij: ꝛ ƀʒ hūc modū fit ꝓhibitio q̄ adiutoriū nō possit frāgi ƀʒ aliq̄ꝫ p̄tē a gradu scale. ℭ Alij vō dicūt. A. inuisse q̄ loc⁹ grad⁹ scale in q̄ oʒ situari titilic⁹ siue cap̄ adiutorij oʒ dimitti p̄par⁹ i me⁹ grad⁹: ꝛ extra illū locū ab ea p̄te oʒ annecti ꝛ alligari res glomerate pēdēs .s. circularit̄ ipi gradui vt p talē rē āb p̄tes grad⁹ sint eleuatiores p̄te ei⁹ i q̄ oʒ situari cap̄ adiutorij: ꝛ oʒ res illa glomerata eē lenis vt nō ledat ifirmū nā p hāc p̄parationē grad⁹ ꝓhibet̄ adiutoriū moueri ad locū suū .s. ipsi⁹ rei glomerate ab eo .s. loco i q̄ erat positū. nā cuʒ sit suspēsio posset facil̄r moueri de loco suo sī si fuerit ꝓhibēs i q̄ remotōe possʒ ꝯtigē adiutorio fractura. Et dixit. A. q̄ ēt curat̄ .i. curari p̄t alijs mōis d̄riuatis ex istis q̄s p te potes ꝯsiderare. ℭ Et dixit. A. q̄ melior modoꝝ dcōꝝ ē mod⁹ ƀm⁹: ꝛ ē rectior ꝛ leuior: rectior ē: q̄ nō p̄t ex eo ꝓuēire ifirmo icōmodū mag^m sic ex alijs modis: ꝛ maxie de fractura adiutorij: ꝛ ē leuior: ꝛ apd̄ medicū ꝛ apd̄ ifirmū: apud medicū q̄ cito ꝛ facil̄r ꝛ siñ mlta exq̄sitōe p̄t ƀʒ modū illū opari: apd̄ ifirmū vō q̄ cū minori labore ꝛ dolore tolerar̄ p̄t: ꝛ maxie q̄ eo iacēte resupio nō sic resoluit̄ nec ꝓsternit̄ vt⁹ ei⁹ sicut in alijs modis. ℭ Dislocatio āt hūeri nō itegra v̄sus ascellā reducit̄ facil̄r ƀm alteꝝ modoꝝ reductiōis facilis. ℭ Que vō dislocatio ē ad latera si ē integra est difficil̄ valde: ꝛ si nō est integra reducit̄ facil̄r: ꝛ mod⁹ reductionis ei⁹. dixit Gal. vt ponit̄ .15. ꝯti. est vt ꝯsideret̄ si declinatio ei⁹ fuerit ad añi⁹ firmet̄ man⁹ sup faciē ei⁹ ꝛ si ad posteri⁹ firmet̄ sup dorsuʒ ipsi⁹ supp le a medico: ꝛ ipellat cū ea adiutoriū ad p̄tē oppositā ei ad quā declinauit: ꝛ extēdat̄ ad iuuamētū: ꝛ hūer⁹ ex vtraq̄ꝫ p̄te diuersa .s. p duos ministros: quoꝝ vnus trahat adiutoriū ꝛ subleuet hūeꝝ ad supi⁹ q̄ʒtū p̄sit dōec eleuet̄ os: deinde intromittat̄ a medico manib⁹ suis equante: ꝛ cōprimēte. dixit. n. Ipo. q̄ si extēdat̄ hūer⁹ ꝛ ad iuuamētū vehemēter redibit os ad ꝓpriū locū suū. ℭ Et Alb. dixit dislocatiōis q̄ fit v̄s⁹ pect⁹ ꝛ mamillā aut ad posteriora reductio fit cū ipulsiōe ꝛ extēsiōe cū māib⁹ dōec redeat. Et dixit Alb. q̄ extremitas hūeri .s. ossis spatule q̄ñ sepat̄ a loco suo reducit̄: tñ cū p̄patiōe q̄ reducit̄ furcula. ℭ Et silr̄ curat̄: ꝛ reducit̄ rostrū corui cū egredit̄ a loco suo de c⁹ reductiōe. dixit. A. nō oʒ vt extēdat̄ tēsiōe forti al's. tēsiōe fracti .i. ea tēsione q̄ extēdit̄ os fractū cū restauratiōe sup. sed valde minori: ꝛ coartet̄ ꝛ ꝯstringat̄ cū digitis: ꝛ inclinet̄ ad locū suū: deide stringat̄ sicut stringit̄ furcula cū puluillis. nā ipsa ligatura ēt q̄ñq̄ꝫ facit ipm redire in locū suū violenter: ꝛ nō curat̄ de illo qd̄ est de vehemētia illi⁹ ligature ꝛ ꝯseruatiōe ei⁹ i cor sicut curat̄ de eo in furcula. q. d. nō est nēcia in hoc ligatura ista stricta: neq̄ꝫ tāto t̄pe seruata sicut in furcula: in q̄ opʒ q̄ fiat strictior ꝛ diu seruet̄. ℭ Et Ga. dixit. ꝛ ponit̄ .15. ꝯti. ligatura ei⁹ oʒ fieri q̄ supponat̄ ei ascella .s. fcā ƀm formā loci: ꝛ ꝯstringat̄ dū adhereat ꝛ nulla cura alia erit vtilis .i. necessaria ei .i. neq̄ꝫ strictura p̄ter istū modū: sʒ ei⁹ ligatura fiat sup os .s. rostri corui occupās sub cubito cū vna ligatōe: ita q̄ mēbrū adherēs sit cū latere: ꝛ si vis circuire potes euʒ ligare vsq̄ꝫ ad inferiorē p̄tē alterius ascelle: ꝛ ligatura fiat firmior: ꝛ quotiēs ligatura hec soluit̄ oʒ chirurgic⁹ supponere manū suā sup caput suū ʒirkā rostri corui in loco in quo ꝯtinuat̄ extremitas ei⁹ cū hūero: q̄m nisi hoc instr̄m fuerit timēdū est ne excidat os: q̄m ex strictura non adherebit adhuc ꝛ eleuari poterit. Et dixit Gal. q̄ hec ꝯditio erit obseruāda in q̄litate ligature. ℭ Dislocatio aūt hūeri q̄ ꝓcedit a cā intrinseca remolliēte ligamēta ei⁹ curat̄ sicut i cura dislocatiōis anche a sñi cā ꝯuenientis dicet̄. ℭ Dixit Alb. cuʒ ꝯplet̄ introit⁹ adiutorij in locū suū ƀʒ quēcūq̄ꝫ modū: tunc oʒ vt ponat̄ sub titilico spera .i. pila eq̄lis q̄ʒtitatis ex lana fcā. ℭ Et. A. dixit. ꝛ ānectat̄ sub titilico annexiōe forti .i. firmiter liget̄ sustētādo caput adiutorij ad supiora: ꝛ hoc iō vt ꝓhibeat ne post reductionē iteꝝ egrediat̄ aditoriū de loco suo: ꝛ disloceī: q̄m vt patuit facilis dislocatiōis ē: ꝛ maxime est hoc nēciū facere in mollitiōe ligamētoꝝ. Deinde dixit Alb. pōe desup emplm̄ p̄paratū ex puluere molēdini olibano: ꝛ albumie oui: vel alio sīli: ꝛ qd̄ teneat sup hūeꝝ totuʒ sicut reuoluit̄ desup: deide strige sub titilico strictura decēti ꝛ reuoluat̄ .s. ligatura sup emplm̄ desup. ℭ Dixit. A. melior ligatura est vt liget̄ pila cū hūero ligatura fcā cū vittis latis ꝓhibētib⁹ sepationē ei⁹ qd̄ rediit .i. adiutorij reducti ꝛ q̄dā dicūt. q̄ ista ligatura oʒ venire ad modū crucis sup hūero: ꝛ sup pila ad hūeꝝ aliū. nā oʒ dixit A. vt penetret vitta sup ipsaʒ .s. humeꝝ: aūt vitta alia: ꝛ desup ƀm moduʒ crucis vsq̄ꝫ ad hūeꝝ aliū: ꝛ q̄ñq̄ꝫ cadit crux sup humeꝝ ifirmū: ꝛ oʒ sit ei ligatura hñs ꝯditiōes q̄ dicent̄ in cap̄ gn̄ali de ligatura. ꝛ cū illis ꝯditiōib⁹ in hoc loco nō oʒ eē ligatura nimis mollis neq̄ꝫ nimis stricta: sʒ mediocris ꝛ ꝯuenientis stature: vt teneat ossa reducta tenaciter firma. dixit. n. Ipo. vt ponit̄ .15. ꝯti. ligatura mollis est vehemēter mala ꝛ nulli⁹ vtilitatis: sʒ si iflāmant̄ p̄tes vltie digitoꝝ modice ꝛ sentit̄ modic⁹ dolor pp ligaturā. nā tūc ligatura erit moderata ꝛ bōa: q̄ nisi inflet̄ vola man⁹ penitus noscas q̄ ligatura ē mollis: ꝛ nō ꝯfert. vñ dissoluat̄ ꝛ stringat̄ pl⁹ modice: tñ tñ q̄ʒtū sufficere debeat ꝛ h⁹ strictura ꝛ firmitudo ligature oʒ fieri i p̄n⁹ tenacior: ꝛ vsq̄ꝫ ad 7^m vel p⁹ paꝝ ex eo q̄ iūctura nouit̄ reducta si nō tenaciter ligaret̄ ꝛ firmaret̄ posset iterato dislocari ꝛ ex eo ēt q̄ in p̄n⁹ iā māe aliq̄ ad locū fluxerūt: ꝛ aliq̄ iteꝝ sūt pate fluere: q̄pp tunc firma ꝛ tenax ligatura est nēcia: vt fluxā repellat māam: ꝛ fluētē ꝛ paratā fluere ꝯpescat. ℭ Fcā itaq̄ꝫ ꝯuenienti ligatura. Dixit. Alb. annectat̄ manus ei⁹ ad collū ipsi⁹. Dixit. A. ligat̄ adiutoriū cū latere .i. iuxta latus: q̄ hic sit⁹ est ei magis nāliꝛ: ꝛ ꝓ tāto min⁹ dolorosus ad inferiora: ꝛ ligat̄ cubit⁹ ꝛ extremitas man⁹ ad supiora: ex p̄te colli .s. cū fascia lata: aut caput purgio ꝯprehēdēte cubituʒ ꝛ totā manū ꝛ cubitus sic ligat̄ vt adiutoriū sustentet̄: ꝛ extremitas man⁹ .s. totū qd̄ ē a cubito vsq̄ꝫ ad digitos: ꝛ sic ligat̄ vt sua grauedine nō descēdat: ꝛ trahat secū adiutorium inferi⁹ ne ex illa tractione iterato disloceī. De ista suspēsione manus ad collū. ℭ Dixit Gal. nō oʒ esse expāsa .s. nimis v̄sus mediū pectoris: neq̄ꝫ infima nimis .s. v̄sus vētrē: ne declinēt ad eā māe: neq̄ꝫ eleuata valde ad thoracē: ne iō doleat sʒ aptet̄ ꝯuenienter vt declinet ad ꝯuenientē locum. ℭ Dixit Alb. fcā ligatura: ꝛ aptatiōe man⁹ ad pect⁹ dimittet̄ sic: nec moueat̄ man⁹ eius nec soluat̄ .vij. dieb⁹ supple: aut parum plus: aut parū min⁹ .s. q̄ nʒ man⁹ moueat̄ neq̄ꝫ ligatura soluat̄: ꝛ rō est: q̄ nō oʒ solui nisi in tāto t̄pe in q̄ʒto aliq̄lis ꝯfirmatio ossis dislocati reducti possit fieri: q̄ q̄ʒuis in diuersis sit diuersū pp diuersitatē dispōnum corpoꝝ: ꝛ dislocatio nū: tñ cōiter extimauerūt auctores in septē dieb⁹ aliq̄lē ꝯfirmationē ossis adiutorij dislocati factā fore: ꝛ iō hic termin⁹ nō ē pūctualis: sʒ variat̄ variatiōib⁹ p̄dictis: ꝛ maxie ƀm q̄ varia ē totalis ꝯfirmatio dislocatiōis isti⁹. De q̄ dixit Gal. vt ponit̄ .15. ꝯti. hūer⁹ refirmat̄ in .7. aut .15. dieb⁹: aut forte refirmabit̄ in .28. dieb⁹. iuxta modū diuersū corpoꝝ. nā quotiēs v̄t⁹ i corpe fuerit fortis: ꝛ sāguis grossus refirmatio ei⁹ erit velocior: ꝛ tard⁹ erit in infantib⁹ ꝛ senescētib⁹. In senescētib⁹ ex paucitate sāguis corpis: ꝛ in ifantib⁹: ꝛ eo q̄ penetrat supabūdāter nutrimētū in augmētū ipsoꝝ. igit̄ in q̄b⁹ refirmatio ossiū est breuis oʒ ligatura dimitti paꝝ min⁹ septem dieb⁹: ꝛ in q̄b⁹ ē mediocris septē dieb⁹. ℭ Dixit Alb. soluta ligatura in dcō t̄pe si nō mollificat̄ ꝛ nō descendit adiutoriū: tūc iam sanat̄: ꝛ post dictū t̄ps ꝯuenit vt paulatim ligature tenacitas minuat̄. ꝛ similiter post tēpus refirmationis

De dislo- [illegible] [illegible]

De dislo- catione ro- stri corui.

De regi- mine post reductio- nē adiuto- rij in locū suum.

eius assuescat iunctura hec potui paulatim paulatim. ¶ Dixit Aaron. vidi puellā in qua remāsit chorda eius extensa post fracturā ⁊ nō reflectebatur cubitꝰ eiꝰ cui precepi vt suspenderet manū eius in collo alicuiꝰ restringēdo suspēsionē paulatim paulatim donec restringatur brachium: qm̄ si restringeretur in primis ⁊ subito suspenso efficeretur exinde dolor vehementior.

¶ De dislocatione cubiti. Cap. xj.

Rasis dixit. 15. cōti. auctē Gal. q articulꝰ cubiti difficilis dislocationis ⁊ difficilis restōnis est ex violēta strictura ligamentoꝝ: ⁊ breuitate ipsoꝝ ⁊ pixidis pfunditate. ⁊ Hal. dixit hꝰ exitꝰ tardꝰ ē ⁊ restauratio difficilis pp cōpositoꝝ spissitudinē. Et dixit Gal. iā dislocatur modꝰ. i. si integre ⁊ dislocatur pfecte: ⁊ h ad oēs ptes. Et Albu. dixit pcipue ad anteriorē ⁊ posteriorē. ¶ Et Haly. dixit. in hoc nō vnq̄ totꝰ egreditur: ⁊ accidit q̄ illi sub pluribꝰ figuris marie q̄ ad anteriora ē ⁊ posteriora. ¶ Dixit. A. plurima dislocatio cubiti nō accidit nisi in focili inferiori: ⁊ ē turpior ⁊ fedior pp illud qđ accidit de declinatiōe. ⁊ fa de reditiōe. focili āt supiori paruz accidit: ⁊ nō est cū feditate dislocatiōis focilis iferioris: qm̄ ipm ē vehemētioris cōtinuitatis cū vola. s. manꝰ: ⁊ est lōginquus ad hoc vt moueatur. ⁊ dixit nō est possibile vt dislocetur vnū duorum focilū nisi elongetur a secundo elōgatione aliqua.

De signis dixit Gal. noticie dislocatiōis eiꝰ leuis erit eo q attrahitur vna ptiū: ⁊ cōcaua pe residue māifeste erit valde. Et Alb. dixit. q eiꝰ dislocatio nō occultatur: qm̄ ē cadēs sub visu ⁊ sub tactu sz quācūq̄ figurā dislocetur: ⁊ qn̄ cōiūgis cubitū dislocatū cū sano declaratur tibi illud manifeste. cōcauatur enim iuncturare ⁊ nō pt duplicare brachium neq̄ tangere cum eo humerum suum. ¶ Dixit Gal. cognoscitur per tactum ⁊ per eminentiam vbi esse non cōsueuit: ⁊ per prohibitionem motus illi iuncture cōsueti.

De cura dixit Gale. q oz curari statim anteq̄ accidat ei apa calida: qm̄ tūc si extenderetur inde accideret vitiū piculosū ⁊ carebit sanatiōe. ⁊ Alb. dixit oz vt operes ⁊ reducas dislocationē statim anteq̄ accidat ei apa calidū. nā si accidat ei difficilis fit eiꝰ reditio: ⁊ fortasse nō sanatur oīno. pcipue qn̄ est ad posteriora. ipa. n. deterior ē oibꝰ spēbꝰ dislocatiōis eiꝰ ⁊ vehemētioris doloris: ⁊ multotiēs descēdit cū ea mors: ⁊ est hoc veꝝ siue dislocatio ad posteriora fit integra siue nō integra ceteris pibꝰ. Et dixit iteꝝ Alb. dislocatiōis cubiti ad posteriora curatio erit laboriosa: ⁊ i minori pte fiet cū ibi sint neruis: ⁊ vene ⁊ cartilagies: tūc accidūt ex declinatiōe ossis i clauicula mīra. ¶ Dixit. A. si eiꝰ dislocatio ē ad anteriora ē ei regimē vnū: ⁊ si ē ad posteriora ē ei regimē aliud. ¶ De regimie ad anteriora. dixerūt Haly. ⁊ Alb. q si sepatio cubiti fuerit modica extēdi oz brachiū modice: qm̄ puꝰ recessꝰ pua curatur extēsiōe. si vō integra sepatio ad anteriora: tūc dixit Alb. extēdatur manꝰ. i. brachiū totū duabꝰ māibꝰ. s. manu mistri trahētis adiutoriū ad supiꝰ ⁊ māu trahētis brachiū ad iferiꝰ: ⁊ brachiū sit expāsum: ⁊ manꝰ medici sint vna sup cubitū: ⁊ altera sub eo: ⁊ ipellat iuncturā ad locū suū cuz pollicibꝰ māuū suaꝝ similiter cū radice palme sue dōec redeat ad locū suū. nā si dislocatio ē ad anteriora: tūc redit ita vt duplicet manū eiꝰ. s. egrā cū māu sua. s. sana dōec pcutiat cū radice palme sue hūeꝝ q̄ ē i latere suo opposito. Et. A. dixit. illa q̄ ē ad anteriora redit ad locū suū cū pcutiat vola suū hūeꝝ q oppōitur ei pcussionibꝰ aliqbꝰ māu iā ppata. ⁊ adiuuatur manu altera ⁊ igre. tūc. ¶ Dixerūt Brunꝰ ⁊ epūs cremensis. oz vt brachiū a duobꝰ mistris extēdatur: deide duplicetur manꝰ cuz māu dōec hūerꝰ pcutiatur cū palma. sic. n. eq̄bitur statim. Idē et epūs ⁊ Rolādꝰ posuerūt aliū modū: ⁊ ē q medicꝰ sup plicaturā brachii fasciā vel vittā iponat: ⁊ ex ea tāq̄ stafā pēdētē faciat i quā pedē mittat: ⁊ ad iferiora trahat cū pede duobus mistris brachiū extēdētibꝰ ⁊ medicꝰ cū palma restauret: ⁊ manū ⁊ brachiū ad hūeꝝ eleuet: ⁊ sic os ad propriuz locū reducat. Guil. q̄z posuit aliū modū vtilē: ⁊ ē vt accipiat restaurator brachiū egri circa rascetā cū māu dextra: ⁊ cū sinistra regat: ⁊ cōphēdat acuitatē cubiti h scō moueat brachiuz qđ tz cū manu dextra an̄ ⁊ retro extēdēdo ipm ⁊ plicādo suauiter: ⁊ hoc tādiu q locatio eiꝰ fiat cōpleta. ¶ De regimie vō dislocatiōis cubiti ad posteriora. dixit A. oz vt extēdatur brachiū extēsiōe vehemēti: deide pcutiat eā. i. cōpmat eū a posteriori ad anteriꝰ: ⁊ si nō obedit illō teneāt adiutoriū ⁊ brachiū duo fortes viri: ⁊ liniat restaurator manū suā cū oleo: ⁊ incipiat abstergēdo inūgē cubitū cū vehemētia dōec igrediatur. ¶ Et Hal. retulit qđ Ipo. dixit. q q̄ ē ad posteriora cōuulsio cū forti extēsiōe reducitur: ⁊ graui qlr in fracto imperat Ipo. mēbro. Alb. vō vr̄ inuere q q̄ritur eiꝰ reductio sicut fit in dislocatōe adiutorij ad anteriora: ⁊ q si nō obedit ista aut illa dislocatio p illū modū ad reductionē: tūc dixit ipe admistra extēsionē vehemētē fortē valde: ita vt extēdāt duo mistri brachiū ⁊ teneāt ipm. s. egrū duo mistri ēt vt nō remoueatur a loco suo apō extēsionē: deinde reuoluatur brachiū ad oēm ptez postq̄ inuoluitur sup manꝰ eiꝰ pānꝰ duplicatꝰ lōgꝰ aut ligamē latū ⁊ qn̄ tāgit medicꝰ manu sua iuncturā ipaz cū aliq oleo vt sit illud ex eis q̄ adiuuāt in lubricitate iuncture cū facilitate: deinde ipellat iuncturā ipulsiōe vehemēti donec redeat. ¶ Et Rolādꝰ i dislocatōe difficili posuit aliū modū: ⁊ dix. extēdatur brachiū sup planā terrā: ⁊ cū calcaneo iux lesionē posito pmo apphensa a medico manu reducatur iunctura ad locum. ¶ Post reductionē eiꝰ. dixit Alb. oz pōatur sup ipm emplin inq̄ sit stipticitas ⁊ exiccatio. ⁊ Gui. docuit ponē sb emplo cōstrictiuis petiā ifusā in oleo ros. tepido: ⁊ sup emplm faldellas de stuppis plicas: vt bn̄ cōphēdāt locū: deinde ligetur ⁊ stringatur strictura decēti ⁊ suspēdatur brachiū collo ifirmi de hac suspēsiōe dixit Aui. pōatur brachio suspēsoriū dimittens cubitū angulatū sm q̄titatē quā tolerabit in pria hora: deinde nō cesset cōstrīgere suspēsoriū paulatim dōec cōstringatur angulꝰ. His cōpletis dimittatur p dies aliquos. s. quattuor aut qnq̄: deinde soluatur. Si g̃ firmatur. i. firmata ē iunctura in loco suo solue ligaturā ab ea: ⁊ dimitte ipam: ⁊ si vides iuncturā nō bn̄ strigi: tūc itera ēplz ⁊ ligaturā: ⁊ dimitte dōec strigatur: ⁊ deide solue ipsaz. ¶ Dixit Alb. si accidat ei grauitas pꝰ reductionē iuncture ⁊ dispō grauitatis eiꝰ fit i motu: tūc administra hūectationē in balneo. s. i stuffa ⁊ fricationē subtilē: ⁊ cōpssionē dōec leniatur: aut pōe sup iuncturā pinguedinē illorā arietis: ⁊ liga: ⁊ dimitte eā die ac nocte: deide aufer eā: ⁊ intromitte eū in balneo. Cū g̃ sudat tūc frica iuncturā fricatiōe tpata: deide itera appōnē pinguedis vice alia vna ⁊ 2ª ⁊ 3ª cū itroitu balnei ⁊ sit illud vaccinū hūidū. i. recēs calefactū cū butyro: ⁊ strige sup ipz: ⁊ fac illud aliquotiēs. iunctura nā q̄ linitur ⁊ redit ad dispōnē suā nālē. ¶ Gui. docuit iūgē eaz cū vngꝰ ō bdellio: ⁊ ē bonū valō si affuerit ibi signa frnitatis.

¶ De dislocatione rascete manus. Cap. xiij.

Dislocatio rascete qn̄q̄ accidit i ossibꝰ q̄ cōiūgūtur ex brachio ad duo ossa de ossibꝰ rascete: ⁊ qn̄q̄ accidit in ossibꝰ q̄ cōiūgunt ad q̄ttuor ossa pectinis manꝰ: ⁊ hāc iuncturā vocat Alb. mahasā. i. almahesen. ⁊ dixit mahesen manꝰ multotiēs dislocatur: ⁊ reductio dislocatiōis eiꝰ ē facilis. Et Brunꝰ silr dixit: iuncture manꝰ dislocatio: ⁊ eiꝰ reductio facilis ē. ⁊ dixit Hal. q cōuulsiōis hoꝝ modoꝝ reductio q ē facilis. A. āt dixit. q iunctura rascete ē facilis dislocatiōis: sz ē difficilis curationis. Et silr Guil. dixit. dislocatio rascete fit faciliter a q̄libet leui cā: sed cū difficultate restauratur: ⁊ hoc est ppter ossa minuta rascete q̄ a medico tractari nō pūt: ⁊ ēt q capita focilū multum subtiliter cōiguantur cuz ossibus rascete: ⁊ cū ossibus pectinis manus ego aūt puto q dislocatio focilium ab ossibus rascete sit facilis ⁊ reductio difficilis. ¶ Et vt videatur quō intellexerunt auctores. cum dixerunt. q iunctura rascete facilꝰ dislocatur. nota q dixit Gal cōparās inter hāc iuncturā: ⁊ iuncturā cubiti in facilitate dislocatiōis Dixit. n. 2º de vtilitate pticulaꝝ. vt pōitur. 15. cōti. arti/

Cura dislocationis ad anteriora.

Cura dislocationis ad posteriora.

Regimē post reductionem.

culꝰ rascete est fortiũ ligamẽtoꝝ: ⁊ forti locatiõis. Et tñ his duobꝰ fit violẽta dñatio cuiuslibet articuli: ⁊ iõ accidit dislocatio in articulo cubiti magis. qm̃ articulus cubiti caret his duabꝰ ꝯditiõibꝰ. s. firma locatiõe: ⁊ soliditate fortiũ ligamẽtoꝝ: ⁊ in rasceta minꝰ accidit: ⁊ eo ꝙ sit firmioris creatiõis: ⁊ iõ nõ dislocat̃ in maiori parte. i. nõ dislocat̃ sepe ⁊c. ❡ Dixit Albu. oꝫ vt velocitas sit in reductiõe eius in hora in q̃ dislocat̃ añq̃ apert̃ locꝰ aut accidat in eo apa calim. Et A. dixit. eiꝰ buccellatio est prauaꝫ: qm̃ qd̃ ꝯtinet ipaꝫ de apati bus corpibꝰ apat̃ ⁊ q̃re ꝓhibet bonitatem vnitionis eius.

De mõ reductiõis focilis dislocati.

❡ De reductiõe focilis dislocati. dixit Gal. vt põit̃ ibi sup. eleuet̃ brachiũ ꝑ viꝝ robustũ ad attrahẽdũ ip̃m ad supiora: ⁊ attrahat cyrurgicꝰ manũ ſm rectitudinẽ: deinde eleuet focile donec rectificet̃: deinde supponantur ei astelle: ⁊ empl'a ꝯstrictiua: deinde extẽdat digitos ipsiꝰ manꝰ vnũ pꝰ aliũ incipiẽdo a pollice. Dixit tñ Galy. ꝙ oꝫ illa mẽbra sine molestia extẽdi ⁊ in sua reduci loca. dõec ipoꝝ reformetur figura. ❡ Et Aui. dixit. ꝙ modus curationis eius est vt extẽdat vir fortis focile ad posteriora: ⁊ extendat restaurator volã manus ad ꝯ̃riũ illius ꝑtis: imo ad interiora: ⁊ extẽdat vnũquẽq; digitũ: ⁊ incipiat a pollice: ⁊ ꝑueniat ad minimũ nã eq̃tur ꝑ illud ꝯplete. ❡ Dixit Guil. hẽat medicus ministrũ q teneat manũ infirmi firmã ꝯprehẽdẽdo pectinẽ manus: ⁊ digitos firmiter: ⁊ aliũ ministrũ hẽat: q teneat brachiũ: ⁊ postea medicꝰ equet totũ ꝯprimẽdo ꝑtes eminẽtes: ⁊ hoc sine dolore. ❡ Et Rolãdꝰ dixit. si iũctura manus exierit a ꝓprio loco brachiũ cũ vna manu: ⁊ cũ alia medicꝰ manũ infirmi accipiat: ⁊ leuiter ac suauiter ad ꝓpriũ locuꝫ os tanq̃ a ꝓ̃prio loco reducat. hoc tñ facere esset difficile sine adiutorio ministri vniꝰ: vt dixerũt Gal. ⁊ Auicẽ. vel duoꝝ: vt dixit Guil. nisi in torsione seu in dislocatione non integra.

De mõ reductionis ossium pectinis manꝰ

❡ De reductiõe aũt ossiũ pectinis manꝰ. dixit Alb. ponat̃ mahasen manꝰ infirme sup tabulã. s. planã ⁊ politã: ⁊ extẽdat medicus manũ eius ⁊ ponat palmã suã. s. radicẽ palme sue sup eminẽtiã iũcture: ⁊ impellat eã donec redeat: ꝯsideret̃ ergo ⁊ si recessit iũctura ad vẽtrẽ manus. s. v̾sus palmã tũc ponat dorsuꝫ manus sup tabulã: ⁊ si dislocatio est ꝓcedẽs ad dorsum manus: tũc sit positio ꝑtis manꝰ intrinsece. s. vole sup tabulã vt cadat manꝰ apud reductionẽ sup eminentiã iũcture. Cũ ergo iã redit. dixit Albu. tũc pone super ipsaꝫ empl'ꝫ ꝯstrictiuũ dictũ: ⁊ ꝯstringat̃: ⁊ dimittat̃ ⁊ exercitet̃ manus: puto tñ ꝙ meliꝰ sit iterare empl'm ⁊ ligaturã. ❡ Gui. dixit. sub empl'o põatur petia infusa in oleo rob. ⁊ post empl'm faldelle in aq̃ infuse ⁊ exp̃sse ⁊ liget̃ cũ ligatura: cuiꝰ lõgitudo sit triũ digitoꝝ: ⁊ firmet̃ bñ cũ acu: ⁊ filo. ❡ De hac aũt dislocatione. dixit. Aui. opꝫ vt in ea fiat qd̃ possibile est de eq̃tione ⁊ impulsione oĩs declinatiõis: ⁊ eminẽtie ad ꝯ̃riũ ꝑtiũ illius ⁊ positione astellaꝝ ⁊ strictura eaꝝ desup: ⁊ vt dimittat loco astellaꝝ. s. qñ remoueret̃ plũbum sup eã eq̃tũ sicut loco ꝯuenit ⁊ ꝯseruet locũ cũ grauitate sua veꝝ oꝫ vt añq̃ ponat̃ desup astella vel plũbũ empl'et locuꝫ cũ empl'o ꝯfortatiuo ⁊ nõ moueat̃.

Correctio accidẽtis post reductionem.

❡ Dixit Albu. si ꝑ modũ dictũ nõ redit ⁊ superuenit ei apa: tũc ipsam cuꝫ empl'o sedãte apa empl'ã ⁊ nõ reiteres reductionem si nõ tolerat nisi postq̃ ꝓ̃terierint ei dies. ❡ Et dixit. si facta reductiõe ꝓuat̃ aut debilitat̃ motꝰ eiꝰ: ⁊ accidit in ea aliqd grauitatis: tunc leni eã cũ aq̃ calefcã: ⁊ cũ fricatiõe aliquotiẽs donec sanet̃. Et dixit cũ iũctura remouet. s. tortuositatẽ suã: ⁊ non nocet infirmo aliqd: q̃a. s. nõ infert ei dolorẽ: sꝫ mollificatur manꝰ ⁊ nõ pñt stringere aliqd: tunc scias ꝙ nerui sunt abscisi aut attriti: ⁊ nõ est ingeniũ in eas nisi vt succurrat̃ cũ cauterio ꝓpe casuꝫ eiꝰ fortasse nõ ꝯfert illud aliqd. s. qñ nerui sunt abscisi. ❡ Dixit Ga. vt põit̃ vbi supra. qdã restaurator habuit dislocationẽ rascete: ⁊ ifra. 15. dies apparuit tortuosa: vnde Ga. dixit. chirurgico qd̃ leniret eaꝫ ꝑ dies: ⁊ lenitio fiebat ꝑ dactilũ: ⁊ oleũ sisaminũ: ⁊ lenitiõe facta in ꝑte declinationis eius postea facta fuit strictura cũ astellis sup eã cũ ꝯdominabili ligatura: ⁊ sũ declinatio facta fuit ad aliã partẽ. ⁊ restituta fuit forma eius ad venustatẽ remota turpitudĩe ipsius.

❡ De dislocatione digitorum manus. Ca. xiij.



Igitur manus dixit Ga. ⁊ ponit̃. 15. ꝯmẽ. quotiẽs dislocãt̃ in iteriorẽ ꝑtẽ manus ingrediunt̃: qm̃ nõ dislocant̃ ad supficieꝫ manus: sꝫ videbit capita ipsoꝝ i iteriori ꝑte manus ⁊ ꝯcauitas erit i supficie ipsiꝰ: ⁊ silr̃ dixit. A. ꝙ qñ dislocant̃ digiti ad añriora appet eminẽtia in iterioribus manus: ⁊ ꝯcauitas in dorso eius Albu. v̾o dixit. ꝙ qñq; dislocant̃ ad oẽm ꝑtẽ. s. intrinsecã: ⁊ extrisecã: ⁊ ad latera. Et dixit Gal. digiti parui quotiens ad partem interiorem vole manus declinabunt breuiores fient. ❡ De reductiõe ãt dixit Gal. restõ eaꝝ erit difficilis: ⁊ optia erit i eis violẽtia. ⁊. A dixit. ꝙ i reductiõe eoꝝ est difficultas q̃dam. ❡ Dixit Gal. i reductiõe nõ oꝫ fieri extẽsio ꝑ rectitudinẽ: sꝫ capiat̃ ⁊ eleuet̃ cũ digito. 2° polici. s. cũ modico q̃ erit sub eo qñ capit̃ quã si eleuent̃ de loco suo ad supiꝰ: qm̃ igredient̃ i locũ ipsoꝝ cũ voce ifirma ⁊ sonitu ꝑuo. ⁊ Aui. silr̃ dixit. nõ oꝫ vt extẽdant̃ digiti extẽsiõe eq̃lissimo opꝫ vt expectes sup os: ⁊ eleues idicẽ in manu tua sub q̃ cadit radix eiꝰ. s. eminẽtia dislocatiõis qñ strigis sup eã ad supiora. ac si tu eradices ipaꝫ ex loco suo. q. d. cũ fortitudĩe eleua ip̃am vt reducat̃: ⁊ tũc videbitis dislocationẽ. i. os dislocatũ iã itrasse i locũ suũ ⁊ clamasse. i. sonũ fecisse i igressiõe eiꝰ. ❡ Albu. ãt dixit. qñ dislocat̃ digitꝰ ad dorsũ palme ad vẽtrẽ eiꝰ: alia l'ra hꝫ a dorso palme ad vẽtrẽ eiꝰ: q̃ q̃uis sit bõa nõ tñ implet itẽtioneꝫ eiꝰ: qm̃ vt patuit dixit. digitos posse dislocari ad dorsum. ⁊ ad vẽtrẽ tũc dixit ipse extẽde digitũ: ⁊ ipelle dislocationem digitis tuis dõec redeat. ⁊ silr̃ fac qñ dislocat̃ ad alias ꝑtes. Deide dixit Albu. sustẽta caput digiti. ⁊ suspẽde ip̃m v̾sus ꝑtẽ ad quã dislocat̃. ⁊ dimitte ipꝫ duobꝰ diebꝰ. deide solue ipꝫ ⁊ extẽde eũ dõec eq̃tur rectꝰ i ista die. cũ ḡ fuerit vox liga ip̃m ſm narrationẽ dictã nõ cesses ipꝫ soluere die. ⁊ nõ exercere cũ motu. ⁊ iteꝝ ligare ipꝫ i nocte: ⁊ sic fac diebꝰ aliquot donec strigat̃. ❡ Dixit Ga. vt põit̃. 15. ꝯtiñ. ꝙ ipe ꝓ̃cepit ꝙ nulla fiat extẽsio i manibꝰ ⁊ pedibꝰ: neq; restituat̃ articulꝰ dislocatiõis ad locũ eiꝰ vt ad 3m ⁊ 4m diẽ: ⁊ nõ assignauit al'r rõnẽ: neq; ego scio eã. ait Ras. 15. ꝯti. dico erat i digito cuiusdã amici mei i vltia ꝑte articl'i eiꝰ: ita ꝙ qñ volebat eũ reflectere difficile erat sup eũ postea ipsiꝰ extẽsiõi: sꝫ opus erat ei ꝙ ꝑ aliã manũ eũ extẽderet cũ sonitu ⁊ stridore in oĩbus articulis oĩumq; digitoꝝ: sꝫ ipe erat ꝯplõnis hũide ⁊ frige. tñ i articulis nulla grossitudo erat penitꝰ apparẽs. vñ extimaui ꝙ empl'm sinapis oꝫ ꝯferre huic vitio final'r. sed oꝫ fieri lenitio loci añ illõ cũ empl'õ violẽte lenitiõis ad modũ armoniaci bdellij sigie olei lilij piguedis tauri ⁊ leonis ꝙ nisi ꝯtulerit vtẽdũ est sinapi: ⁊ stercore colũbino. qm̃ ista pñt trahere illã humiditatẽ de profundo articuli.

❡ De dislocatione spondilium. Cap. xiiij.



Spõdilibus accidit dislocatio qñq; vni qñq; pl'ibꝰ ⁊ qñq; supioribꝰ sicut colli vel dorsi. ⁊ qñq; iferioribꝰ sicut renũ ⁊ alhosos. ⁊ siue supioribꝰ siue iferioribꝰ accidat: siue vni siue pl'ibꝰ: qñq; dislocatio ẽ cõpleta. ⁊ qñq; nõ ⁊ q̃ ẽ ꝯpleta. q̃dã ẽ ꝑua: ⁊ q̃dã est multa.

Et q̃cũq; eaꝝ sit aut hꝫ cãm itrinsecã: aut extrisecaꝫ. ⁊ itrinseca qdẽ ẽ oĩs cã dicta ifra in caplo gibbositatis. ⁊ cã extriseca est ꝑcussio casus siue obuiatio. ⁊ ꝓ̃t fieri dislocatio spõdiliũ ad q̃tuor ꝑtes scꝫ ad dextrã vl' sinistrã: ⁊ antrorsuꝫ siue ab anteriꝰ ⁊ extrorsũ siue ad posteriꝰ. De casu

De signis dixit Gal. si dislocant̃ spõdiles ad anteriꝰ supple siue ad itrorsuꝫ infimꝰ fiet ipse locꝰ ad modũ illiꝰ i quo cathene. i. simenia frãgunt̃. ❡ Et Aui. dixit. signũ dislocatiõis spõdilium est ꝙ vides illic aut eminẽtiã aut arcuationẽ: ac si fractũ sit simenlũ siue dislocatio ẽ ad exteriora siue ad posteriora: ⁊ vides arcuationẽ si dislo-

catio fuerit ad lat⁹ dextrũ vel sinistrũ. ℭ Dixit Ga. ꝛ ponit
Prono/stica. vbi supra. quotiẽs accidit de pria spõdili colli dislocatio ali
q̃ mors sequit statiz ex puatiõe anhelit⁹. ℭ Dixit Hal. spõ/
dilib⁹ si grauis acciderit euulsio mors subsequit velox pp
eã q̃ hac i habitudie nuce accidit cõpssionẽ ꝛ ex nuce cõps/
siõe bois fit velox iterit⁹ i tm̃ vt si ẽt q ex nuca oriũt neruis
cõpmi acciderit mors acceleret. ℭ Dixit Alb. qñ accidit ali
cui spõdiliũ colli aut dorsi dislocatio ꝯpleta aut remouent
spõdiles multe a locis suis: tũc nõ ẽ i ea curatio. qm̃ mors
ꝓpat isirmo ꝛ signũ illi⁹ ẽ ꝙ egestio ifirmi egredit absq; vo
lũtate. ꝛ nõ pt tenere eã: ꝛ mollificant q̃dã mẽbra ei⁹ multo
tiẽs: aut duo crura. s. qñ dislocatio accidit spõdilib⁹ iferiori
bus ifra spondiles dorsi aut adiutoria. s. qñ dislocatio est in
spõdilib⁹ colli: aut dorsi supiorib⁹ aut vnũ ipsoꝝ. s. crurium
vel adiutorioꝝ. ꝛ hoc erit ƀm ptẽ ad quã dislocatio pl⁹ ĩcli
nat sup. ꝛ qñq; duo crura: ꝛ duo adiutoria vel vnũ crus ꝛ
vnũ adiutoriũ qñ dislocatio eẽt i spõdilib⁹ colli. ℭ Auic. ãt
dixit. ꝙ qñ dislocat spõdilis dislocatiõe ꝯpleta iterficit pro
culdubio. Et nõ ꝯpleta iteꝝ qñ remouet remotõe plima: q̃
uis sit min⁹ q̃z ꝯpleta: ẽ mortale: qm̃ ꝓculdubio coartat nu
cã coartatiõe forti si resistit ꝛ nõ obedit. Et si ẽ spõdilis pria
colli ꝛ q̃ sequit eã puat aial anhelitu ꝛ morit statiz: qm̃ ner
ui anhelit⁹ coartant: q̃re nõ faciũt opõnẽ suã. Et si ẽ de spõ
dilib⁹ dorsi. ꝛ dislocat ad ptẽ iteriorẽ nõ ẽ poẽ vt curet ꝛ ẽ
de illis q̃ iterficiũt velocit. Dixit. n. G. ꝛ põit. 15. ꝯti. sup 3°
epidimiaꝝ. ꝙ q̃tiẽs dislocant spõdiles spinalis ad iferi⁹ in
festabũt vesicã ꝛ iferẽt apã i eã: ꝛ retẽtionẽ vrine. ꝛ apã i ite
stino recto: ꝛ retẽtionẽ stercoris. Et subdit Aui. si morat ꝛ
nõ coartat nucã coartatõe vehemẽti. aut coartat: s; nõ apat
aut sedat: qd̃ ẽ cũ ea de apate nõ ẽ excusatio qn nocumẽtuz
igrediat nucã: ꝛ neruos q sũt sub illo loco. ꝛ facit supfluita
tes egredi iuolũtarie. oĩs. n. dislocatio q̃ accidit spõdili aut
ledit nucã: aut ipaz ifestat. vt ait Ga. ꝛ dixit. si sepat spõdil
ad vẽtrẽ. i. ad iteri⁹ nõ spat cura penit⁹. dixit. A. si disloca/
tio ẽ ad ptẽ posteriorẽ. i. exteriorẽ tũc nocumẽtũ qd̃ facit nu
ce ẽ min⁹. veꝝ nẽcũ ẽ nocumẽtũ iteꝝ. s. seq: q̃uis sit min⁹.
q̃re debilitat pedes: ꝛ ĩbilitat ẽt lacertos vesice ꝛ ani. ℭ Di
xit Aui. dislocationẽ spõdiliũ colli sequit amissio vocis. ꝛ
anhelit⁹ ꝛ collũ iclinat ad dextrã vel sinistrã aut cadit añri⁹
vel posteri⁹: q: ƀz ptẽ illã ad quã fcã ẽ dislocatio. Et dixit.
dislocationẽ spõdiliũ dorsi sequit anhelit⁹ pu⁹ ꝛ frequẽs: q:
lesio neruis ãhelit⁹ ipedit pulmo i motu suo: ꝛ finalr mors
seqt. Et dixit. dislocationẽ qñq; spõdiliũ renũ seqt nocumẽ
tũ in renib⁹ ꝛ vesica ꝛ dolor i illis mẽbris: ꝛ difficultas mi/
gẽdi seu ipedimẽtũ i vijs vrinalib⁹ ꝛ apã in locis illis: ꝛ fe/
bris ꝛ mors. ℭ Notãt ꝙ q̃to dislocatio ẽ i magis supiori
spõdili tãto nocumẽtũ ẽ piculosi⁹ ꝛ vicini⁹. ℭ Et notãt ꝙ
cõpleta dislocatio penit⁹ ẽ mortalis: ꝛ icõpleta ẽt si ẽ multa
si medic⁹ nõ fuerit pñs aut nisi cito succurrat ꝛ reducat. silr
ẽ mortalis q̃q; nõ sic cito. si aũt pñs fuerit ꝛ cito succurrat
fortasse ꝯtiget euasio. ℭ Dixit Gal. vt. 15. ꝯtiñ. ponit. forte
frãgunt cathene dorsi. ꝛ ꝯcauũ fiet spiale: ꝛ aliq extimãt ꝙ
sit dislocatio spinalis ad iteri⁹. ꝛ nõ sic erit. mõ g̃ ꝛ maxime
pp ꝓnosticationẽ. nã dixit Gal. disloca° spõdiliũ ad iteri⁹ pi
closa ẽ: vt. 8. ꝯcm̃ ẽ: s; i fractura cathẽaꝝ spõdiliũ ñ ẽ timor.

De cura

dixit Alb. i ea q̃ accidit ad añriora i pectore.
i. vsus pect⁹ nõ ẽ igeniũ: nz sanatio. ꝛ silr i ista
q̃ ẽ ad duo latera: ꝛ i dislocatiõe q̃ accidit a pueritia nõ ẽ cu
ratio nz ẽ sanatio o.o. ℭ Restat g̃ vt cura q̃ põit dislocatio
nis spõdiliũ sit ei⁹ q̃ ad posteriora siue exteriora. si sit ꝓuẽt⁹
ei⁹ a cã extriseca casu ꝛ pcussiõe: vt dixit Hal. Incipiẽdo g̃ a
cura dislocatiõis spõdiliũ supioꝝ. ꝛ ꝓ colli dixit Ga. vt põit
15. ꝯti. iaceat patiẽs sup dorsũ: deiñ extẽdat caput ei⁹ ad su
pi⁹ moderate dõec rectificet spõdilis p absterfionẽ: ꝛ frica/
tionẽ: ꝛ oppressionẽ. deide suppõe ei empl̃r. s. ꝯfortatiuũ
supi⁹ dcm̃: ꝛ ipleat cũ pãnis. s. i circuitu: ꝛ supponat ei stri/
ctura lõga de vltia pte occipitij vsq; ad vltias spõdiles col/
li: ꝛ fiat ligatura sup caput: ne cadat ligatura sup epiglotũ:
ꝛ dissoluat i q̃lib; triduo. ℭ Et. A. dixit oz vt resupiet isir
mus ꝛ extẽdat cap ei⁹ ad supiora cũ facilitate: ꝛ eqtur spõ
dilis ei⁹ cũ ꝯpssiõe ꝛ absterhõe: ꝛ qñ eqt põat sup locũ em/
plm ꝯfortatiuũ. ꝛ vela sup ipm cũ pãnis ꝛ strige dsup astel
lã cũ mẽsura colli ꝛ lõgitudie ei⁹ ꝛ liga eã ad cap ꝛ adiuto/
riũ ne cadat ligamẽtũ ad guttur. ꝛ dissoluat i nũero dieꝝ. i.
añ nũeꝝ dieꝝ q̃ oz tenere ligatura. ꝛ ponant fila cuz q̃bus
stringit nõ rotũda: s; ƀm formã dictaꝝ ex marginib⁹ pãno
rum. ꝛ hec vt sint lata ꝛ fortia: qm̃ illa q̃ rotundant ledũt.

De curatiõe

ãt spõdiliũ dorsi ꝛ alioꝝ iferioꝝ dislo
catoꝝ i gñali. dixit Gal. ꝙ ifestent ad
modũ ifestatiõis balneatoꝝ: ita ꝙ suppõat medic⁹ gẽu i dor
so patiẽtis ad ipellẽdũ eminẽtiã ad iteriora cũ vehemẽtia:
ꝛ fortitudine: deide iaceat iteꝝ medic⁹ supra ipm palpando
ꝛ ꝯmouẽdo cũ mãu dõec reformet. ℭ Dixit Aui. ꝙ idiget
ꝯpressiõe cũ genib⁹ cũ fortitudie sicut ẽ opatio balneatoꝝ:
ꝛ pmat sup eã cũ fortitudine aut faciat ipm iacere sup ven/
trẽ suũ: ꝛ stet sup eũ cuz calcaneis suis. ℭ Qz si sepant ad
aliquã ptẽ in pulsiõe eoꝝ ad inferiora. dixit Ga. suppõe stri
cturã in ipsa pte vt nõ ipellat ad ipaz ptẽ: ꝛ meli⁹ ꝙ suppo
nant ei due stricture in vtraq; pte spõdiliũ. ℭ Albu. tñ po/
suit modos in reductiõe hoꝝ spõdiliũ. ꝛ pm⁹ est vt extẽdat Modus albucasis.
ifirm⁹ sup faciẽ suã sup podiũ eq̃le. i. sup disco eq̃li. ꝛ ƀ sit ꝓ
pe parietẽ aliquẽ vt extẽdat sup podio vel disco stramentũ
humidũ. i. leue vt nõ ledat pect⁹ ei⁹ donec põat lignũ vnuz
rectũ fixũ in fouea fcã in terra in extremitate podij siue di/
sci ꝓpe caput ifirmi: ꝛ lignũ aliud silr fixũ in fouea iuxta ex
tremitatẽ aliã penes pedes infirmi: ꝛ sint ministri duo: quo
rũ vnus teneat lignũ vnũ: ꝛ alter alteꝝ: deinde inuolue sup
caput ifirmi: ꝛ sup tibias ei⁹ ligamẽtũ leue ꝛ firmũ ꝛ extẽde
extremitatẽ ligamẽti ad lignũ qd̃ ẽ ad ei⁹ caput: ꝛ liga ipm
cũ eo: deinde stringe ligamẽtũ aliõ sup anchas ei⁹: ꝛ supra
genua ei⁹ ꝛ apõ cauiculas ei⁹: deide aggrega hic ligamẽta
oĩa: ꝛ liga ea i ligno altero: qd̃ ẽ apõ pedes diuisũ: deinde
extẽdãt ministri oẽm ptẽ ligni. s. vterq; v̈sus suã ptẽ: s; non
remoueãt ea ex foueis in q̃b⁹ nõ debẽt eẽ firmata. nã ꝑ istã
extẽsionẽ lignoꝝ extẽdent vtreq; ptes spõdiliũ dislocatoꝝ: ꝛ
ꝛ tũc medic⁹ põat palmas suas sup spõdilẽ dislocatã cũ for
titudie. s. pmẽdo cũ fortitudie ꝛ violẽtia dõec redeat: aut po
nat tũc si pssio cũ palmis nõ sufficeret sup eã spõdilẽ tabulã
s. leuẽ: ꝛ deinde ãnectat sup tabulã pedes suos dõec redeat. Modus
ℭ Aui. q; hũc modũ posuit aliq̃ modificando. ꝛ dixit. ꝙ si Auicẽne
res fuerit vehemẽtior illa. s. ita ꝙ si redeat ƀz modũ pm̃ tũc qui idem.
si fuerit recẽs Ypoc. ꝑcipit vt suat lignũ. i. tabula siue disc⁹
c⁹ lõgitudo ꝛ latitudo sint tãte q̃titatis ꝙ capiat infirmũ: ꝛ
terminet ita vt sit ƀz hãc mẽsurã positũ ꝓpe pietẽ extẽsũ ad
lat⁹ pietis in lõgitudine parietis: ꝛ nõ sit elõgatio ei⁹ a pa/
riete pl's q̃titate vnius pedis: ꝛ ponat supra ipz strat⁹ pla
nus. s. ꝛ lenis ad corp⁹ infirmi. s. tuẽdũ a lesiõe ligni: deinde
balneet. s. infirm⁹ ꝛ embrocet loc⁹ dislocatiõis: ꝛ applanet
s. infirm⁹ supra ipm lignũ: aut ipm podiale. s. discũ sup fa/
ciẽ suã: deinde inuoluant sup pect⁹ ei⁹ ligature. i. fascie ãple
duab⁹ vicib⁹. i. duab⁹ iolutiõib⁹: ꝛ eaꝝ extremitates egre
diãt ĩ subascellis: ꝛ ligent inter duas spatulas: ꝛ ligent ex
tremitates ligaturaꝝ. i. fasciaꝝ lataꝝ ad lignũ lõgũ silẽ ma
nubrio mortarij. i. pistelli: ꝛ eleuet ƀ ligamẽ sup lignũ dcm̃
positũ ad podiale. i. discũ. s. sec⁹ ipz ꝛ det ministro stãti apõ
cap infirmi vt teneat ipm: ꝛ fiat extremitas inferior inuolu
ta ad aliqd: ꝛ ligent iteꝝ pedes ãbo sil' cũ ligatura ãpla: ꝛ
alia sup genua: ꝛ alia sup duas coxas iteꝝ ligãdo loca: q̃ ele
uent ex loco in quo aggregãt due coxe cũ ligamẽto alio ꝛ
aggregẽt extremitates hoꝝ ligamẽtoꝝ ꝛ ligẽt ad lig™ aliõ
ẽt silẽ mãubrio mortarij: sic ẽ lignũ c⁹ pcessit narratio sup/
ple: ꝛ istud lignũ sit ex altera pte disci eleuatũ ƀz eleuationẽ
ligni pmi: ꝛ det silr hoc lignũ ministro stãti iuxta pedes in
firmi vt teneat ipm: ꝛ ƀ vt extẽdat vnusq̃sq; minister lignũ

suū cū opꝰ fuerit: deīde ꝓcipe mistris vt extendāt cū hoc ligno. s. vterqꝫ cū sua extēsiōe q̄ ē ad ꝯriū. Et dixit. A. de hoībus sūt q faciūt hāc extēsionē cū istris q̄ sūt sicut sagitte sup lignū erectū apō extremitates huiꝰ ligni magni aut. i. podialis siue disci. s. duas extremitates q̄ sequunt̄ caput ⁊ pedes: ⁊ qn̄ reuoluunt̄ iste sagitte iuoluunt̄ cū eis ligature q̄ extēdūt. i. extēsionē faciūt spōdiliū ifirmi: ⁊ oꝫ qn̄ fit extensio istiꝰ vt ipulsio fiat apud gibbositatē. i. eminētiā spōdilis dislocate cū radice volaꝝ manuū. Et subdit. ꝙ si fuerit necē nos sedere sup ipꝫ. s. mediāte tabula: vt dixit Alb. facienꝰ illō: ⁊ nō timebimꝰ. ℭ Epūs q̄ꝫ cremōēsis: ⁊ Theodoricꝰ: posuerūt vnū modū silēꝫ ꝓdictis: ⁊ ē qō oꝫ tali casu medicus pare duas astellas lōgas q̄ ꝓducāt: ⁊ teneāt a spatulis vsqꝫ ad nates: ⁊ sit latitudo eaꝝ q̄ttuor digitoꝝ: ⁊ sint firme sicē doge barilis: vt sint fortes: ⁊ sint recte ⁊ nō curue: q̄ debēt taīr adaptari. vꝫ. vna ex vna ꝑte spie: ⁊ altera ex alia: ⁊ sint valde iuxta spinā siue spōdiles polite iter astellas spōdilibꝰ in medio remanētibꝰ: ⁊ anq̄ꝫ ꝓdicte apponant̄ astelle fiat puls siue emplm̄ h̄ mō. Rx. stercꝰ vaccinū: ⁊ cū bono vio ponat̄ i patella vel caldariola: ⁊ sit tm̄ vini ꝙ possit bullire: ⁊ cum bullierit apponat̄ de sale bn̄ trito pugillꝰ vnꝰ. Theo. tn̄ addidit ꝙ post ea addat̄ cribratura furfuris i tāta q̄ꝫtitate ꝙ puls sit q̄si solida ⁊ postea addat̄ mel i tāta q̄ꝫtitate ꝙ puls fiat media iter mollitiē ⁊ duritiē: ⁊ h̄ fcō extēdat̄ sup petia q̄ sit lōgior q̄ꝫ sint astelle: ⁊ lata sit i tāta q̄ꝫtitate ꝙ plicata ꝑ mediū extēdat̄ puls sup ipꝫ valde calida ꝑ totū: ⁊ postea ꝑs petie q̄ iferiꝰ plicata ē reuoluat̄ sup pultē ita ꝙ puls iter duas petias remaneat q̄si i sacculo extēso: ⁊ post q̄ꝫ ꝓdicta fuerit bn̄ ꝑata in prōptu ponat̄ ifirmꝰ sup tabulā planā facie v̄sa v̄sus tabulā: ⁊ priꝰ sit ligatꝰ ifirmꝰ cū latis fascijs in subascellis: ⁊ i spatulis: ⁊ iteriꝰ ꝑ coxas circa anchas: ⁊ extremitates fasciaꝝ ꝯueniāt i vnū ex ꝑte supiori ⁊ iferiori ⁊ trahant̄ fortit̄ a duabꝰ ꝑtibꝰ. Et qō fuerit ex spōdilibus eminēs pellat̄: ⁊ capita extremitatū ligamētoꝝ dictoꝝ ligent̄ cū duobꝰ lignis vt bn̄ possint trahi fortiter a mistris: ⁊ qn̄ fit extēsio fiat ipulsio apud gibbositatē. i. eminentia. s. sup eā cū radice duaꝝ manuū. ⁊ cū calcaneis ⁊ ipellat̄ eminētia v̄sus iferiora donec redeat ad locū suū: ⁊ si fuerit necē sedere desup ifirmū fiat: ⁊ nihil ex h̄ timet̄. ℭ Subdit Albu. si nō redit ꝑ hūc modū dcm̄ tūc accipe tabulā cuiꝰ lōgitudo sit circa tria brachia: ⁊ ꝯcaua i pariete de q̄ dixīmꝰ q ē iuxta ifirmū locū: i quā ꝯcauitatē igrediat̄ extremitas tabule deīde pone mediū tabule sup spōdilē eminētē ⁊ pōat medicus pedes suos sup extremitatē alterā ⁊ strigat bn̄ donec coartet̄ spōdil̄ ⁊ redeat ad locū suū. ℭ Hal. ponēs ēt hūc eūdē modū dixit: hoc ē ēt fiēdū si patiēs fuerit cōpressionē tolerās: ⁊ ꝙ fouea siue ꝯcauitas q̄ fit i pariete sit altior spōdilibꝰ patiētis: neqꝫ demissior multū: ⁊ sic ēt pūctualit̄ di. A. ℭ Et subdit Alb. si vis opari cū turno qō voluit̄ manu fac hoc mōꝫ: ⁊ ē vt figas itra apud caput ifirmi i postremo podij siue disci duo ligna q̄rū lōgitudo sit brachiū vnius apud pedes eiꝰ ēt i postremo podij ligna duo: ⁊ sit lōgitudo q̄ est inter oē lignū palmꝰ vnꝰ: ⁊ iā factū in oī ligno foramē in q̄ currit turnꝰ: ⁊ firmet̄ oē lignū i terra multū ne moueat̄: ⁊ itromittat̄ lignū rotūdū: ⁊ ē cornu in q̄ reuoluit̄ ligamētū in duobꝰ foraminibꝰ duoꝝ lignoꝝ: ⁊ i extremitate eiꝰ ē foramē in q̄ firmat̄ lignū cuiꝰ lōgitudo est palmi cū eo qō reuoluit̄ ⁊ i duobꝰ lignis aliis est silr̄ illiꝰ: deīde strigat ligamēta q̄ strīxisti i pectore ifirmi in turno qō ē apō caput eiꝰ: ⁊ ligamīta q̄ strīxisti i cruribꝰ eiꝰ i turno qō ē apō pedes eiꝰ deīde stet apō oē turnū mister vnꝰ q torq̄at manū. s. suā cū linteo i q̄ reuoluit̄ turnū: ⁊ medicꝰ equet spōdilē s̄m ꝙ diximus. ℭ Et s̄ꝫ epūꝫ ⁊ theodoricū cū tabula pt̄ fieri reductio cōpmēꝰ cū ea v̄sꝰ spōdilē eminētē strigēdo ambas extremitates tabule. nec expedit ꝙ altera extremitas tabule ponat̄ in muro vl̄ pariete: nisi qn̄ ē opꝰ ꝯpressiōe valde forti. dixerūt Haly. ⁊. A. ⁊ Ipoc. dixit. ꝯpressionē solā hꝰ refrenare ⁊c.

Modus epi. et theodorici.

Aliꝰ modus albucasis.

Tertius modꝰ albucasis.

De dislocatiōe

spōdiliū alhosos dixit. A. alhosos qn̄ dislocat̄ tūc illud scit̄ s̄m magnitudinē dislocatiōis: scies ꝑ sensū itēꝝ ⁊ qō eger nō exp̄andit pedē neqꝫ i loco dislocatiōis neqꝫ apud genu: imo ⁊ plicatio genu ē ei laboriosior. ℭ De cura huiꝰ dislocatiōis dixit Gal. si ꝯcauū fuerit os hahal ad anteriꝰ itromitte digitū tuū in ano ad ꝑmedū ad extra ⁊ eleua cū violētēr: ⁊ rectificet̄ ēt ꝑs exterioris mēbri. Et. A. dixit. cū vis eq̄re illud oꝫ vt tu itromittas digitū tuū in anū. s. mediū digitū vsqꝫquo opponat̄ loco deīde ꝑme cū eo ad supiora cū fortitudie: ⁊ obserua cū manu tua altera locū alhosos donec equas ipꝫ. ℭ Dixerūt Albu. Ha. ⁊. A. cū reduxerit spōdilis: ⁊ equat̄ locꝰ tūc oꝫ vt ponas emplm̄ exiccatiuū. i. stipticū cū albumine oui: sicut ē emplm̄ Gui. qō sic fit. Rx. oli. ro. ℥. i. mumie masticis boliar. dragagāti gūmi arab. mirtilloꝝ. an̄. ʒ. s. cribellata icorporent̄ cū oleo ꝓdicto: ⁊ ouoꝝ albumie tāto ꝙ emplm̄ fiat valde liq̄dū currēs: ⁊ ponat̄ sup locū: deinde pone stuppā: ⁊ deīde astellā: cuiꝰ latitudo sit triū digitoꝝ aut circa eos: ⁊ lōgitudo eiꝰ sit tāta ꝙ gibbū. i. locū dislocatū ꝯtineat: ⁊ in q̄sdā alias trāseat spōdiles sanas ab oī ꝑte: ⁊ sup ipꝫ pone pānos lineos. s. i circuitu: aut stupas lenes ne forte dura sit. ⁊ dixit Guil. astella sit lenis ⁊ plicabilis. ℭ Teodo. vero ⁊ epūs ꝓdictus dixerūt. ꝙ ponant̄ astelle magne vt barilis: deinde liget̄ cū ligamēto qō est necīū. ℭ Fcā ligatiōe. dixit Guil. flomet̄ h̄ vena ꝯrie ꝑtis: aut fiat scarificatio: ⁊ Theodo. dixit: qō ēt 3° die minutio fit vtiliter: ⁊ regatur vsqꝫ ad tres dies cibis subtilibꝰ: deinde cibis tēperatis ad grossitudinē declinātibꝰ fiāt clysteria ⁊ suppositoria s̄ꝫ exigētiā. ℭ Dixit Albu. si remāserit q̄dā eminētia in fine sanatiōis. i. curatiōis ꝓdicte: tūc opꝫ vt admistrent̄ medicine q̄ mollificēt ⁊ leniāt cū admistratiōe tabule quā narrauimus ꝑ lōgo: aut administrent̄ in illo lamia plūbi. idē ēt. A. dixit. ad lenīedū aūt eminētiā illā. dixit Rogeriꝰ. ꝙ vngat̄ locus cū dialtea ⁊ martiatō cū lana succida ⁊ fiāt oium fricationes. ⁊ Guil. posuit emplm̄ qō sic fit. Rx. olei. ℥. vi. cere. ℥. i. resine. ℥. iii. botyri. ℥. ij. farine fenugreci thuris bdellij opoponaci. an̄. ʒ. s. pīguedinis anseris ⁊ gallie. an̄. ℥. s. dissoluant̄ oia ad ignē. ⁊ cū dissoluta fuerint colent̄ ⁊ dimittant̄ infrigidari ⁊ vsui reseruent̄. ℭ Dixit. A. si dislocent̄ spōdiles ad aliqō lateꝝ equet̄. ⁊ astella vel astellis duabꝰ ꝯstringant̄. Dixit Albu. qn̄ accidit eminētia in postremo spōdiliū dorsi ⁊ putat̄ ꝑ eā dislocatio ⁊ illud est os qō iā eminet. s. ad gibbositatē faciēdū: q̄re nō oꝫ ꝙ ꝑsūptio fiat ei cū hac medicina. i. cū curatiōe dislocationis ꝓdicta: cū nō sit dislocatio sanabilis: ⁊ si fiet fortasse accidere facit mortem.

Regimē post reductionem spōdiliū.

ℭ De dislocatione anche. Ca. xv.

Anche dislocatio dixit Gal. vt ponit̄. 15. cōtin̄. aut fit ad anteriꝰ. vꝫ. ad ꝑtē ventris aut ad posteriꝰ. vꝫ. ad ꝑtē dorsi: aut ad iteriꝰ vꝫ. ad ꝑtē vētris. aut ad exteriꝰ. vꝫ. ad ꝑtē siluestrē. Et Alb. dixit iūctura anche dislocat̄ s̄ꝫ q̄tuor ꝑtes: qō ē q̄r dislocat̄ ad iteriora ⁊ ad exteriora ⁊ ad anteriora ⁊ ad posteriora. Et silr̄ dixerūt Haly. ⁊. A. h̄ ēt testant̄ oēs moderni de dislocatiōe tractātes Guil. excepto q dixit. ꝙ n̄ pt̄ accidere nisi tribꝰ mōis: q̄r ad exteriora nullo mō pt̄ dislocari ꝑpter os anche ⁊ ligamētū eius: ⁊ nescio q̄d mouerit Guil. ad hoc ponēdū: nisi q̄r fortasse nō vidit. ℭ Dixit Gal. ⁊ ponit̄ vbi supra. ancha magis dislocat̄ ad exteriꝰ ⁊ minꝰ ad interiora. Et. A. dixit silr̄. minorat̄ eius dislocatio ad iteriora: ⁊ plm̄ eius dislocatiōis est ad exteriora. Theoꝛ tn̄ dixit. oppositū. s. ꝙ plm̄ eius fit ad iteriora: ⁊ puto ꝙ textus sit corruptus. Dixit Ipo. in lib. articu. ⁊ ponit̄. 15. ꝯtin̄. ꝙ raro accidit ꝙ disloceī coxa ad ꝑtē posteriorē. Et silr̄ dixit Albu. ꝙ paꝝ dislocat̄ ad posteriora: ⁊ puto ꝙ fortasse sic occurrit ei i experiētia. Haly. quoqꝫ dixit. ꝙ ad āteriora trāsitus raro fit: non intelligens respectu transitus ad anteriora vel exteriora.

Causa

Causa dislocationis anche qñqꝫ est extrinseca.s.humiditas multa delata ad hanc iuncturaꝫ:q̄ remollivit ligamēta:vñ fiūt ꝓlongata debilia nō potētia cōtinere in loco ꝓprio pixidē anche:vñ resilit ꝛ ad loca nō ꝓpria transit. Et dixit. A.a cā extrinseca casu vel ꝑcussione. Et dixit ēt. A. ꝙ qñqꝫ accidit in dispōne ꝑtus ꝛ strictura sup embrionē ꝙ dislocat᷑ illi pes:sicut ēt dictū fuit de adiutorio in.c.suo.ꝛ dixit exterior lr̃a ꝙ in hoc loco pes sumit᷑ ꝓ oibꝰ mēbris ambulationis q̄ sunt a coxa inclusiue vsqꝫ ad digitos pedū.nā in quacūqꝫ iunctura dictoꝝ mēbroꝝ pōt ex dispōne partus accidere dislocatio. Et qñ accidit dislocatio anche ex cā partus dixit. A.tūc facit crus habere minutū deficiens a delatione corporis q̄re debilitat᷑ ꝛ nō corrūpit᷑ ꝛ accidit h̄ ꝑ cām ꝛ ꝫ modū dictū supra in dislocatiōe adiutorij a sib cā.

De signis signa generis nota sunt ex dictis.nā repe ritur eminētia in ꝑte in qua nō dꝫ reperiri ꝛ lesio in operatione gressus.

Signa facte ad posteriora. ❡ Signa vō spēꝝ sunt qm̄ eiꝰ que est ad posteriora:vt dixit Gal.6.de interio.ꝛ ponit᷑.15.pti.tic.in qbus dislocat᷑ caput coxe ad ꝑtem posteriorē nō pñt extendere pedē in loco dislocato.s.in ancha neqꝫ in loco reflexiones genu:cū huiꝰ intensio fiat vehementis ipedimēti eis.nā dixit Gal.ꝫ articulus genu nullā patiat᷑ molestiā in se:nō tñ poterit extēdi ex cōicatione inguinis. ❡ Dixit qdā.signū dislocatiōis ad posteriora est ꝙ nō pōt extēdere tibiā neqꝫ flectere nisi flectat᷑ inguen modice:ꝛ pes erit brevior aliore:inguē molle erit ꝛ caput coxe in loco nō ꝓprie manifesto. Et Albuc.dixit.nō expandit genu neqꝫ pōt duplicare genu nisi ꝑus duplicet inguen:ꝛ iō crus eiꝰ brevius est altero:ꝛ inguē est mollificatū ꝛ caput coxe est apud locū ilij. Et Haly.idē dixit.sed dixit ꝙ videbis manifeste caꝑ coxe inatū loco. ❡ Dixit Guil.ꝙ pes infirmi inclinat᷑ ad anteriora ꝛ curtat᷑ cū hoc crus:ita ꝙ calcaneū nō applanat᷑ in terra:ꝛ est eminētia manifesta in posteriori. Et qdā dicūt.ꝙ caput coxe decliue est ad obliquationē genu.

Signa facte ad anteriora. ❡ Eius aūt q̄ est ad anteriora signa sunt.dixit Albuc.ꝙ extra expādit crus suū ꝫm cōplemētū suū:vñ nō duplicat ipꝫ absqꝫ dolore:q est in genu ꝛ si conat᷑ ad ambulandū nō pōt sup illō ad anteriora. Et silr̃ dixit Haly.cui anche euulsio est ad añriora qde pōt extēdere ꝑfecte.duplicare aūt nō pōt:qm̄ accidit abinde genu dolor ꝛ lāguor:ꝛ sic ambulare nō pōt sup illud ad anteriora. Et silr̃ dixit Haly.cui anche euulsio est ad anteriora qdē pōt extēdere ꝑfecte.duplicare aūt nō pōt:qm̄ accidit abinde genu dolor ꝛ languor:ꝛ si ambulare voluerit nō pōt sup illud ad añriora:ꝛ qdā addūt ꝙ in iª retinet᷑ vrina ꝛ inflat᷑ inguen.

Signa facte ad interiora. ❡ Eius vō q̄ ad iteriora dixit Gal.ꝛ ponit᷑ vbi supra.pes dislocatꝰ erit lōgior alio pede sano ꝛ genu erit eminēs magis q̄ꝫ aliud nec poterit patiēs pedē reflectere de loco inguinis:ꝛ inguen erit inflatū ꝛ tumēs eo ꝙ caput coxe fixū est in eo. ❡ Et Albuc.dixit.qñ tu cōiūgis crus infirmi sanū cū infirmo infirmū est lōgiꝰ ꝛ est genu eminēs plus q̄ꝫ sanum:ꝛ silr̃ dixit Ha.ꝛ.A.ꝛ subdit Albu.nō pōt ifirmꝰ duplicare pedē suū apud inguen:ꝛ est locꝰ q seqt᷑ iguen apatꝰ a pte caso ꝑ qō caput coxe iā ꝑuenit illuc ꝛ retinet᷑ vrina eiꝰ ꝛ apant inguina eiꝰ. Et silr̃ dixerūt Haly.ꝛ.A.ꝛ addit Hal.ꝛ videbis nates eius q̄si spasmo affectas.

Signa facte ad exteriora. ❡ Dislocationis vō q̄ est ad exteriꝰ signa ꝫm Gal.vbi supra.qm̄ pes est brevior sano:ꝛ inguen erit ꝯcauū:ꝛ qō ꝓximū est ei de pte exteriori erit inflatū ꝛ erit genu ꝯcauū ad interiꝰ. Dixerūt Alb.ꝛ Haly.ꝛ illa dislocatio signis denotat᷑ ꝯrijs eis q̄ dicta sunt in dislocatione ad anteriora.dixit. A.si dislocat᷑ ad exteriora breviat᷑ pes ꝛ apparet in inguine ꝓfunditas ꝛ accidit ei qō opponit᷑ ei a posterioribꝰ eminētia ꝛ inflatio ꝛ genu eius est ac si ipsum

Pronoꝰ. sit submersuꝫ ad interiora. ❡ Dixit Gal.ꝛ ponit᷑ vbi supra. dislocatio ꝛ fractura si fiant in ancha euadere laboras non poterit eis ꝙ nō sit claudicās ꝫ reformatio in eis fuerit bona:ꝛ oino pes brevis erit:ꝛ dꝫ restaurari cū hoc vt notifice turꝛ ꝓprie si senex fuerit aut infans. ❡ Dixit Gal.in quo accidit huiꝰ articuli dislocatio in infantia ꝑ tpe longū morans sic carebit cura.vñ dꝫ fieri h̄ cura velociter. ❡ Et Hal. silr̃ dixit.si in pueris coxā euelli ꝯtigerit:ꝛ sic aliquāto fuerit tpe ad locū nō redibit os suū.in oibꝰ aūt reliqs hoibꝰ si euulsio h̄ apud eos nō veterascēs ꝫ cito curat᷑ redit in locū suū ꝛ sanat᷑.cū aūt diutiꝰ morat᷑ nō redit ꝛ oino nō sanat᷑. Festinādū est igit᷑ in reductiōe dislocationis anche cuiuscūqꝫ spēi fuerit dislocatio. ❡ Dixit eni. A.ad curandū sit festinatio.nā si nō redit velociter fortasse effundent᷑ ad cā hūiditates ꝛ putrefient ꝛ ꝑducēt ad putrefactionē totiꝰ mēbri ꝛ sequet᷑ illud de timore qō scis imo dixit Guil.ꝙ si h̄ os dislocatū fuerit lōgo tpe ꝛ induratū remāserit ꝛ nō restaurat᷑ mē intromittere se in eiꝰ cura magis honorabile ꝛ ꝯueniēs mihi vr̃ q̄ꝫ itromittere. Et Albu.dixit.opꝫ vt ꝯsideres si dislocatio est vetusta q̄ iam antiquat᷑ cū hr̃e ipsaꝫ:ꝛ deinde administra reductionē suā.ꝛ remanet ꝫm dispōnē suā.s.dislocatā nō est in ea curatio oino.nō ergo dꝫ vt ꝑsumptio fiat cū ꝑculdubio posita. ❡ Dixerūt Ro.ꝛ Rolādus.si vertebꝝ casu vel ꝑcussione aliq̄ resilierit a scia vel ꝑ hūorē illuc dscēdētē si neruus q ossa cōiūgit.i.ligamētū qō cōiūgit vertebruꝫ cū pixide rūpat᷑ in eternū fiet claudus neqꝫ meliorari pōt:ꝛ hoc idē est de incisione ligamēti adiutorij:ꝛ cuiuscūqꝫ alterius iuncture:qm̄ si incisuꝫ fuerit nō est ampliꝰ ei spes cure.

Cura itaqꝫ cōis q̄ oibꝰ cōpetit euulsiōis anche spēbꝰ.dixit Haly.ea est quā posuit Hyp.ꝛ est hr̃e coxa apprehēsa disgregationē.i.iuncturā dextrorsuꝫ ꝛ sinistrorsuꝫ cōcuties:ꝛ sic vertebrū in foueas reducas.ꝛ Albuc.dixit.in illa q̄ est recēs ꝛ est altera q̄tuor spēꝝ cuiꝰ ꝓpera vt voluas iuncturā ꝛ extēdas ipsaꝫ ad iteriora ꝛ exteriora ꝛ moueas eā dextra ꝛ sinistra.fortasse.n.redibit ꝛ nō indigebit alia cura. Si aūt nō redit h̄ mō.dixit Albu.tūc dꝫ vt ꝑpares ministrū fortē q extēdat crus eiꝰ a pte inferiori aut cū manibus suis aut cū ligamēto q̄ ligat᷑ supra crus eiꝰ ꝛ supra genu. Et nota ꝙ h̄ ligamētū dꝫ eē latū:ꝛ ꝑpares ministrū aliū q extēdat manꝰ suas dsup ita vt itromittat manꝰ suas sub titillicis egri.ꝛ ꝑpares aliū ministrū q stringat cū ligamēto leni supra radicē coxe ꝛ teneat extremitatē eius ligamēti ꝛ extēdat cū eo. Et sit extēsio eiꝰ ab iteriori pte inguinis ad ptem furcule aut a posteriori a pte dorsi:ꝛ sit eoꝝ extēsio oiuꝫ triū vna.s.sil᷑ donec eleuet᷑ ifirmꝰ cū corpe suo a terra ꝛ remaneat pendēs:ꝛ medicꝰ tūc conet᷑ ad reductionem eiꝰ:ꝛ idē in sn̄ia dixit Hal. ❡ Est ꝛ alia curatio cōis modernoꝝ:ꝛ est vt minister fortis fortiter extēdat crus infirmi ad iferiora cū manibꝰ suis:aut cū ligamēto lineo amplo.ē.genu eiꝰ posito:ꝛ sit aliꝰ minister q corpꝰ infirmi fortiter teneat:deinde posito dsubtus ligamēto alio siue fascia medicꝰ sit ex latere infirmo ꝛ teneat vnā extremitatē ipsiꝰ ligamēti siue fascie:ꝛ sit aliꝰ minister ex alia pte q teneat aliā extremitatē:ꝛ sic ambo equal᷑ extēdēdo stringāt iuncturā.medicꝰ vō sit sollicitus ex latere suo qō ipellat eā pedibꝰ ac manibꝰ suis donec ad locū ꝓpriū reducat᷑. ❡ Rogeriꝰ aūt ꝛ Rolādus posuerunt aliā curationē:ꝛ est qō ꝑ iaceat supinꝰ infirmꝰ:ꝛ medicꝰ sedēs ei oppositꝰ manibꝰ ꝛ pedibꝰ ꝯtra ipꝫ ipmēdo inter vnā coxā ꝛ aliā extēdat crus infirmuꝫ:dū aliꝰ vir fortis teneat firmiter corpꝰ ad supiora:aut ipꝫ attrahat:ꝛ medicus manibus trahendo ꝛ pedibus premēdo vertebrum ad proprium locum deducat.

Primus modus communis. / Secūdus modus. / Tertius modus.

De speciali aūt mō reductionis anche ꝫm spēs suas dixit Albuc.in reductione eiꝰ:qñ dislocat᷑ ad interiora opꝫ vt resupinet᷑ ifirmꝰ sup latꝰ suū:deinde ponat᷑ ligamētū supra radicē eiꝰ in eo loco q est inter caput coxe:ꝛ locū q est sub iguine:deinde extēde ligamētū ad sursuꝫ a pte iguinis ad altiorē ptē corpis ad ptē furcule:deinde accipiat minister aliꝰ fortis tibiā:et brachiū:et moueat medicus locū grossuꝫ coxe infirme:et extēdat ad exteriora extēsione vehemēti:ipsa.n.redit ad locū suū. ❡ Et dixit Albuc.

Reductio facte ad interiora.

q̄ h spẽs curationis est facilior reliq̄s qb⁹ reducit̄ h mẽbṝ. Et Galy.de hac spẽ dixit.opꝫ cũ ad interiora fit euulsio ligamẽtoꝝ medicamẽ sup coxe ponẽ radicẽ inter coxas vtrasq̄ loco qui sub inguinibus est ꝛ furculis ipsiꝰ:ꝑcipiesq̄ viro forti pmere coxã ꝑ locũ grossuꝫ cũ vtrisq̄ cubitis.i.brachijs:et ꝛ ad exteriora extẽdas:q̃ꝰ sic redibit disgregatio ad locuꝫ suũ. ¶ Et subdit Albu.si aũt excusat̄ sup terꝫ nõ obedit tibi ad introitũ cũ hac spẽ curationis dinostꝫ:tũc oꝫ vt ligent̄ duo pedes ĩfirmi sil̄ cũ ligamẽto forti leni:ꝛ sup duos calcaneos ꝛ sup duo ingunna:ꝛ sit lõgitudo cuiusq̄ cũ cõpare suo q̄ttitas q̄tuor digitoꝝ ꝛ sit crus ĩfirmũ extẽsum altero q̄ttitate duoꝝ digitoꝝ:deĩde suspẽdat̄ ĩfirm⁹ sup caput ligni qḋ sit in domo:ꝛ sit lõgi^{tudo} ei⁹ a terra q̄ttitas duoꝝ brachioꝝ:deinde ꝑcipe iuueni forti:vt moueat cap̄ coxe:ꝛ suspẽdat̄ cũ ĩfirmo iuuenis ali⁹ mouẽs coxã cũ forti^{tudine}:nã iũctura redit i locũ suũ cũ velocitate. ¶ De h mõ curatiõis.dix̄.A.est mod⁹ ali⁹ cũ q̄ igredit̄ caput coxe absq̄ extẽsiõe ĩfirmi sup lig^{num}.i.sup tabulã:ꝛ est mod⁹ quẽ laudauit Hyp.ꝛ ipse extimat:qḋ opꝫ vt ligent̄ man⁹ ĩfirmi sil̄ cũ ligamẽto forti ꝛ leni ꝛ latoꝝ ꝛ ligent̄ pedes ĩfirmi ambo cũ ligamẽto lato forti ꝛ leni sup duos calcaneos:ꝛ sup duo genua:ꝛ sit lõgi^{tudo} cuiusq̄ a pari suo q̄ttitas q̄tuor digitoꝝ:ꝛ sit crus ĩfirmũ extẽsũ plus altero q̄ttitate duoꝝ digitoꝝ:ꝛ suspẽdat̄ ĩfirm⁹ sup cap̄ lignis ꝛ sit lõgitudo ei⁹ a terra q̄ttitas duoꝝ cubitoꝝ:deĩde currat adolescẽs hñs adolescẽtiã.i.forti^{tudinem}.al's.expiẽtiã hui⁹ opõnis puber cũ brachijs suis ꝛ attrahat coxã ĩfirmã i grossiori loco ei⁹:vbi est caput coxe iteꝝ:ꝛ suspẽdat̄ cũ ĩfirmo subito:nã iũctura cũ factũ fuerit illḋ cũ ea igrediet̄ ad locũ suũ cũ q̄lꝫ studio:ꝛ iste mod⁹ ẽ facilior alijs:et q̃ꝰ nõ eget opõne plima:verũtñ plẽs medicãtũ nõ bñ opant̄ i eo:q̃ꝰ ipsi spernũt eũ ꝑp suã facilitatẽ. ¶ Posuit ẽt.A.aliũ modũ reductionis dislocatiõis:ꝛ ẽ vt extẽdas pedẽ:deide fac eũ redire cũ violẽtia.al's.cũ vehemẽtia.s.fort^{itudine} mere h postq̃ꝫ moueris eã dextra ꝛ sinistra:dõec opponat̄ ei ad qḋ redit:ꝛ pone pedi q̄ũ staphã.ꝛ strige d'sup. ¶ Dixit Guil.ordiet medic⁹ tres medicos ſꝫ modũ dictũ.s.in curatiõe cõi.ꝛ ĩfirmũ sup tabulã latã ponat corpe supino:ꝛ ponat medic⁹ mãtile inuolutũ iter coxã ꝛ testiculos ꝛ sit medietas mãtilis tracta v'sus spinãꝛ alia ei⁹ medietas v'sus vmbilicũ i pte domestica:ꝛ me^{dium} v̊o ipsi⁹ mãtilis sit locatũ sup os cõtẽtũ in loco:ꝛ h fcõ oꝫ restaurator ꝓ ꝑcipere ministro q tenet genu:ꝛ illi q regit crus violẽter:vt cũ minori tñ dolore q põt fieri ſꝫ qḋ regrit ogõtalis trahat̄ os coxe dislocatũ ad iferiora ꝛ ipꝫ moueat:ꝛ cũ restaurator sentit q̄ motũ fuerit os violẽter cũ mantili hora motionis trahat ipsuꝫ ad supiora ꝛ reducat ad locũ suũ.oꝫ hic suppleri q̄ terti⁹ minister firmiter teneat corp⁹ infirmi.

Alius modus.

Alius modus.

Alius modus.

Reductio facte ad exteriora.

Dislocationis aũt anche ad exteriora.dix̄ Albuc. q̄ opꝫ vt iaceat ĩfirmus sup podio ſm q̄ narrauim⁹ supra in hñte gibbositatẽ.i.eminẽtiã spondilis:ꝛ stringat̄ ligamẽtũ sup crus ei⁹ ĩfirmũ ꝓprie ꝛ super pect⁹ ei⁹:deinde ponant̄ ligna duo:vnũ apud pedes eius:ꝛ alterũ apud caput:deinde lig^{num} additũ in me^{dio} podij fixũ bñ sup qḋ inuoluti sũt pãni hũidi.i.lenes vt nõ ledãt ĩfirmũ:ꝛ sit lig^{num} iter coxas ei⁹ vt nõ attrahat̄ ad iferiora apḋ extẽsionẽ:deinde extẽdat ois minister ad ptẽ suã:ꝛ medic⁹ equet reductionẽ manu sua.si g̃ obedit ad reductionẽ bñ erit:ꝛ si nõ pone sup ipsaꝫ tabulã:ꝛ ꝑme ipsaꝫ.sic̄ dixim⁹ in gibbositate cãlr:verũtñ oꝫ vt iaceat ĩfirm⁹ sup locũ suũ sanũ. ¶ Aui. aũt dixit.oꝫ q̄ extẽdat̄ ĩfirm⁹ ſꝫ qḋ dixim⁹ cũ ligatura q̄ est sup alkafagi inguinis:ꝛ furculã:deinde neciuꝫ est medicãtis vt eleuet vertebꝛũ de foris ad interiora postq̃ꝫ posuerit extremitatẽ tibie in aliq̄ pte fouee quã dixim⁹:vt stringat sup eã:ꝛ sint aliq̄ ministroꝝ ex pte sane ipellẽtes iteꝝ:ꝛ opponatur ipulsioni medicãtis:vt nõ ipellat̄ plim. ¶ Et iteꝝ posuit Aui.aliũ modũ curatiõis hui⁹ dislocatiõis:ꝛ dixit.q̃ꝰ dislocat̄ ad exteriora:opꝫ tũc vt restaurator affirmet extremitatẽ coxe q̄ est cap̄ genu:ꝛ moueat eã co⁹ mot⁹ ꝑdictis:ꝛ sic alius tenẽs ab extremitate alia mouẽs eã ↄ̃rio mot⁹ ꝑdictꝰ:ꝛ iã ligauit ad eã vittã aut funẽ. ¶ Dixit Ras.15° ↄti.venit infans q̄dã ad me:cui⁹ ancha dislocata erat ad exteri⁹:ꝛ pes ei⁹ fact⁹ est dolẽs ꝛ breuior:vñ feci eũ iacere sup lat⁹:ꝛ eleuaui caput genu ad ptẽ.i.versus ptẽ exteriorẽ:ꝛ posui manum sup locũ in quo caput anche fuerat gibbosum impellere illud:ita q̄ submersum est cum violentia.

Alius modus.

Reductio facte ad anteriora.

Dislocationis anche ad añteriora curatio est.dixit Gal.ꝛ ponit̄ ibi.s.vt extẽdat̄ cũ fune forti in radice virtidis ꝑ fortẽ viꝝ eleuãtẽ cũ violẽtia ꝛ retinẽtẽ patiẽtẽ dũ extẽdit̄ pes ipsi⁹ ad exteri⁹:ꝛ ipellere oꝫ chirurgic⁹ cũ manu ipsi⁹ coxã penes genu ad interi⁹ cum violẽtia:q̃ꝰ igrediet̄. ¶ Dixit Albu.opꝫ vt extendat̄ crus infirmi velociter ſꝫ eãdẽ narrationẽ dictã sup podiũ:ꝛ ponat medic⁹ palmã man⁹ sue dextre sup iguen ĩfirmũ:deinde coartet ipꝫ cũ manu altera:ꝛ cũ coartatiõe illa ponat ipꝫ extẽsuꝫ ad iferiora v'sus genu. ¶ Et Aui.dix̄.oꝫ vt extẽdat̄ infirm⁹.deinde ponat vir fortis radicẽ vole man⁹ sue dextre sup iguen ĩfirmũ:ꝛ coartet ipꝫ cũ manu altera:ꝛ sedit.ꝛ ipse cũ h ponat coartationẽ extẽsaꝫ ad iferiorẽ ad ptẽ genu. Et Galy.dixit.opꝫ crus duplicare fortiter:donec pes iteri⁹ tangat iguina:ꝛ sic os i fouea reduces. ¶ Et Aui.dixit.ꝑcipiat̄ vt flectat genua:ꝛ teneat vir fortis eũ ex pte emũctorij:ꝛ restaurator manu sua cap̄ coxe apḋ genu trahat ipsã ad iteriora:ita vt ipellat ad extre^{mitatem} aliã ꝛ ipellat ipꝫ ipulsiõe tẽdẽte ad supiora ꝛ exteriora:ꝛ si adunat cũ ali⁹ ab extre^{mitate} alia ↄ̃rio mot⁹ ei⁹:ꝛ iaꝫ ligauit eã cũ vitta:aut cũ fune erit bonũ.

Reductio facte ad posteriora.

Dislocationis v̊o anche ad posteriora curatio ẽ.dixit Albu.opꝫ vt nõ extẽdat̄ infirmus ad infe^{rius} cũ est eleuat⁹ sup terrã Hyp.opꝫ vt sit posit⁹ sup rẽ durã:sic̄ oꝫ eũ cui⁹ dislocat̄ ancha ad exte^{rius} ſꝫ illḋ qḋ dixim⁹ de accubitu ei⁹ sup duas anchas ꝛ ẽt sup faciem suã ꝛ ligamẽta extẽsa sint:sic̄ dixim⁹ nup:ꝛ fiat ſꝫ q̄ dc̄m est in dislocatiõe ad exte^{rius}:ꝛ oꝫ vt administret̄ ↄpssio cũ tabula sup locũ ad quẽ egredit̄ iũctura. ¶ Aui.quoq̄ dixit.nõ oꝫ vt ĩfirm⁹ extẽdat̄ ad infe^{rius} eleuat⁹ sup terrã Hyp' oꝫ vt sit posit⁹ sup aliqḋ durũ:sicut iteꝝ oꝫ q̄ ancha ei⁹ dislocat̄ ad exteriora.oꝫ g̃ vt extẽdat̄ iferi⁹ ĩfirm⁹ sup lignũ:aut podiale sup faciẽ suã:ꝛ sint ligamẽta stricta nõ sup coxã Hyp.super crus:ꝛ oꝫ iteꝝ administrare ↄpssionẽ cũ tabula sup albafagi.i.ad locũ ad quẽ egredit̄ iũctura. ¶ Et posuit iteꝝ.Aui.vnaꝫ curã cõeꝫ ↄueniẽtẽ dislocationi anche ad añ ꝛ post.ꝛ dixit:in illa q̄ est ad añteriora:aut posteriora strigat restaurator radicẽ coxe cũ ligatura lata:ꝛ capiat sup hũeꝝ ad ptẽ quã oꝫ ſꝫ declõnẽ dislocatiõis:ꝛ accipiãt duo viri duas extremitates ligature ãple:deide extẽdãt eã oẽs sil̄ extẽsiõe q̄ extẽdãt ĩfirmũ in aere.ꝛ cũ hḋ ẽ posse vt redeãt modi ꝑdicti ad rectificationẽ. ¶ Et sig^{num} reductiõis ãche.dixit Albu.nõ occultat̄ tibi:ꝛ ẽ vt extẽdas duo crura ĩfirmi:ꝛ q̃ꝰ videas ea eq̄lia ꝛ infirm⁹ strigit crus suũ ꝛ expãdit ipꝫ absq̄ excusa^{tione}:tũc scias q̄ iã redijt mẽbꝝ ſꝫ q̄ opꝫ. ¶ Dixerũt Rog.ꝛ Rolãd⁹ mẽsurẽt̄ pedes vt sciat̄ vtꝝ bñ stet:ꝛ v̄tat̄ ẽt ĩfirm⁹ vt medic⁹ nõ decipiat̄ ꝛ mẽsurent̄ calcanei:ꝛ si ãbe nates eq̄lr fuerint bñ erit. ¶ Dix̄ Albu.cũ g̃ ↄplet̄ reductio ſꝫ q̄ oꝫ ↄiũge duas coxas ꝛ pone empl'ꝫ ꝛ strige:ita vt nõ moueat̄ ancha ad aliq̃ꝫ ptẽ:ꝛ adhereat ĩfirm⁹ q̄eti trib⁹ dieb⁹ aut 4^{or}:ꝛ q̄daꝫ dixerũt.vsq̄ ad 5^{tum} diẽ vel 7um.deide solue ligaturã:ꝛ empl'ꝫ ꝛ cõpara crus cũ altero:ꝛ si videbis ea eq̄lia i statu:tũc scias q̄ iã dislocatio firmata ẽ.absolue g̃ ĩfirmũ ad ãbulãdũ:ſꝫ si vides aliq̄d mollificatiõis tũc redi:ꝛ ẽpla illḋ ꝛ strige illud ſꝫ stricturã tuã ꝑmã ꝛ dimitte eã trib⁹ dieb⁹:deide solue illud ꝛ fac ipꝫ tardare i ãbulatiõe sup vtrũq̄ crus donec ↄfortet̄ bñ. ¶ Dixit Ras.15.ↄtñ.ligari feci genua:ꝛ cũ akabꝛe cũ pollicib⁹ pedũ sil̄. Et.A.dixit.strige sup coxã ꝛ sup genu strictura q̄ fuet eã. ¶ Et dixit iteꝝ Ras.si dislocat̄ ancha ad exteri⁹:iaceat patiẽs sup ptẽ disloca^{tionis}:ꝛ sedeat sup vtrũq̄ cubitũ:q̃ꝰ h subgcit sup bonã reuersionẽ:ꝛ stabilitatẽ ipsi⁹

Alius modus ad vtrasq̄.

Signa reductionis ꝛ regimẽ post ipsas.

in loco ꝓprio ꝓhibēdo ꝙ nō egrediat̄ ab eo post ei⁹ restitutionē. ℭ Dixit Guil. fcā eq̄tiōe ponat̄ ēpl'z ꝯstrictiuū supius narratū cū petia ꝯp̄hēdēte totā anchā ꝛ inguē: ꝛ nullo⁹ sup locū lesū pōat̄ ol'z ro. nec ꝑ se: nec cū petia: q̄ꝺuis h̄ fiat i pluribꝫ alijs locis supra narratis: qm̄ h̄ mēbꝝ magnitu^{ie} sua ꝛ difficultate sue locatiōis idiget ꝯstrictiōe forti ꝛ durabili: ꝛ nō mollificatiōe aliq̄. sup petia ꝟo ēplī ponant̄ faldelle d̄ stupa in mō ꝯueniēti vt tot⁹ loc⁹ cū inguine ab ipsis ꝯp̄hēdat̄ ꝛ inuoluāt̄ faldelle ipse in ēpl'o fcō molli valde. ꝛ ipleat̄ loc⁹ inguinis cū petia vl' stupa vt vacuitas loci nō ipediat ligaturā: ꝛ liget p⁹ h̄ mēbꝝ cū binda cui⁹ lati^{do} sit plusq̄ꝫ palmū vnū. ꝛ repleat̄ binda sub inguine: ꝛ sup nodū ꝛ ꝯuertat̄ ad ptē sanā v̄sus vmbilicū ꝛ spinā: ꝛ firmet̄ q̄lꝫ reuolutio binde cū filo: ꝛ acu ita vt possit durare p̄terq̄ꝫ moueat̄ aliq̄ reuolutio vsq̄ꝫ ad tp̄s 2^e liga^{nis}: fcā lig^{ne} ꝛ bn̄ firmata vngat̄ locus circa bindā cū defensiuo fcō ex oleo ro. ꝛ aceto bolo ar. ꝛ silib⁹: ꝛ locet̄ ad iacēdū corpe supino. ℭ Et dix̄ Guil. ꝙ si cū disloc^{ne} anche fuerit vuln⁹ magnū regrēs ꝯducturā ꝑtū iudica ipsaꝫ disloc^{nem} in tali loco eē incurabilē: tū ꝑꝑ difficultatē loca^{nis}: tū ꝑꝑ mag^{nem} mēbri q̄ ipediret firma^{nem}. alīs. sanationē loci cū vulnere: ꝛ vulnus ipediret eq̄tionē ꝛ mollificaret locū: ita ꝙ nō posset firmari: sꝫ tn̄ ꝑꝑ h̄ nō d̄sistas ab opōne bona ꝛ laudabili: ꝛ facias ꝓ posse ꝙ mēbꝝ p̄ reducatur ad locū ꝛ liget̄ ꝛ ēplet̄ cū incisiōe petie: ꝛ ēpl'i ad modū vulneris: ꝛ cū ligatiōe fcā fenestrata ita ꝙ vuln⁹ appeat: ꝛ postea suat̄ vuln⁹: ꝛ sup suturā ponat̄ puluis ꝯsuatiu⁹ sutures quō sic fit. ℞. sanguis draco. masticis: ꝛ gūmi arabici. an̄. ʒ. 5. ꝛ sup puluerē ponat̄ ēpl'z mūdificatiuū ꝛ curet̄ vuln⁹ ꝛ mūdificet̄ oi die. ℭ In h̄ casu sūt qdā medici q an̄ deductionē suunt locū vulneris: ꝛ ꝓcedūt cum cura vulneris vsq̄ꝫ ad 3^m diē: ꝛ 3° die equāt disloc^{nem}: q2 tūc sāguis ꝯstrict⁹ ē: ꝛ labia sūt applicata q̄dāmō: ꝛ tūc reducūt mēbꝝ dislocatū ad locū suū. ℭ Dixit Guil. h̄ mod⁹ cure q̄ꝺuis possit aliqn̄ ꝯcedi: tn̄ sic nō mihi placet: q2 timeo ne si sic dimittat̄ ꝙ ꝑꝑ dolorē q nō cessaret ex ifecta opōne intm̄ inflaret̄ loc⁹ ꝛ apparet̄ ꝑꝑ ꝯtinuū cursū hūoꝝ ꝛ restauratio postea nō posset fieri: ꝛ sic infirm⁹ remaneret in infirmitate sua: ꝛ fieret incurabilis.

Cura dislocationis cum vulnere.

In cura aūt dislocatiōis ꝓueniētis a cā itrinseca mollificāte sic ꝓcedēdū est vt reducat̄ os ad locū suū: ꝛ teneat̄ firmū in loco cū ligatura: ꝛ emplo multe dislocationis: ꝛ notat̄ ꝯtinue regie exiccatiuo: s'm ēt sex reꝝ oia gn̄a nō nālū: ꝛ fiāt purg^{nes} pl'es: ꝛ frequētes cū me^{nis} educētibꝫ hūi^{tes} flāticas a mēbris remotꝫ: ꝛ ē sic ꝯtinuādū ꝑ mēses oi mēse soluēdo ligaturā q̄ter vel q̄nqꝫ: ꝛ ꝯsideret̄ tūc si iūctura d̄siccet̄: ꝛ mēbrū firmet̄ i loco suo: ꝛ sic ꝓcedat̄ tūc cū h̄ regie vsq̄ꝫ ad finē cure. ℭ Si v̄o nō d̄siccat̄ ꝛ nō firmat̄ tūc nece ē vt loc⁹ vrat̄ siue cauterizet̄. ℭ Aui. n. hyp. 6° aff. qbuscūq̄ꝫ a sciatica molestatis resilit vertebrā. ꝛ rursus incidit in locū suū his mucillagines fiūt. i. facte sūt q̄ remolliūt ligamētū: ꝛ his tabescit crus: ꝛ claudicāt̄ si nō vrant̄ ꝛ modus cauterizatiōis fieri dꝫ sic̄ dcm̄ ē in cap^o in sciatice cura.

Cura facie ab humiditate extrinseca.

ℭ Rursū q̄rūcūq̄ꝫ v̄tebrū ꝑ multū tp̄s zaut ꝑānū ēt si a cā ꝓuenerit extrin^{ca} cure onus nō suscipe honorabili⁹ est: qm̄ raro euenit vti in suū possit redire locū: ita ꝙ firmet̄ in eo: cū p̄dictiōe tn̄ cura suscipiēda est: ꝛ loc⁹ p̄ balneis ꝛ ēplis mollificādus ē: deinde vt dcm̄ ē v̄tebꝝ ad ꝓpriū locū reducat̄ liget̄ ꝛ emplet̄: sic̄ supradictū est: ꝛ p̄dicto mō curat̄ ois iunctura mollificata ꝛ elōgata: siue alguatuirō cui⁹ cura dix̄ Raſ. 15. ꝯti. curet̄ cū ligatura elenāte illō ꝛ reb⁹ stipticis cū caliditate. scꝫ ēplastis sup locū. Et si chirurgic⁹ p̄cepit puero hn̄ti cubitū dislocatū elōgatū ad ꝯstringēdū brachiū ad supi⁹: ꝛ ad ipellēdū cap adiuua^{re}: vt nō adhereat bn̄ cū cubito. ℭ Dix̄ Aui. reducat̄ os mollificatū. s. ꝛ ꝑꝑ mollifica^{nem} elōgatuꝫ: ꝛ egressuꝫ a suo loco nāli ad inferiora illi⁹ in q̄ q̄escit. i. q̄escere dꝫ s'z nāꝫ: ꝛ a quo mollificatū est. i. ꝑꝑ molliciē egressuꝫ est. Et post reduc^{nem} ei⁹. dixit Aui. emplet̄ cū ēplis qb⁹ est v̄tus stiptica cōmixtis cū eis q̄ hn̄t v̄tute calefactiuā: sic̄ si mini

Cura dislocationis antique.

strant̄ galle: ꝛ balaustie ꝛ acatia ꝛ silia: cū aliquātulo castorei additi ꝛ vsnee: ꝛ iteꝝ subijciat quō est sic̄ nux cypssi: ꝛ iunipi ꝛ reliq̄ q̄ cadūt in emplis rupture. s. siphac: deinde stringat̄ sic̄ cap. s. cū ligatura. ℭ Emplm̄ optimū in h̄ sic fit. ℞. mirtilloꝝ galleꝝ ꝑsidie balaustie: acatie sumach spodij: karabe thur̄ sauine cypi castorei capilli rosaꝝ fruct⁹ tamarisci. an̄. ʒ. 5. farine molēdini ꝛ siliginis. an̄. ʒ. 5. ꝯficiant̄ postq̄ꝫ cribellata sīt cū vio rub^o stiptico ꝛ albumib⁹ ouoꝝ ꝛ supponāt̄.

ℭ De dislocatione genu ꝛ rotule eius. Cap. xvj.



Genu dixit Gal. vt ponit̄. 15. ꝯti. dislocat̄ ad diuersas ptes p̄terq̄ꝫ ad ptē anteriorē: q2 qm̄ oculus genu. i. rotula illud ꝓhibet tūc dixit declinabit ad interi⁹ in dislocatiōe: ꝛ ad exteri⁹ nō: eo ꝙ ꝓhibet cū capula ei⁹. ℭ Dixit Albuc. genu dislocat̄ s'z tres modos. s. ad exteriora ꝛ ad interiora. i. ad ptē siluestrē ꝛ domesticā: ꝛ ad infe^{ra} siue poste^{ra}: ꝛ nō dislocat̄ ad anteriora. Et. A. silr̄ dixit. ꝙ genu dislocat̄ ad oēꝫ ptē p̄ter q̄ꝫ ad anteriorē ꝑꝑ rotulā: ꝛ adiutoriū ei⁹. i. ligamētuꝫ ei⁹. Dixit. A. genu est velocis disloc^{nis}. s. ēt a cā extrinseca. ℭ Dix̄ ēt Gal. ꝙ dislocat̄ penes leuē motū in aliq̄ dislocatione. ℭ Dixit Aui. fortasse sunt absq̄ꝫ cā p̄ter deambulationē velocē: aut lubricat parū: sicut carnalis. s. ꝑs vt dixit lr̄a extra. ꝛ multotiens dislocatur absq̄ꝫ cā p̄ter saltum.

De signis

Dixit Albuc. signū dislocationis eius est vt p̄cipias infirmo ꝙ applicet crus suū ad coxā suā: ꝛ cum nō adheret cū coxa: tunc scias ꝙ genu est dislocatum.

De cura.

Dixerunt qdā ꝙ sicut dislocatio poplitis de facili fit: ita ꝛ facilr̄ restaurat̄: nā ꝑ se cū hō erigitur violēter sup crus ꝛ sup genu redit ad locū suū p̄ter ꝙ medicus opet̄ aliqd. Si āt nō rediret fit vn⁹ minister q teneat crus egri fortiter: ꝛ medic⁹ ip̄e palpādo genu in latū ꝛ in lōgū reducat ipsuꝫ quo facto ponat̄ desup petia ifusa in oleo ro. ꝛ exp̄ssa: ꝛ desup ponant̄ faldelle de stupa in aqua ꝑus infuse ꝛ bene expresse: ꝛ post expressionē intincte in emplo cōstrictiuo: ꝛ liget̄ cū fascia q̄tuor digitoꝝ lata. Et bn̄ firmet̄ ꝛ dimittat̄ sic vsq̄ꝫ ad 4^m vel 5^m diem. ℭ De reductione genu. dixit Gal. ꝛ ponit̄ vbi supra. ꝙ curari dꝫ per extensionem ꝛ mollitiē ꝛ restitutionē: ꝛ restituti cōstrictionē cū ligatura q̄ nō soluat̄ ad plures dies. Et dixit. quotiēs restituere volueris articulū genu sedeat patiens sup scamnū. deinde eleuet̄ pes eius modice: deinde duo viri auxiliū dent ad extendenduꝫ manibus ipsoꝝ de pte supiori ꝛ inferiori violenter: deinde chyrurgicus intromittat articulū in loco suo restituendo ipsuꝫ ei: deinde liget̄ condurabilr̄. al'r. cōdominabiliter. ℭ Dixit Albuc. restitutio omniū modoꝝ dislocationis genu est vt facias sedere infirmū rectū: ita vt iā extendat crus suū sup illud: ꝛ adhere dorsuꝫ tuū ad facieꝫ eius: ꝛ pone pedes ei⁹ inter pedes tuos: deinde adherere fac genu ei⁹ cum palmis ei⁹: et rectifica cū inter digitos tuos. deinde applica cū palma tua sub genu cū fortitudine. et minister alius trahat pedem tuū et extēdat donec redeat genu ad locū suum. ℭ Et Aui. dixit. sedeat sup sedē ꝓpinquā terre et eleuētur pedes ei⁹ parūper: deinde extēdat vir fortis manū suā d̄sup et desubtus extēsione forti et reducat restaurator iuncturaꝫ ad dispōnē suā et liget eā. ℭ Dix̄ Albuc. sig^m reductiōis ei⁹ est vt adhereat cū coxa in leuitate nō laboriose: deinde emplastra ip̄z: et adherere fac crus suū cum coxa: deinde fac ea sil' cū vitta trib⁹ dieb⁹ stare aut q̄tuor: deinde solue ipsaꝫ: et nō vtat̄ infirm⁹ ambulatiōe aliqb⁹ dieb⁹ donec ꝯfortet̄. Si aūt excusat̄ tibi reductio ei⁹ ꝑ dictū modū: tūc dixit Albuc. administra extēsionē fortē cū ligamētis: quoꝝ p̄cessit narratio in reductiōe anche ꝛc̄. ℭ Et aliqn̄ dislocat̄ rotula genu. et dixit. A. opꝫ tunc vt ponat̄ pes plane in terra: et reducat̄ rotula. deinde impleat̄ curuatura genu pānis ꝓhibētibus a duplicatione: et ponant̄ desup astelle resistētes ei in pte ad quā declinat. cūq̄ꝫ stringit̄: et adheret et firmat̄ nō duplicet̄ genu cū festinatiōe. s'z paulatiꝫ donec alleuiet̄ ei duplicatio.

Signa reductionis et regimē post ipsam

Reductio rotule.

¶ De dislocatione iuncture tali ⁊ ossium pedis ac digitorum pedum. Cap.xvij.



Dislocatur qñqȝ iũctura tali apud cal
caneũ. ⁊ dixit Guil. ꝙ cum
difficultate restituit͛ hec iunctura: ⁊ simlr̃ iunctu
ra rascete: ⁊ pectinis pedis: ⁊ difficultas restitu
tionis eius trahit͛ ex positione ossium rascete: ⁊
alioꝝ ossiuȝ puoꝝ pedis ⁊ dislocatio tali: qñȝ ẽ integra: ⁊ qñȝ
nõ integra. ¶ Dixit Albu. dislocatio eiꝰ fit: aut ad interiora: aut
aut ad exteriora: aut ad pteȝ domesticã: aut ad ptẽ siluestrẽ.

Et signum dislocationis eiꝰ est. vt videas calcaneũ
inflatũ ad partẽ ad quã dislocatur. sup.
⁊ in alia parte concauum.

Et cura eius est prima cure dislocationis sui cõparis
in manu. ¶ Dixit Aui. si disloca͛ calcaneꝰ in
diget extẽsione forti: ⁊ curatione. al's. coartatione ⁊ cõpres/
siõe vehemẽti: ⁊ ipulsiõe cũ fortiꝰne vt redeat: ⁊ h̃ qñ disloca
tio ẽ integra: deinde oȝ vt dimittat deãbulationẽ circiter. 40ª
dies. vt nõ disloce͛ 2º. Et dixit. inquit antiq oȝ vt extenda͛
infirmꝰ sup dorsuȝ sup terrã: ⁊ ab eo ꝙ est inter coxas eius
⁊ albafagi paxillus figa͛: aut resupine͛ ifirmus sup dorsuȝ
sup terrã: ⁊ sic paxillus lõgus intrãs ꝓfũditatẽ terre nõ per
mittẽs corpꝰ eius moueri cũ ꝓcedit pes eiꝰ ad inferiora: ꝙ
si pñs tibi fuerit lignũ magnũ in cuiꝰ medio diximꝰ ẽẽt aliud
lignũ fixũ: tũc opȝ vt sit minister tenẽs coxã: ⁊ extẽdẽs eã: ⁊
minister aliꝰ extẽdẽs pedẽ: aut manꝰ eiꝰ aut ligamẽtũ ꝼm
ꝯtrariũ extẽsiõis ꝑmi: ⁊ equet tũc medicꝰ manu sua sepõnẽ:
⁊ teneat minister alius pedẽ aliũ ad iferiora. Et opȝ. dix. A.
vt post eq̃tionẽ lige͛ ligamẽtis fortibꝰ: ⁊ vadat cũ pte liga
mẽti ad pectinẽ pedis: ⁊ cũ pte eiꝰ ad calcaneũ: ⁊ lige͛ illic
opȝ tñ vt caueat͛ ex neruis: ⁊ venis q̃ sunt sup cauillã poste
rius. ne sit sup eis strictura vehemẽs: ⁊ vt ꝓhibea͛ infirmꝰ
ad ambulatiõe. 40ª diebꝰ. isti. n. si conant͛ ambulare añ non
sana͛ ꝼm ꝯplemẽtũ: ⁊ dissoluit͛ in eis mẽbrũ ⁊ corrũpitur
curatio. Dixit tñ Guil. ꝙ extẽsio fiat paulatine cũ puo dolo
re ꝼm ꝙ fuerit posse: ⁊ ꝙ facta restauratiõe pona͛ sup loco
petia in oleo rosaꝝ ⁊ expssa: ⁊ sup eo emplm cõstrictiuũ cum
faldellis de stuppa ⁊ lige͛ nõ nimis stricte: ⁊ vt nõ mortifice͛
locꝰ: ⁊ sup crus pona͛ ꝓhibitiuũ fluxꝰ hũoꝝ ad locũ. ¶ Et
dixit. A. si separe͛ os tali ex saltu: nã illõ accidit multotiẽs:
aut accidit huic mẽbro apa cal'z: opȝ tũc vt ꝓpare͛ h̃ mẽbꝝ
nitatē & approximationē extremoꝝ. ¶ Dixit Auic. frustra q̄ nō decēter ɔponūt solutū inter os & restaurationē qñ frāgit. alꝭ ɔstringit grauit: & q̄ remanēt iter duas fissuras ossis nō ꝑmittūt vt adhereat vna eaꝝ alteri: sꝫ sepant: q̄re fit vlc⁹ in quo sꝑ aggregat virus. q̄re accidit vt ipꝫ putrescat & putrefiat mēbꝝ. in loco aūt ɔcauo vbi abscisi & semoti sūt saniēs virulēta in ꝓcessu tꝑis gñat: q̄ erit cā putrefactionis loci & toti⁹ mēbri. Si vō nō hꝫ dentes sepatos: sꝫ in pte cū osse ɔiūctos: tūc dixit Gal. 6⁹ de inge. san. opꝫ ptes abscisas ossis extēdi: ita vt vna ab altera differat aliquo iteruallo: & tūc oꝫ vnūquēqꝫ dentē ad locū ꝓpriū reducere: qḋ nō pōt fieri nisi ambe pt. s abscise nimiū retrahant. opꝫ. n. tractionē earum esse tā magnā q̄ nō solū trahant ptes abscise ossis fracti tm̄ q̄ztū trahūt in fractura nō dentali: sꝫ ēt vltra ad locū magis distantē vt ꝑ illā distātiam possit vnusq̄sqꝫ dens fracture: in quacūqꝫ ꝑtiū abscisaꝝ fuerit ɔueniēter & sine difficultate reduci & restituere ꝓprie cōcauitati. ¶ Ad rōnē aūt mēbri siue extēsionē faciē. dā medic⁹ velut istris: aliqñ manib⁹ vtit: aliqñ fune aliqñ istro qḋ fecit Hyp. qḋ dr̄ fuisse sile torculari q̄ trahunt baliste grosse vt tēdāt. dicūt. man⁹ sola sufficit qñ fractura est in osse puo: & man⁹ & funis simul & torcular qñ est in osse maiori: ampli⁹ funis: & torcular exigunt in fractura dentali multoꝝ & diuersoꝝ: & vbi maior q̄rit extēsio. Et dixit auctor cōpēdij. opꝫ te studiū hr̄e ne cā multe extēsiōis dens aliqs frāgat: & ibi remaneat. illo. n. ibi remanente caro nimiā sentiet pūcturā, qua de cā tumor gñat: & apat aliqñ spasm⁹. ¶ Dixit Albu. necīa est extēsio mēbri fracti ex duabus ptib⁹ siue man⁹ sit: aut pes: aut cū manu tua: si mēbrum est puū, aut cū duab⁹ funib⁹: aut cū fune & manu.

Signa restauratio nis siue replasmationis. & deuicte facte.

¶ Facta aūt replasmatione medic⁹ attēte ɔsiderare oꝫ an replasmatio tm̄ fcā sit. Duo aūt signa maxie h̄ ośdūt. p^m est sūptū a suo cōpari vel a suo situ: a suo cōpari sumit in membris duplicib⁹: sicut sūt brachia & crura: & silia. cū. n. videris mēbrū fractū sile oīno existere in pōne & figura sua suo cōpari sano & crus fractū cruri sano: silr̄ de alijs hn̄tib⁹ cōpar. Dix̄ Aui. in fractura q̄ est in osse: oꝫ vt duo ossa stēt hꝫ rectitudinē siue q̄ possis est obseruādo illud ex pte sit⁹ ꝑtiū ossiū sanorū: q̄ si mēbꝝ fractū nō habuerit cōpar: tūc sumit indicatio a suo situ in alio corpe. Dixit Aui. cōsidera an sit oppō hui⁹ fracti ad suū ɔpar ossis alteri⁹: verūtñ ad hoc iudiciū oḋdūx opꝫ scire an mēbꝝ fractū tpe sanitatis fuerit hm nāle debitū situ illi mēbro. multi. n. hn̄t aliq̄ membroꝝ. sup. dissūa a situ nāli: & si ita fuerit: tūc opꝫ mēbꝝ illud reducere ad situ quē habebat tpe sanitatis: & nō situ simil'r mēbro hoīs alicuius: qḋ ēt cōsiderādū est qñ fit cōpatio ad suū cōpar in eodē corpore. multi enīꝫ sunt q̄ hn̄t alterū brachioꝝ vel cruriū tortuosuꝫ: & nō hm debitū situ nālē. Cūqꝫ aliud corp⁹ ad cōparandū mēbrū fractū eligit oꝫ eligi corpus qḋ sit corpori patienti sile in habitudine & etate q̄ztū posse fuerit. ¶ Scōm signū est sūptū tactu ꝑtitū: vt innuit Gal. eodē. 6. de inge. san. Oꝫ enīꝫ medicus man⁹ suas ponere sup locū fractū: & eū ducere blande ad supi⁹ & inferi⁹ nō solū semel sꝫ pluries. & in hoc tactu oꝫ ɔsiderare duo p̄cipue. Primum est: an inueniat aliquā grossitiē: aut eleuationē, aut depressionē & cōcauitatē. 2^m est, an inueniat eger ex tactu illo dolorē: aut pūctionē, & si aliqḋ hoꝝ inuenerit replasmatio debite facta nō erit. q̄re tūc ɔsiderandū est: & si nō fuerit ibi frustū ossiuꝫ pungēs: tūc iteꝝ distrahat & extēdat mēbrū & medicus q̄ bn̄ cōsiderauit locū defect⁹: in quo euenerit ɔcauitatē vel eleuationē oꝫ conari toto studio ptes optime collocare vt totalr̄ equet membri reformatio. & si adhuc 2⁹ nō debite reformatio facta fuerit oꝫ illud facere 3⁹ & 4⁹: & donec debite sint restitute ptes oēs locis suis. ¶ Dixit Aui. si inuenis eminētiā rectifica eā cū manu. Et dixit. si fuerit cū fractura aliqḋ ex frustis & ossibus paruis: tūc si fuerit ledēs faciēs dolorē: tūc vade ad illō cū retificatione. s. mō dicto. q̄ si nō fuerit ledēs: tūc nō cures de ea neqꝫ appones manum: neqꝫ meli⁹ est egro sic remanere

In fractura facta cū vulnere & sine vulnere vbi frustra ꝑ pūgentia remāserit qḋo sit ꝓcedēdū in operatione.

absqꝫ lesione q̄ꝫ iterato sustinere ꝓtractionē & extēsionē. Et dixit. si nō redit frustū ad locū suū: sed fuit sepatū pungēs: & dolorē faciēs: tunc necessariū est scindere. & vti regimine ad extrahendū illud: & si fuerit hoc frustū in fractura cū vulnere: tunc nō dilates disruptionē & vulnus ꝑ̄ remouere illud frustū: imo presens sis. s. cū diligēti studio vt videas mensurā qua indiget. s. de ꝑforatione supra locuꝫ eius & ꝑfora hm q̄ztitatē qua egrediat ex ea frustū & cōpone ipsuꝫ frustū leuiter sup qḋ possit esse foramē spissuꝫ & penetrat frustū in ipꝫ: & tūc preme sup ipsuꝫ cutem per manū ɔpressione generāte eas ambas. s. man⁹. debēt. n. vna poni sup aliā ad premēdū vel eas ambas. s. res. s. cutē & frustū, & tūc mediante illa pressione ꝓcedat os in foramen ꝓcessione ꝓcedēte a radicē vsqꝫ ad radicē suā. s. ossis donec serret cū serra opōnis. & sit serra subtilis acuta sicut serra faciens pectines. Qñ. n. accidit in fractura ossis vt aliqḋ frustū separet nō hm totalitatē suā: sed cū altera extremitatū remaneat cōtinuū & cōiunctū cum osse & emineat: & nō possit reduci ad locū suū ita vt timeat: q̄ nō pōt inuiscari & ligari per porū sarcoydē si derelinquat a regimine nature & derelictū corrūpat & corrūpat os: cui⁹ est frustū, si qdē fractura fuerit cū vulnere: & nō fuerit frustū in loco vulneris, tūc fac vt dixit Aui. nō dilates vulnus ꝑ̄ ꝑuenire ad illud frustū: sed sup locū aperi cutē vsqꝫ ad ipsuꝫ frustū. s. in cuspide eius qua pungit: aut ꝓpe ipsuꝫ donec remaneat cutis sup ipꝫ subtilis, & silr̄ faciēdū est vt multo magis in fractura siue vulnere: & tūc ꝑme fortiter manib⁹ eius cutē illā donec ꝑforet a cuspide frusti illi⁹: & egrediat ꝑ foramen illud: & tñ ꝑmere hēs donec egrediat: & nō remaneat: & silr̄ opꝫ vt secet: vel alr̄ abscindat tale frustū repertū in loco vulneris. ¶ De mō aūt abscisionis ei⁹. dixit Albu. si eminuerit os in aliquo loco corpis: & cū fractura fuerit: tūc est necesse vt seces ipꝫ hm hunc modū: & est vt accipias ligamētū & fasciaꝫ, & stringas ipꝫ in extremitate ossis eminentis: & precipe tūc alicui ministro vt extēdat illud in sursuꝫ: & hoc vt os magis exteri⁹ trahat vt liberi⁹ magis possit secari: & pone ligamētū aliud ex lana grossius ꝑmo ligamēto: & ligaꝫ sup carne q̄ est sub ipso osse supius cū ꝑmo ligamēto attracto: & extēde extremitates ligamēti vt extēdas carnē a supa inferius. & hoc oꝫ fieri vt elonget caro & nō ledat a serra in actu secationis: & detege ēt carnē sup locū quē vis secare vt nō ledas eā: & pone ēt lignū aut tabulā sub osse inferi⁹: q̄m qñ facis illud nō ꝓhibet serra qñ secet ptē corruptā ossis. Et Aui. ꝑmi 4ª ca⁹ 17⁹. dixit. q̄ si os qḋ est necesse secare fuerit frustū eminēs: qḋ nō possit aptari vt oꝫ nec sit in ei⁹ rectificatione fiducia & timeat ne corrūpat & corrūpat qḋ ē corā ipso tūc subleuauim⁹ carnē ab eo: aut scindēdo & decidendo ipsaꝫ: deinde ligādo ad diuersaꝫ partē extēdendo aut alijs ingenijs q̄ sensus ministrat & demostrat: & separabim⁹ inter ipꝫ & mēbꝝ nobile si ibi fuerit cū pānis: q̄ ipm custodiant ab eo: & postea incidem⁹: & dixit q̄rti 5ª fortasse ꝑforat radix ossis: & cm⁹ ꝑforatio necessaria est cū trepano faciendo foramina ɔtinua accipiēdo locū eius, cui⁹ q̄rit fractura: & illud nō est auferēs timorē. i. iste modus abscisionis ossis non est absqꝫ timore in loco vbi post os est corpus nobile: licꝫ in alijs locis fortasse sit saluius. s. amouere os cum trepano q̄ꝫ facere illud per instrā mouētia motu suo: aut sollicitudine: aut collectione: aut incisione sua. Et dixit. fortasse ingeniat vt ponat trepanū sup latitudinē sub hꝫ vt lignū vel alteri⁹ rei nō ꝑmittētis trepanū penetrare nisi hꝫ q̄ztitatē ɔueniētē: q̄re est tūc minoris nocumēti q̄ꝫ instrā mouētia vt sūt serra raspatoria: & silia: & ꝑ̄ h̄ oꝫ vt sint apud restauratores trepanoꝝ istoꝝ spēs plures ꝑpate. Et dix̄. qñ fuerit illō qḋ factuꝫ est illud cōminutū magnū & fuerit eius fractio & cōminutiō plurima: tūc necesse erit vt extrahat totū. Si aūt fractura non fuerit cū cōminutiōe, & fuerit dislocatio ei⁹ sepatio: & scissura capiēs locū ꝑlm tūc icide ifirmiorē locū: & dimitte reliquū: q̄ñ nō ē noc^m in eo: imo noc^m in abscindēdo totū ē magnū.

Modo ingenio secādum sit os supfluum infracturis.

Restaurãtio fracture tardari nõ oꝫ nisi sit ꝓhibẽs apa aut dolor vehemens.

¶ Nõ aũt opꝫ vt restauratio tardetᷣ. Dixit Aui. opꝫ vt restaurator festinet ad restaurãdũ illud qḋ est fractũ ⁊ restauret in die suo. i. ea die qua accidit: qm̃ q̃ꝫto plus elongatᷣ tãto est introitus eiꝰ difficilior. i. tãto magis difficulter reducuntᷣ extrema ossiũ ⁊ frusta ad locũ suũ: ⁊ nocumẽta in ipso euenientia sũt plura ⁊ maxime in ossibꝰ q̃ circũdant lacerti ⁊ nerui plures sicut coxa. Et dixit ad festinãdũ restaurationẽ opꝫ ꝙ restaurator adiuuet se cũ causis cõtrarijs oppositis p̃dictis: qꝛ cãis q̃ fecerũt fracturã: ⁊ cãis ꝓhibẽtibꝰ restaurationem inq̃ꝫtũ poterit. ¶ De ꝓhibẽtibus aũt restaurationẽ. al's. restaurationẽ fieri est apa: aut intẽsus dolor loco p̃cussis, aut accidẽs in hora restaurationis. apa. n. ꝓhibet inuentionẽ inclinationis ossis: ⁊ quãcũqꝫ partẽ inclinauerit ⁊ a qua p̃te habeat restaurator incipere reductionẽ eius: amplius timetur ne ꝓpter dolorẽ inducẽdũ in extentione mẽbri: quã bñ fieri ꝓhibet apa: apa ipsiꝫ nõ recipiat incremẽtũ doloris: ⁊ ꝓsternit virtutẽ: ⁊ nõ patitᷣ dolorosas p̃tes extẽdi ⁊ tractari vt in reductione ossiũ ꝯuenit. ⁊ nõ solũ hoc facit intensus dolor p̃cussis: sed ẽt accidẽs in hora restaurationis. ¶ Dixit Albu. opꝫ vt incipias ab hora tua restaurationẽ anteq̃ꝫ accidat apa calida. qḋ si iã accidit: tũc dimitte ipꝫ diebꝰ aliquot donec quiescat apa: deĩde equa. Et iterũ dixit. in fractura cũ vulnere in illa eadẽ die: ⁊ nõ postponas illud si nõ accidit apa calidum. sup. aut dolor vehemẽs. Si v̇o apa iam accidit tunc dimitte restaurationẽ vsq̃ꝫ ad diẽ nonũ donec sedetᷣ apa. Et nõ ꝓpinques ei in die 3° ⁊ 4°. s. ad restaurãdũ sicut multi faciũt qui nõ expectãt vltra 4ᵐ diẽ. nã tu faceres ei accidere accidentia mala. ¶ Et dixit Auic. cũ volueris facere restaurationẽ: deinde dolet ⁊ inquietat: tũc rectiꝰ est vt dimittas illud ⁊ extrahe. i. remoue qḋ redire fecisti: fortasse eñi remouebis infirmũ per illud a doloribꝰ. Intẽtio ĝ in his casibꝰ est ad medicãdũ apa in p̃mis ⁊ sedãdũ dolorẽ, deinde redeũdũ est ad reducẽdũ ossa fracta in locũ suũ. ¶ Cũ ergo extẽderis ⁊ reduxeris ossa in locũ suũ auerte aduẽtum doloris sui post. Tũc dixit Aui. cũ inueneris opõnẽ. al's. oppõnẽ partiũ ossiũ rectificatã vt mollifices extẽsionẽ paulatim: ⁊ in mollificatione extẽsionis obserua vt nõ declinet cũ attractione ad aliquã p̃tem ⁊ obserua cũ manu tua: ⁊ tenẽdo eã sub loco fracture ad sustentãdũ cõpositionẽ eius qḋ decenter cõposuisti. ¶ Et scias ꝙ qñ incipis restaurationẽ facere: si nõ sit ꝓhibẽs opꝫ vt cõpleas eã: ⁊ ꝑfecte reduces. Dixit Aui. cũ restaurator peruenit ad fracturã, ⁊ inuenit eã si nõ exq̃site operatᷣ in eo deturpatᷣ mẽbrũ. sup. ⁊ nõ põt bñ in solitas opõnes. Si aũt fuerit ꝓhibẽs: ⁊ ipse exq̃site operatᷣ: perducit ad spasmũ, ⁊ febrem prauã. quare est tunc meliꝰ vt dimittat ⁊ nõ tangat ipꝫ. Cuꝫ eñiꝫ incipit peruenire ad restaurationẽ p̃tiũ ossis: ⁊ nõ penetrat. s. p̃s in locũ suũ, nõ opꝫ vt faciat viꝫ ⁊ molestationẽ magnã ꝓ reductiõe eiꝰ ẜm oẽm dispõnẽ eius: qm̃ ingreditᷣ sup infirmũ ex accñtibꝰ qḋ est maiꝰ ⁊ deteriꝰ q̃ꝫ vt remaneat os nõ equatũ. ¶ Facta aũt replasmatiõe. dixit Aui. necessariũ est ligamẽtũ cõseruãs quietẽ suã. i. plasmationẽ suã infirmitudine. Et de ligamẽto q̃dẽ fiet capitulũ speciale.

Cũ incepe ris restau rationẽ compleas eã nisi fue rit prohibẽs: tũc dimitte.

¶ De fractura ossis in speciali. Cap. xliiij.



Scissura ẜm longitudinẽ ossi eueniẽs. Dixit Auer. 7. colliget ligatura sola cũ bono regimine sanatᷣ. De ea tñ loquẽs Gal. 6. de inge. sani. dixit. ꝙ pars ossis q̃ foris est egressa. idest que eminet versus p̃tẽ extrinsecã vt ꝯtingere põt in scissura separante os ẜm longitudinẽ in totũ: ita ꝙ vna pars sit ab alia separata est interius fortiter reducenda. s. cũ cõpressiõe fortiter desup: ⁊ facta ⁊ reducta forti ligamento est cõstringẽda: ita ꝙ vt dicũt plus oꝫ cõstringi q̃ꝫ. s. fractura que fit ẜm latitudinẽ. ¶ Dixit Aui. in fractura cuꝫ longitudine sufficit ꝙ mẽbrũ adhereat cum strictura forti: ⁊ vehemẽtiore q̃ꝫ in alijs in cuius cõpressiõe vltimatio fiat ad interiora. s. si exterius eminuerit vt dictũ est. fractura aũt eueniens in latitudine nõ totali: sed ẜm p̃tẽ ossis silr nõ egettnisi ligatura ad sui curationem: ⁊ ligatura ẽt in ea nõ debet esse multũ arcta: imo minus q̃ꝫ in alijs. ¶ Cum vero accidit fractura in vulnere: tũc cura eius q̃nq̃ꝫ vertitᷣ ad fracturam: ⁊ q̃nq̃ꝫ ad vulnus: ⁊ vt patuit per Albuc. curatio fracture oꝫ precedere curã vulneris. Non enim impedit vulnus curam fracture: sicut q̃dã putant: ⁊ sanant vulnus p̃us. Aui. v̇o dixit: ꝙ qñ cõgregantᷣ fractura ⁊ vulnera: tũc nõ est possibile vt differatᷣ restauratio vsq̃ꝫ quo sanentᷣ vulnera. Si. n. differtᷣ os interius induratᷣ, ⁊ nõ recipit postea curationẽ nisi cum prauitate ⁊ extensione vehementi: ⁊ accidentibus maximis: ⁊ hoc habet veritatẽ nisi vltra vulnus adsit aliquid de ꝓhibentibus restaurationẽ predictis. ¶ Dixit eniꝫ Aui. qñ accidit in fractura cũ vulnere apostema ⁊ dolor: in q̄bus est timor. sup. dimittẽda est restauratio. nã ꝙ accidat tortuositas in mẽbro melius est q̃ꝫ vt accidat ei timor magnꝰ. opꝫ ergo vt rectificetᷣ de ea illud qḋ cũ facilitate restaurari potest. Et nõ opꝫ dixit Aui. ꝙ in hḋ fractura aduenìatᷣ ad vltimũ in restauratione. Cũ ergo volueris fracturã cum vulnere restaurare ꝯsidera p̃us si fuerit cũ vulnere cõtusio: ⁊ extrahe de cõtusione sanguinẽ p̃us scalpellãdo locũ. ¶ Dixit Aui. qñ fuerit in fractura attritio. s. cõtusio: est tunc timor de corrosiõe. al's. de corruptione mẽbri. i. ꝓpter ꝯculcationẽ sanguinis in loco ꝯtuso: q̃re oꝫ vt scalpelletᷣ locꝰ ⁊ egrediatᷣ sanguis. qm̃ in ipso est timor. s. si retineatᷣ: ⁊ timor est ne corrumpatᷣ sanguis: ⁊ moriatᷣ membrũ. hoc idem ẽt oꝫ attendi in fractura cũ contusione absq̃ꝫ vulnere ⁊ cõsidera si sanguis ex vulnere fluat: ⁊ si sic restringe ipꝫ. ¶ Dixit Alb. si vulnus effluit sanguinẽ: tũc opꝫ vt ꝓperes ad abscĩsionẽ eiꝰ, ita vt puluerizetᷣ sup ipꝫ gypsi tritũ. Et Aui. dixit. si fluat sanguis vt retineatᷣ. ¶ Et ꝯsidera si os fractũ est eminẽs supra cutẽ detectũ. Nã si sic fuerit. dixit Albu. tunc opꝫ vt coneris reducere ipm̃, ⁊ eq̃re ipꝫ manibꝰ tuis cũ facilitate ⁊ extẽsione p̃ua. Si aũt nõ p̃paratᷣ extensio eiꝰ: ⁊ ipsiꝰ eq̃tio manibꝰ tuis: tũc reduc ipꝫ cũ instr̃o qḋ sit ex ferro: cuiꝰ lõgitudo sit q̃ꝫtitas. 7. aut. 8. digitorũ: ⁊ eiꝰ latitudo sit ẜm q̃ꝫtitatẽ vulneris: ⁊ ꝑꝑ illud necesse est medico vt accipiat ex eis tria. vel quatuor ẜm q̃ꝫtitatẽ qua indiget ad illud ex curatione in oi specie fracture, ⁊ sit rotundũ. ⁊ sit grossitudo aliq̃ in eo vt nõ dupletᷣ apud cõpressionẽ sup ipꝫ in hora opõnis: ⁊ sit acute extremitatis cuꝫ sit margo in extremitatibꝰ suis: ⁊ sit supiꝰ eiꝰ ad grossitudinẽ ⁊ medietatẽ eiꝰ vsqꝫ ad iferiora: ⁊ opꝫ vt ponatᷣ acuitas eiꝰ vsq̃ꝫ ad iferiora: ⁊ opꝫ vt ponatᷣ acuitas eiꝰ curuata sup extremitatẽ ossis eminẽtis, ⁊ impelle ipꝫ cũ eo vice vna donec qñ redit os: ⁊ equatᷣ q̃dã eq̃tiõe. ⁊ conare eq̃re extremitates fracture adinuicẽ: ꝙ si extremitas ossis fracta est subtilis: ⁊ nõ accipit eã instr̃ꝫ acceptiõe bona: tũc opꝫ vt incidas extremitatẽ illã donec instr̃ꝫ eiꝰ hẽat p̃titẽ. Si v̇o nõ poteris reducere os cũ eo qḋ ꝯuenit ex icisorijs: tũc serra ipꝫ cuꝫ serra ẜꝫ ꝙ poſe est tibi. ¶ Deĩde rade id qḋ remanet in osse ex aspitate ⁊ corticibꝰ minutis: deĩde reduc eũ ad locũ suuꝫ nãlẽ. Et sigᵐ reducᵗⁱˢ eiꝰ ẽ qñ pꝰ reducᵃᶜᵐ tuã ifirmꝰ nõ iuenit dolorẽ vehemẽtẽ tẽdẽtẽ. Cũ v̇o ꝯp̃hẽderis nihil p̃dcõp ad ex̃. tũc reducẽ õbes cũ ci facilitate poss: ⁊ oi sbtilitate ingenij tui p̃tes ossiũ fractoꝝ ad locũ suũ ⁊ verã oppõnẽ eoꝝ. Semp tñ añ ⁊ post reducᵃᶜᵐ regrere õbes si in aliq̃ p̃te inueneris frusta aliq̃ ossis fracti: ⁊ si q̃dẽ aliq̃ separata oĩno ab osse inueneris cũ tenaculis vel picicarollis ex̃hibere illa cũ facilitate conaberis: qḋ si facil'r ea ex̃hibere neq̃ris: tũc dimitte illa nãe. Meliꝰ. n. est dixit Aui. vt nõ festinetᷣ in ex̃ctione eoꝝ. s. cũ difficultate: imo dimittatᷣ nãe vt expellat ea vel adiuuetᷣ cũ attractiõe p̃ua cũ eis. s. instr̃is cõmodis ad ex̃hibendũ ea in spatio nõ festino. debẽt. n. moueri leuiter cũ instr̃o: ⁊ paulatine trahi. et h̃ vt nõ idurentᷣ in loco et nõ possit ea nã postea mouere: ⁊ et oꝫ h̃ iterari multotiẽs vt in multis et multis vicibus sit auxiliũ nãe sufficiens vt nã expellat ista. aut sup. aut iuuetᷣ cũ medicinis ex̃hibentibꝰ infixa et ossa fracta, de q̄bus dicetᷣ infra in ca° de extractiõe sagittaꝝ et infixoꝝ corpori

Cura fracture cũ vulnere ⁊ eiꝰ accidẽtibus.

Modus reducẽdi os fractum.

De modo extrahẽdi frusta ossium fractorum.

qbus est cinis lumbricoꝝ terre. cū enī miscet̄ cū melle ⁊ superponit̄ vulneri ossa fracta extrahit. ℭ Dixit tñ Auic. non moueant̄ cū medicinis neqʒ cū opōne manus .s. violenter, nā qḋ extractū est violēter nō euacuat̄, quin faciat accidere vlcera fistulosa. Cū aūt incipit ea expellere nā ad cutē ⁊ incipiunt exire iā separata sunt, tunc extrahe ea. Et dixit Auic. hec est iudiciū in frustis ossiuʒ ⁊ pāniculis, de quoꝝ v̄tute est vt manifestent̄ .s. p expulsionē coꝝ a nā qualia sunt que totaliter separata sunt. nā cū tu ꝓperas, ⁊ extrahis ea violēter tūc est in ea timor spasmi ⁊ ꝑmixtionis rōnis ⁊ febriū. ⁊ hoc pp dolorem quē infers in violenta extractione coꝝ, ⁊ maxime añ digōnē plage. post digōnē aūt nō est timor tāt⁹. ℭ Dixit Aui. si fuerit saniosa .s. plaga nō est magnum eis nocu[m] .s. in extrahēdo ea medicinis vel manib⁹. ℭ In hoc cap° posuit aliquas medicinas attrahētes frusta ossiuʒ. ⁊ ait. si vis scire medicinas illius .s. attractionis, tūc de illis est medicamen hȯ, sumat̄ oleū vetus ⁊ cera citrina ⁊ sordities vasoꝝ .s. apū que vetera sunt .s. ipsa vasa ⁊ ista sordities vocat̄ mumia ⁊ sit vtraqʒ .s. cera ⁊ mum q̄ʒtū est oleū ⁊ soluant̄ oīa. Deinde sumat̄ pars .i. euforbij: ⁊ ꝑtes .ij. lactis titimalli: ⁊ ptes .iij. aristo. loge: ⁊ fiat ex eis cerotū. Et dixit. medicamen aliud sumatur armoniacū ⁊ bdelliū ⁊ soluant̄ cū oleo de lilio. Deinde aggregādo totū cū ɔstrictione fiat emplm ⁊ ponat̄ desup: h̄ enī est de illis que extrahūt ossa cū facilitate. ℭ In hoc mō curationis quo dimittis frusta nature ad emittēdū ea si dolor interim sit vehemēs intēdēdū est ad sedationē ei⁹ ⁊ ꝓhibitionē defluxus māeꝝ ad locuʒ vulneris. si aūt frusta ossis in vulnere reperta nō fuerit separata: tūc fac ⁊ ꝓcede cū eis vt dictū est in precedēti ca. ℭ Extractis aūt ⁊ reductis frustis ossiuʒ ad loca sua: tūc sit tua intētio ad sanādū vulnus. Et vt dixit Gal. codē .4. de inge. sani. huic vulneri ɔueniunt sicca. Hyp. n. precepit huiusmodi vulnera esse desiccanda, ⁊ p̄cepit q medicine sint de genere coꝝ q̄ cōsolidāt: ⁊ intellexit ōmissa vulneris mundificatione. p̄cipitqʒ q solidatiua non sint in initio infusa .s. in oleis, ⁊ cerotis vt nō fint in cā putrefactionis mēbri. ℭ Dixit Albu. si preterierūt vulneri multi dies ⁊ nō ɔsolidat̄ neqʒ abscindit̄ pus: tūc scias qḋ illic est fragio ossis praue, quare opʒ vt ingras vuln⁹ cū tenta: ⁊ si ossa illa sunt sep̄ata remoue illa ⁊ extrahe ea .s. mō dicto: ⁊ q̄ ex eis nō sūt s parata ⁊ pungunt mēbꝝ: ⁊ faciūt accidere dolorē conare abscindere ⁊ auferre ipsa oī mō quo poſe est tibi sup. aut reducere ea ad locū suū. sup. aut tu scias q sup os ortū est humiditas mucillaginosa ꝓhibēs ortū carnis sup ipʒ, tūc opʒ vt illa humiditas ab eo abstergat̄ ⁊ amoueat̄ cū medicinis habētib⁹ abstersionē fortē. ℭ Dixit Aui. qñ accidit fracture vt nō restauret̄ restauratione, de qua curet̄: tūc fiat in ea qḋ sā simile fricationi .s. cuʒ instr̄o fricatorio sicut fit in vlceribus que nō sanant̄ aut fiat fricatio cū pāno, aut sicut dixit. A. vtrisqʒ manibus donec auferat̄ viscositas villis debilis que est quasi ipsa nō sit aliud .i. nō appareat: quare accidit vt eleuet̄ in locū ⁊ impellat̄ ad ipsuʒ sanguis nouus bonus ⁊ coaguleı̄ super ipsuʒ arosbot fortcr ⁊ multotiens qdē alteratur color ossis ⁊ egrediuntur res similes corticibus ⁊ squammis propter fricationem.

ℭ De accidentibus consequentibus restaurationem ⁊ de fractura male restaurata. Cap. xlv.



De dolore.

De accidentibus que sequunt̄ ad fracturam, ⁊ aliquādo ad ipsaʒ restaurationem est dolor. dixit Auer. colliget. 7. q Hyp. p̄cipit q si dolor mēbro superuenerit ponant̄ super ipm medicine mitigatiue doloris, vt tu iam multotiens sciuisti eas. ℭ Et ex eis est defluxus humoꝝ apātis vel nō apātis ⁊ tollit̄ flux⁹ ⁊ mitigat̄ apē mō ɔsılr ei q dictus est in cura vulneris neruoꝝ cōpositi cū fluxu humoꝝ ⁊ apāte.

De fluxu hūoꝝ ad locum.

ℭ Dicūt qdā. si hūores añ restaurationē fluxerūt ad locū: tūc dʒ apponi emplm ex cōsolidātibus mixtis cū repercutientibus vincentib⁹ sup cōsolidatiua ⁊ glutinatiua, ⁊ cū eis est ꝓcedendū quousqʒ sedatus sit fluxus oīno. sedato aūt fluxu tūc cū consolidatiuis opʒ resolutiua misceri vincētib⁹ resolutiuis in mixtione: ⁊ cum istis ꝓcedēdū donec a loco fracture oīs tumor sit sublatus: ⁊ tūc puris ɔsolidatiuis est vtēdū quousqʒ porus sufficiens gn̄at⁹ sit ⁊ fractura cōsolidata: deinde dicūt. ɔfortādū esse mēbꝝ fractū fomētādo ipʒ cū vino rub. in quo decocta sint absinthiū mirtus calam⁹ aromaticus galla psidia sal mastix ⁊ rosa: ⁊ facta fomētatione supponat̄ oxicroceū sup corio: aut emplm qḋ sic fit. ℞. olei myrtini ⁊ mastici. añ. ʒ. ij. cere retine. añ. ℥. iij. masticis thuris colofonie. añ. ʒ. vj. nucis cyp. ʒ. iij. croci. ʒ. ß. ℭ Aliō quod cōuenit magis in tēporib⁹ calidis. ℞. olei ro. sepi arietini. añ. ʒ. vj. cere. lib. j. boli armeni: sanguis drac. psidie pulueris molēdini, masticis thuris. añ. ʒ. iij. ⁊ cū istis emplis: ⁊ silib⁹ cōfortandū est mēbrū. xv. diebus ⁊ plus ⁊ min⁹ s̄m magnitudinē mēbri: post ɔsolidationem fracture eius.

De pruritu.

ℭ Et ex eis est pruritus, de quo dixit Auer. vbi supra. q emprocādus est locus cū aq̄ calida: ⁊ de h̄ vt sup eo nō oriant̄ pustule: q si oriant̄ aut excoriatio aliqua leuis acciderit vnguēto ceruse in estate repmant̄ aut vnguēto litargirij i hyeme: ⁊ qñqʒ miscent̄ vtraqʒ vng[ta] in medijs tpib⁹.

De putrefactiōe accidēte in loco.

ℭ Et ex eis est putrefactio q̄ aliqñ pp idebitā stricturā ligature, aut sāguis in loco ɔculcatione superuenit mēbro: ꝙ q̄ʒ te opponere dʒ s̄ʒ q ɔuenit. ⁊ maxie in ꝓn° cācrenationis mēbri cū scalpellatiōe ⁊ sāguisugaꝝ appone: ⁊ alijs q̄ dicent̄: ⁊ dicta sūt in loco suo.

De duritie mēbri post restaurationē.

ℭ Et ex eis est durities in membro remanēs ipediēs mēbꝝ a motu ⁊ debitis opōnib⁹ suis. Dixit Albu. qñqʒ accidit nodatio in vestigio sanatiōis fracture p̄cipue q̄ est ꝓpe iuncturā cū fedat̄ ex ea figura mēbri: ⁊ fortasse ꝓhibet mēbrū ab opōne nāli: ⁊ cā eius est duplex, vna est durities hūoralis: nō multū idurata: aut aug[m] post vltra q̄ʒtitatē ɔuenietē ossi fracto, ⁊ alia est hūor multū idurat⁹, ⁊ q̄si ɔuersus in nāʒ carneā: ⁊ ista est ꝓprie q̄ facit dolorē nodosoꝝ. ℭ Medic⁹ dʒ in q̄lʒ solōne ligature regrere locū fracture ⁊ ducere manū leuiter sup ipʒ ⁊ ɔsiderare poꝝ q gn̄at̄, ⁊ si qdē inuenerit cū min⁹ s̄rilē debito: tūc addat in cibo gn̄atiuo ei⁹ ⁊ ꝓpet ligaturā suā s̄ʒ for[m] q̄ dicet̄: q̄ apta ē ad attractionē nutrimēti ad locū. ⁊ ɔ°. si viderit poꝝ supra q̄ʒtitatē ɔuenietē augeri dʒ cibū minuere, ⁊ ligaturā pare ꝓhibitiuā trāsmissiōis nutri[ti] ad locū. ℭ Si itaqʒ durities ex hūore nō mltū exiccato i mēbro restaurato remāserit dʒ medic⁹ conari illā mollificare duritiē. ēbrocet g locū cū aq̄ tpate calida in estate, ⁊ i hyeme cū aq̄ ɔcoc[tionis] radicū vlmi. ⁊ altee fenug. se. lini caricaꝝ ⁊ dactyloꝝ radicū acoris ⁊ cucu. añ. Et qdā oī tpe ēbrocāt locū cū ɔcoc[ti] pedū ⁊ capitū edoꝝ ⁊ arietū: ⁊ fiat illa ēbrocatio cū lana succida ifusa ⁊ expssa sup locū idaratū ⁊ ɔtinuet̄ p horā ⁊ plus. postea dʒ medic⁹ mēbꝝ cū leni pāno exiccare: et statiʒ post inūgere locū leuiter fricādo cū manu spatio lōgo cū vn[to] mollificatiuo: qḋ sic fit.

Hic pōit medic mollificatiuū duritiei q̄ remāsit post fracturaʒ ɔsolidatā

℞. medulle cruris cerui ⁊ vituli assūgie marmote ⁊ anatis anseris: ⁊ galline recētiū sine sale. añ. ʒ. j. olei. ami. dul. et amaraꝝ olī keyrini mucillagis fenug. se. lini ⁊ altee. añ. ʒ. ß. bdellij storacis liqde ysopi hūide. añ. ʒ. ß. cere citrine. ℥. j. et sūt q addūt pinguedies volatiliū et q̄drupedū siluestriū: et si adest estas addūt mucillaginē psilij et semē citonioꝝ. Et si fuerit hyems addūt galbanū armōiacū et pigue[dinem] castorei: ⁊ sūt q faciūt in dispēnib⁹ calefactiuis vl ifridatiuis. ℭ Post inunctionē āt p̄dictā supponē dʒ loco idurato ēplʒ de mellilotoe aut ēplʒ qḋ sic fit. ℞. assūgie recētis porci. ʒ. iiij. assūgie galline ⁊ anseris ⁊ butyri recētis. añ. ʒ. j ß. terbē. ʒ. j. mucillagis altee. ʒ. ij. olī keyrini. ʒ. iiij. bdellij opopanacis armōiaci. añ. ʒ. vj. dissoluāt gūme i vino ⁊ disso[lu]tiō cū ping[uedi]b⁹ liq̄fiāt ad ignē: ⁊ liq̄factis addat̄ farie fenug. ⁊ se. lini. añ. ʒ. j. mastič. ⁊ olibāi. añ. ʒ. iij. cere citrine. ℥. ß. ⁊ ɔficiat̄ ex eis ēplʒ. Hec āt reme[dia] ɔtinuare dʒ medic⁹ lōgo tpe ad h̄ q ɔseq̄t̄ effect⁹ mollificatiōis, qm̄ qḋ est exiccatū ⁊ iduratū: nō nisi in lōgo tpe mollificatiōnē recipit q si scā ɔuenieti mollific[atio]ne aliq̄ grossities i mēbro

remāserit leuiter dissoluētibus dissoluat. ¶ Si vero nodatio in mēbro fuerit: tūc dixit Albu. cōsidera ⁊ si nodatio est recēs administra in ea medicinas q̄ stipticitatē hñt sicut aloes olibanū myrrhā sarcocollā acaciā: ⁊ alia cōsilia vt accipias ex eis oēs aut quasdā ex eis ⁊ cōfice eas cū vino stiptico: aut cū albumine oui aut cū aceto. s. fm varias dispōnes: ⁊ pone eas sup nodationem in stuppa ⁊ stringe eā strictura bona ⁊ stricturā dimitte: neq̄ soluas ipsam. s. nisi post dies multos: ⁊ postea itera aliā donec remoueat nodatio. Et dixit. A. stringe sup ipsā laminā plūbeā decentē. plūbo. n. inest ꝓprietas remouēdi oē qd̄ tumet ex mēbris. ¶ Si aūt nodatio iā conuersa est in lapidē ⁊ ꝓuocat necessitas ad auferēdū eā: tunc finde sup eā ex superiori pte eius ⁊ incide supfluitatē eminētē aut incide eā cū qbusdā rasorijs ad hoc preparatis donec tota remoueat: ⁊ silr opʒ aliqñ hoc idē fieri in poro sarcoide magnificato ⁊ multū indurato, deinde curet vuln⁹ sicut cōuenit. ¶ Et si accidit ex accidētib⁹ remanētib⁹ post restaurationē mēbri restaurati subtilitas eius ⁊ gracilitas. Dixit Albu. qñ restaurat fractura ossis ⁊ remanet mēbrū subtile debile: tūc nō fit illud nisi pp alias cās multas: quarꝫ vna est multitudo solōnis ligamēti ⁊ solōnis ligationis ei⁹: nō fm ꝙ opʒ, aut pp supfluitatē stricture ligamenti donec ꝓhibeat nutrimētū currere ad mēbrū: aut pp multitudinē embrocationis supflue. s. mollificātis, aut nimium resoluētis: aut pp motus supfluos nō in sua hora: aut pp paucitatē sanguinis viscosi corpis infirmi ⁊ debilitatē ei⁹. ¶ Curatio ei⁹ est. dixit Albu. cibare infirmū. s. cibarijs copiosis boni sanguis grassitiuis ⁊ tenere facere corp⁹ ei⁹ donec multiplicet sanguis in eo ⁊ administrare balneū ⁊ intromittere gaudiū ⁊ letitiā super infirmū. Deinde pone picē supra locu vt attrahat pix nutrimētū multū ad mēbꝝ ⁊ assiduet embrocatio cū aq̄ calida sup ipsū donec currat ad ipsū nutrimētū ⁊ redeat mēbrū ad figurā suā nālē. Et in sūma regimē ei⁹ est regimē impinguādi corp⁹ aut mēbꝝ macrū. ¶ Mēbrū vero fractū aliqñ indebite ⁊ in mala figura restaurat: ⁊ nō fm debitā oppositionē partiū fractarꝫ, ⁊ hoc aut ꝓpter medici imperitiā siue negligētiā aut inaduertētiā ei⁹: aut pp inobediētiā infirmi: aut ⁊ pp indebitā ligationē ⁊ mot⁹ indebitos, ⁊ qñq̄ tpus aut ꝓpter siles cās: q̄re remanet tortuosū ⁊ in figura sua fedū, aut remanet nodatū vel cū eminētia sup osse. Cūq̄ sic remāserit est ꝯsiderādū: ⁊ si nō ꝓhibet mēbrū ab opōne sua nāli: tūc dixit Albu. nō opʒ vt accipias sermonē ei⁹ q extimat vt frangat mēbꝝ de nouo: sicut iam fecerūt multi medicorꝫ stolidorꝫ. nā h̄ cura est vituperabilis ⁊ culpabilis ꝑducēs ad timorē magnū: cui⁹ modi est mortale, ⁊ p̄cipue si os magnū fuerit vt adiutorij ⁊ coxe. Si aūt opō mēbri per illō ipedita fuerit: tūc ꝯsiderādū est an patiēs iuuenis sit ⁊ fortis an debilis ⁊ senex ⁊ an nodatio ⁊ an ꝯsolidatio fracture recēs fuerit an iam antiquata: ⁊ si quidē in corpe forti ⁊ recēs fuerit: tūc cōuenit vt de nouo iterꝫ frangat: ⁊ postea ad debitū sitū in vera oppositione ptes ei⁹ fracte restituant. Ad hoc aūt faciendū opʒ sup os ꝑus mollificare ita vt facilr obediat fractioni. ¶ Dixit Albu. embrocet cum aq̄ tepida in qua cocte sint ille res mollificātes: ⁊ supponat postea emplm mollificatiuū. ℞. ficus ⁊ tere cū fimo colūbino ⁊ suppone. ¶ Emplastrū valde vtile faciēs ad facilē ⁊ sine dolore fracturā. ℞. folia cicute ⁊ in aqua ꝑfecte decoque: ⁊ de ipsius decoctione multotiēs in die mēbrū fomēta ⁊ embroca: ⁊ ex folijs dictis cū assungia porci vel galline emplm cōfice ⁊ suppone. Hoc enim emplm in spatio. xx. dierꝫ aut paulo plus generatum arosbot sup osse mire mollificat: ita vt possit facilr frangi. Frangit aūt qñq̄ cū fricatione assidua: q fit cū manib⁹ hūdis. i. lenib⁹ vel humidis. i. illinitis aliquo mollificatiuo cū administratione mot⁹ mēbri: ⁊ ad oēm ptē in horis oib⁹. secuta aūt fractura: tūc fiat debita replasmatio: ⁊ fiāt alia sicut dictū est supra. Si vero restauratio indebita iam est antiquata, ⁊ sit cōpacta ⁊ fortis cōsolidationis: tūc dimitte eā. honoratiua. n. ⁊ salubus est sup infirmū maxie si senex fuerit. Si aūt ꝓuocat ad curationē ei⁹ necessitas aut q cogat medicus a patiente: tūc dixit Albu. opʒ vt secet ⁊ scindat sup eā ⁊ soluat ꝯtinuatio ossis ⁊ secet, qd̄ supfluit ex nodatiōe aut osse cū incisorijs subtilibus: ⁊ administret facilitas in illo cū solicitudine ⁊ studio. ¶ Cōtingit aūt qñq̄ ex osse aliquo incidi fm longū vel latū cū ense vel alio simili: aut perforari cū cultello vel sagitta p̄ter ꝙ frangat, ⁊ tūc curatio eius est cū eis que faciūt. sup os nasci carnē ⁊ q̄ ossa nuda carne vestiunt, de qb⁹ dicet in curatione solōnis cōtinuitatis cranei.

De subtilitate sup[er]flua membri restaurati.

De mala figura mēbri restaurati.

De cura perforationis ossis sine fractura.

¶ De modo ligandi solutas continuitates membrorum carnosorum. Cap. xlvj.



Ligatura est duplex. vna q̄ dr simplex: ⁊ est illa que fit sola fascia vel binda absq̄ puluillis siue plumaceolis vl' astellis. ⁊ alia que dr composita q̄ fit cū puluillis ⁊ astellis: quecūq̄ earꝫ qñq̄ fit in mēbris mollibus ⁊ duris. in hoc aūt ca°. de ligatura dicet cōueniente mēbris carnosis solutis in cōtinuitate corꝫ. ¶ Sciendū itaq̄ ꝙ modus ligādi variat varietate mēbri. s. ligati: ⁊ rōne modi solute ꝯtinuitatis ipsius ⁊ rōne finis: pp quē fit ligatura: ⁊ rōne morbi siue accntis ꝯplicati cū soluta cōtinuitate. Rōne qdē mēbri: ꝗ put mēbrū varietatē recipit rōne sue quātitatis magne vel pue: ⁊ rōne sui situs ⁊ colligantie. Ratione vero solute ꝯtinuitatis prout ipsa variat in quātitate cōtinua fʒ ꝙ est magna vel parua: ⁊ fm quātitatē discretam fm ꝙ est vna vel multiplex. Rōne vero finis: qm̄ finis ligādi vulnera in mēbris carnosis ponit esse triplex. vnus est ad vniendū ⁊ incarnandū labia soluta. alius est ad extrahēdū pus de ꝓfundo vulneris. ⁊ 3⁹ est ad cōtinēdū medicamēta. Rōne vero ꝯiunctorꝫ cū vulnere maxie variat ligatura rōne q̄ntitatis ei⁹ sic. nam mēbro puo fʒ plm simplex ligatura sufficit. in magno vero fʒ plm cōposita exigit ligatura. Rōne vero situs mēbri: qm̄ opʒ vt forma ligature talr sit ꝯstituta vt seruet membrū in suo nāli situ, ⁊ talr fiat ne mēbris cū illo colligationē hñtib⁹ lesio aliqua inferat. rōne vero vulnerꝫ diuersitatis sic variat ligatura. nā vulneri puo simplex sufficit ligatura. vulnus vero mediocre exigit ligaturā cōpositā cū plumaceolis. magnū vero vulnus indiget ēt sutura: de qua infra dicet. Dixit. n. G. vbi supra qñ ligatura simplex nō est sufficiēs: tūc ingeniauit Hyp. aliud ei inferre subsidiū apponēs plumaceola triangularis figure: ⁊ ea cū linamento iussit ligari: que plumaceola debent fm bases fracture adiacere ⁊ sup eadē fieri ligatura. Variat ēt ligatura fm sitū vulnerꝫ cadentiū in longitudine, vel latitudine corpis sui mēbri. Dixit Ras. 13. ꝯti. quotiens accideret ꝑcussio fm lōgitudinē soluēs: ligatio s. simplex sufficiens erit ad ꝯstringēdū orificiū vulneris. sup. sed si fuerit soluēs in latitudine nō erit sufficiēs ligatio simplex: sʒ exigitur cōposita. siue aūt exigat simplex siue cōposita de mō fiēdi ei⁹. Dixit Gal. 3. de inge. sani. si vis vt incarnet fissura adhere ei ligaturā incipiētē a duob⁹ capitib⁹: ⁊ nō ad aliquā ligaturā vadas, q: modus isti⁹ ligature ad incarnandū magis oib⁹ alijs opitulat. ¶ Dixit enim Ras. 14. ꝯti. si volueris ꝙ cōglutinet fissura fiat ei ligatio incipiens de vtroq̄ capite. ligatura aūt cū duob⁹ capitib⁹ est illa: in qua medium fascie siue binde ponitur supra vulnus. Deinde cum vno capitum eius ꝓcedit versus extremitatem membri vulnerati: ita ꝙ occupet de parte sana eius partem conuenientem: ⁊ cum altero ꝓceditur super alteram extremitatem similiter capiendo de parte sana. Verūtamen in tali ligatura semper debes incipere ligare cum capite fascie, qd̄ tendit versus extremitatem partis a qua poterit timeri vel suspicari de fluxu humorum ad locum vulneris. verbi grā. si vulnus fuerit in brachio debes incipere ligaturam cum capite qd̄ tendit versus humerū: ⁊ si fuerit vulnus in crure cum eo qd̄ tēdit versus genu, ⁊ q̄uis ista ligatura duorꝫ capitum possit fieri cū vna binda ponēdo mediū vt dictū est supra. vulnus

Modus ligādi variat ꝓpter quatuor.

pōt ēt fieri cū duab⁹ bindis: seu fascijs. ⁊ hoc duob⁹ modis. vno mō vt incipiat ligatura fieri cū vna binda a pte sana su periori mēbri: ea. s. a qua timet defluxus humoꝝ. ⁊ ꝓcedat cū ea descēdēdo vsq ad vuln⁹: deinde cū alia binda incipiat a pte sana inferioris mēbri: ⁊ ꝓcedat ascēdēdo vsq ad vulnus ibiq duo capita duab⁹ bindis conglutinent ⁊ suant ⁊ fortasse hic modus est facilior mō ligādi cū vna binda. Alio mō vt incipiat cū vna binda tāte lōgitudis vt possit accipe re ambas extremitates mēbri, ⁊ ligare a pte timoris deflux⁹ humoꝝ: ⁊ ꝓcedat cū ea ligādo vsq ad vulnus: ⁊ vltra vsq ad aliā extremitatē mēbri sanā: ⁊ tūc caput illud dēt seruā dū in manu ministri: deinde cū alia binda incipiat ligare a pte inferiori: ⁊ ꝓcedat vsq ad vulnus: ⁊ vltra vsq ad extre mitatē in qua incepisti ligaturā: ⁊ tūc capita ambaꝝ fascia rū in sua extremitate decēter nodent vel suant. Semp tamē scias siue cū vna fascia siue cū duabus fiat ligatura sup loco vulneris decēter fiēda est cū vna plicatura fascie: vel duab⁹ seu plurib⁹ donec certus fueris ꝙ labia in vnū cōducta fir ma seruent. si eni sic factū fuerit erit magne ꝯferētie. ❡ Qz si fixura siue vulnus fuerit magnū: tūc dixit Aui. erit tibi ne cessarium vt adherere facias labijs vulneris puluillos siue plumaceolos triāgulatos: super quos ligamen trāsiēs me lius vtraq labia cōprimat, ⁊ cōiungat: ⁊ cōiuncta meli⁹ ⁊ fir mius teneat: vt fortius hereant: ⁊ incarnent. hos puluillos seu plumaceolos triāgulatos. Ras. 14. ꝯtin. vocat pallotu las. ōbēt fieri pallotule. dixit ipse. ad sustinēdū labia ꝯiūcta: ⁊ que fiūt ad modū triāguli sūt meliores oībus alijs qm̄ re stringunt sup labia fissure tantū: ⁊ debet eaꝝ positio tali mō fieri ꝙ fissura ponat inter duas pallotulas: ⁊ vt vna ipsaru sit ex vna: ⁊ alia ex alia: ⁊ facta eoꝝ positione ligatio fiat de vtroq capite: ⁊ erit cōstrictio ligationis sup loca firmior, ⁊ vehemētior q̄ si essent pallotule facte in mo^m quadrati: qm̄ incōueniēs esset sup eas ligatio ad cōstringendū vulnus fcā de vtroq capite. ❡ De forma puluilloꝝ. dixit. A. situs pul uilloꝝ triāgulatoꝝ est ſm hoc exē^m: siue figurā. s. vt linea re cta existēs inter duos puluillos in figura sit fixura vulneris. ⁊ hoc siue vulnus fuerit ſm longitudinē: siue ſm latitudinē mēbri, ⁊ duoꝝ puluilloꝝ triāgulatoꝝ vnus sit. b. alter. g. cō politi decenter. s. decēter applicati facti de stuppis: siue de pā no lineo leni: ⁊ dz vnusq̄sq puluillus adherere suo labio cū duob⁹ capitib⁹ triāguli: ⁊ cū vno tātū ne ipellat totū labiū: ⁊ qm̄ si ipellat vna ps labij: ⁊ altera nō: non foret applicatio labioꝝ aliqualis ⁊ cōueniens ſm ea tota. 3⁹ aūt triangulus puluilli dz tendere v̄sus ptē sanā mēbri vt sup ipsu trāsiens ligatura premat equalr cū cōstringit ambos alios angulos puluilli adherētes labijs vulneris. puluilli enim triāgulati. dixit Aui. in hoc meliores sunt in aggregādo labia vulneꝝ q̄ q̄drati: qm̄ triāgulati coartāt super fixurā tm̄. s. quātū cō uenit. nō aūt quadrati: eo ꝙ ligamētū trāsiēs sup puluillos quadratos nō eque bene ipellit labia vulneris inuicē neq eque bn̄ cōtenet iuncta sicut trāsiens sup triāgulatos: qm̄ in triangulatis ꝓcedit ligatura super vno angulo. in quadra tis aūt super duob⁹. mō impulsio procedēs ex vno angulo fortior est ꝓcedēte ex duob⁹: q2 magis vnita est. Et ista liga tura ēt dixit Gal. eodē. 3° in tegni. ⁊ ponit. 3. compendij. sic: ligamētū qd ꝯgruit fiat sic. s. ꝙ mediū lintheī supra vulnus ponat ex trāsuerso: cui⁹ vna medietas ascendat, ⁊ alia descē dat in modū crucis quousq ipsis ꝯiunctis vtraq ps vulne ris cōiungat. Et subdit. aliqn̄ necessariū est vt plumaceolos apponam⁹ ibi: q sic sunt applicādi. s. vt vno ꝑus apposito in altera pte vulneris: ⁊ lintheo supra illū diutius inuoluto ali⁹ cū alia pte lintheī: similr inuolutus apponat. als. appositus inuoluat: ⁊ vt meli⁹ vtreq ptes cutis cōiungant. Et ſm quos dā. Gal. idē voluit. ꝙ si vulnus sit ſm lōgitudinē mēbri ꝙ ligamētū sit vsq ad mediū vulneris descēdēs. ⁊ hoc fiat hoc mō: vt sumant due fascie: quaꝝ vna incipit ab vna extremi tate vulneris: ⁊ altera cōsimilr ab altera extremitate ducat ad mediu vulneris: ita ꝙ capita cōcurrant sibiinuicē in me dio diagonaliter: qm̄ hec ligatura ſm hunc modu facta est cōuenientior ad retinēdū. ❡ Ligatura aūt que fit ꝓpter ex primere sorditiē ⁊ eijcere purulentiam a vulneribus solū cō uenit vulneribus habētibus cōcauitatē vel absconsiones in quibus virus retinet absconditū: aut nō aptū mūdificatio ni: cū manu: ⁊ talis ligatura dz fortius stringi in loco vbi est ꝯcauitas siue ꝓfunditas vulneris, ⁊ latius in orificio ei⁹. nā ꝑ stricturā factā supra fundū vulneris nō retinet sordities in eo: īmo extra profluit ⁊ expurgat. ❡ Fit ēt talis ligatura in vulnerib⁹ duoꝝ vel pluriū orificioꝝ oppositoꝝ ſm sursu ⁊ deorsum. nā in tali vulnere forti⁹ dz stringi ligatura sup ori ficio superiori vno vel pluribus ⁊ latius super inferiori. nā talis ligatura facit ad mundificationē partiū supioris vul neris, ⁊ eaꝝ citiorē incarnationē. ❡ Et dixit auctor cōpen dij. ligamētū forti⁹, vel minus forte fieri dz in loco ꝓfundi tatis vulneris ſm cōcauitatis q̄ntitatē ei⁹ maiorē vel mino rē: ⁊ tu sup. in orificio vulneris supiori silr dz ligatura stri ctior: vel minus stricta fieri ſm orificij q̄ntitatē maiorē vel mi norē distantiā orificij supioris ab inferiori in quoꝝ distātia siue spatio intermedio ligature strictura sp dz ꝓcedere mino rādo: q̄nto orificio inferiori magis appropinquat. ❡ Liga tura eni q̄ fit ad cōtinēdū medicamēta recipit diuersitatem ſm medica^{tor} q̄ntitatē: ⁊ eoꝝ fluxibi^{litem} ⁊ dēlitatē: grossitiē ⁊ subtilitatē. nā in medicamēto maiori in subtiliori ⁊ influxi biliori ligatura dz auctior fieri q̄ in eoꝝ oppositis. ❡ Pro dictis dixit Aui. 4° q̄rti. ca° de curatione vlceꝝ. scias ꝙ vl cera indigēt ligaturis ⁊ strictura ꝓp tres modos quoꝝ vn⁹ est vt currat sordities ex eis: ⁊ quare opz vt sit fortitudo stri cture eius a fine ipsi⁹: ⁊ mollificatio stricture ipsi⁹ apd orifi ciu eius: ⁊ vt incipiat strictura apud fundū vlceris vt exp̄s sio ei⁹ bona sit. Et scd̄s modus est vt seruet medicamen in carnatiuū sup vlc⁹. sup. ⁊ qd̄lz aliud medicamē appositu: ⁊ istud nō indiget strictura vehemēti. Et tertius modus est ad incarnationē labioꝝ, ⁊ opz vt nō sit strictura in ipso mollis ⁊ laxa apud duo labia: imo sit cōplicata ꝯplicatione ꝯueniē ti vt meli⁹ ꝯiungant labia: verūtn̄ nō opz ēt vt ista ligatura sit ita stricta ꝙ ꝑducat ad lesionē: ⁊ dolorē ita vt apostemet: īmo opz vt medic⁹ sit adiuuās ad ꝓhibendū apa. s. cū ligatu ra sua. s. vt nō faciat eā cū strictura forti inducēti dolorē: nec ēt ita laxā: vel paꝝ strictā ꝙ nō sit potēs exprimere hūidita tes: ⁊ expellere eas a loco vulneris ad alias ptes: vt nō cau sent in loco eius apa. ❡ Dixit Gal. 6° de inge. sani. ligamen tū si strictū fuerit. s. plus debito dolorem gn̄abit. Et si molle mēbꝝ a motione retinere nō valebit. sup. neq alias vtilita tes facere ꝓp quas fit mediocre. g̃ ligamētū in strictura fiet: cui⁹ mediocriter stricti mēsura. dixit auctor cōpēdij. talis est vt aliquātulū doloris sentiat patiēs: ⁊ hec eadē mēsura attē dēda est ēt in ligatura facta, vel q̄ fit i mēbris duris. Et scias ꝙ cū tu ligaueris debes attēdere diligēter si alterū labioru fuerit depressius aut altius: qm̄ debes tūc cum fascia tua qd̄ decliue fuerit subleuare: ⁊ qd̄ supra eleuatū fuerit deprime re: ⁊ sic ea reducere ad sitū debitu eis ſm nām. ❡ Rōne v̄o morbi seu accidētis cōplicati cū vulnere ligatio diuersificat: si. n. dolor fortis aderit expedit vt ligatura mollis fiat vt nō fiat aug^m in dolore ⁊ trahant mās. Si v̄o videris defluxu humoꝝ ad ptē vulneratā, ⁊ times ne apet fac ligaturā aptā repulsioni humoꝝ maxime ex pte ꝑ quā fit fluxus: ⁊ hec est ligatura mediocriter stricta: ⁊ conuenit in tali casu vt fascie sint ifuse in medicinis repcutiētib⁹: aut albumine oui: vino pontico, aut oleo ros. ⁊ silib⁹. ❡ Si aūt iā supuenerit apa: tūc opz vt ligatura laxa fiat quousq sedatū fuerit apa.

❡ Tps aūt solōnis ligature facte in mēbris dictis variat rō ne accn̄tiū: ⁊ rōne mēbri vulnerati: ⁊ rōne puris, ⁊ rōne tēpo rū āni: ⁊ regionū ⁊ siliu, ⁊ rōne putr^{ois} ꝯiūcte cū vulnere. Rōne accn̄tiū max^e flux⁹ sāguis: ⁊ max^e ꝯplōnis scd̄m: ⁊ etenī si aderit flux⁹ sāguis n̄ dz solui liga^{ra} p⁹ ei⁹ restric^{tion} dōec se

De puluillis ⁊ eo rū forma

De ligatura q̄ fit ꝓp expri mere sorditiem.

De ligatura q̄ fit ad cōtinē dū medicamenta. Ulcera in digent li gatura ꝓpter tria.

De diuer sitate liga ture ꝓp accidēns

De tēpe soluendi ligaturā.

curitas habeatur q̧ nõ redeat:si vero affuerit mala cõplo͛ ꝛ
fuerit calida citius ꝛ frequẽtius soluẽda est ligatura, ꝛ ɔ͛cõ-
uerso in frigida. ℭ Rõne ꝟo mẽbri vulnerati: qm̃ q̧ ligatur
in vulnere carnis citius solui dꝫ q̃ȝ in vulnere cutis tm̃: ꝛ vul
nere neruoꝝ adhuc citi⁹ ꝛ frequẽtius q̃ȝ in vulnere carnis.
ℭ Dixit Aui. de solõne ligature in vulnere neruoꝝ: opꝫ vt
soluat̃ ligatura sup medicamentũ ꝛ medicamen vt festinet̃ ex
alio, ꝛ soluitur in die ac nocte.i. in vna die nãli bis aut ter: ꝛ
fortasse est necẽ͛ȝ vt facias illud iteꝝ in nocte illius diei: aut
in die illi⁹ noctis si fuerit in longitudine.i. si dies lõga fuerit
aut nox: ꝛ totũ h̃ dꝫ fieri vt regrat̃ vuln⁹ frequẽter: ꝛ abster
gat̃: ꝛ mũdet̃ ab ſoi erugine. Et ꝓꝑie dixit Aui. qñ illic erit
mordicatio q̧ si nõ erit.s. mordicatio: tũc necessitas illi⁹ erit
minor: ꝛ sufficiet bis facere illud in die.s. mane ꝛ vespere: ꝛ
hoc idẽ intelligẽdũ est in vulnerib⁹ musculoꝝ ꝛ chordaruȝ.
ℭ Ratione ꝟo puris in vulnere gñati diuersificat̃ solõ liga
ture: ꝛ ex pte q̃litatis: qm̃ q̃ȝto plus de pure in vulnere gña-
tur: tanto citi⁹ ꝛ frequẽti⁹ soluẽda est ligatura vt mũdificet̃
ab illo. ℭ Ex pte ꝟo q̃litatis: qm̃ q̃ȝto fuerit acuti⁹ ꝛ magis
mordicatiuũ, tãto ẽt citius ꝛ frequẽti⁹ soluẽda erit ligatu-
ra: vt mũdificet̃ ab illo. Ex pte ꝟo qualitatis: qm̃ q̃ȝto fuerit
acuti⁹ ꝛ magis ꝛ mordicatiuũ: tanto ẽt citi⁹ ꝛ frequẽti⁹ sol-
uẽda erit. ℭ Rõne ꝟo tẽpoꝝ ꝛ regionũ, qm̃ in tẽporib⁹ cali-
dis ꝛ regionib⁹ silib⁹ citius, ꝛ frequẽtius solui dꝫ ligatura: ꝛ
ꝛ mũdificari: vt nõ supcalefiat pus ꝛ mordicet labia vulne-
ris. ℭ Rõne aũt putrefactionis ɔiũcte cũ vulnere sciendum
est q̧ in oĩ vulnere putrido siue putrefactiuo frequenter est
soluẽda ligatura: vt nõ supcalefiat: ꝛ fiat additio in putrefa-
ctione: sȝ poti⁹ de putrefacto abijciat̃ quousq̧ vulnus fue-
rit pfecte mũdatũ. Debet aũt solui oĩs ligatura q̃ȝto suaui⁹
ꝛ leuius fieri põt firmiter sustẽtãdo mẽbꝝ vulneratũ. ꝛ leui
ter ipꝫ palpãdo manu. ℭ Notãt ex dictis patere q̧ tertius
modus ligationis q fit ad ɔtinenda medicamina oĩbus vul
neribus cõuenit: ꝛ dꝫ fieri: ita q̧ ẽt in vulnere cũ dolore apo-
stemãte. ℭ Alij ꝟo duo modi ligature nõ oĩb⁹ vulnerib⁹ cõ
ueniũt. ℭ Primus eniȝ modus nõ exigit̃ in vulnerib⁹ in q-
bus est deperditio carnis, qñ tale vulnus nõ eget ɔiunctio
ne labioꝝ, imo ꝓhibitio ab eoꝝ vnitione cũ interpositione
licinij siue stuelli: ꝛ hoc iõ vt nõ fiat ɔsolidatio in supficie la-
bioꝝ: ꝛ remaneat fundũ nõ vnitũ a quo aggreget̃ pus: ꝛ sit
ꝓpter illud necẽ͛ȝ soluere ipm̃ vice alia: neq̧ ɔuenit in vul-
neribus capitis maxime ꝑueniẽtib⁹ ad os: ꝛ potissime in q-
bus est necesse de osse remouere: qm̃ in talibus vulneribus: ꝛ
neq̧ ɔuenit labioꝝ vnitio: sed ꝓhibitio vnionis eoꝝ inter-
positione licinij vel stuelli vt suo loco dicet̃. ℭ Scõs quoq̧
De ligatura in cõtusionib⁹ modus ligature nõ ɔuenit in vulnerib⁹ in qb⁹ nõ retinet̃ sa
nies ℭ Ligatura ꝟo que attendit̃ penes solõneȝ cõtinuita-
tis multiplicẽ.s. penes cõtusionẽ diuersificat̃ a pmo ꝛ scõo
mõ ligationis suprapositis. Illi enim nõ cõueniũt in eas: sicut
etiam nõ cõueniunt in oĩbus alijs vulneribus in quibus sa-
nies hꝫ generari quandoq̧: qm̃ primus modus ligature in
talibus vulneribus nõ cõuenit cũ sit cõtrarius generationi
saniei: ꝛ expurgationi eius. ℭ Secundus etiã nõ est necessa
rius: nisi quando sanies generata retinet̃ in ꝓfundo non va
lens cõmode expurgari: maxime aũt nõ conuenit pmus mo
dus. dixit Auicẽ. ad hoc vt nõ impediat̃ exitus saniei: sed ef
fluat ꝛ expurget̃ ꝛ penetrent cum ea reliqua que sunt illis
meliora: ꝛ velocis alterationis simul.s. ꝛ exeant cum sanie:
Et pro predictis melioribus. dixit Aui. duas humiditates
que vt supra patuit necessario in quolibet vulnere reperiun-
tur.s. subtilis ꝛ grossa. Ipse enim sunt meliores ꝛ magis al-
terabiles q̃ȝ sit caro cõtusa: ꝛ sanguis in cõtusione inclusus
qui habet cõuerti in saniem ꝛ effluí ex vulnere. Cõuenit aũt
in vulnere ɔtusiuo ꝛ quolibet alio in quo hꝫ sanies gñari so
lus tertius modus ligature ꝑdict⁹ q est ad ɔseruãda medica
mina sup locũ: qm̃ per bonã ꝛ firmã retẽtionẽ medicaminũ
facientium sanationem saniei generatio festinatur.

ℭ De modo ligandi solutionem continuitatis membroꝝ du
rorum. Cap. xlvij.



Ligatura autẽ in membris duris diuer
sificatur multis modis. Prio
ſm q̧ cadit solutio cõtinuitatis eoꝝ in longitu
dine: aut latitudine. 2° ſm q̧ est cũ vulnere: aut
sine vulnere. 3° ſm q̧ est cũ contusione: aut san-
guine incluso: aut sine. Et 4° ſm q̧ est cũ aꝑate: aut sine eo.
ℭ Cũ enim os solutũ fuerit in longitudine sua: tũc ligatura
strictissima dꝫ fieri ad hoc vt partes solute melius adinuicẽ
cõiungant̃. Si ꝟo fractũ fuerit os: aut cartilago ſm latitu-
dinem eius: tunc opꝫ iteꝝ vt cõsideret̃: an ad locum defluãt
humores: aut nutrimẽtũ superflue: an sit necessariũ ad locũ
nutrimentum attrahere. ℭ Fit enim ligatura in osse fracto
maxime ꝓpter tres vtilitates: quarum pma est ad cõtinẽdũ Ligatura in osse fracto fit pp tres vtilitates
os fractum debite restitutũ in sua debita plasmatione. scõa
est ad ꝓhibendũ defluxum humoꝝ ad locuȝ qð maxime hꝫ
fieri in pn°. ꝛ 3ª est ad attrahendũ nutrimentũ ad locũ quo
porus sarcoydes generet̃ ꝛ mẽbrũ roboret̃. Ligatura autẽ
ꝓpter pmã vtilitatẽ facta dꝫ esse mediocris inter multũ stri-
ctam ꝛ laxã: cũ declinatione tamen aliquali plus ad lat⁹ stri-
cture q̃ȝ laxitudinis: nõ.n. dꝫ esse multũ stricta: sicut in solu-
tione cõtinuitatis cadẽte in longitudine ossis ne ptes decẽt
ter replasmatas a debito plasmate sepet ꝛ diuellat: stricta ẽt
multum ligatura vt patuit dolorẽ cãt: fluxuȝ humoꝝ cõmo-
uet: ꝛ ad aꝑationẽ disponit: neq̧ dꝫ esse multũ laxa: q2 ptes
debite replasmatas ɔseruare, in ꝟo plasmate nõ valet: verũ-
tamen diuersificat̃ ligatura q̃ȝtum ad stricturã mediocrem
ſm q̧ fractura fuerit cõpleta vel incõpleta: si enim fuerit cõ-
pleta: tũc strictura dꝫ fieri inequalis qñq̧ strictior ꝛ fortior
dꝫ fieri in pte in qua ẽ fractura q̃ȝ in pte sana. ℭ Dixit Ga.
q2 omne ligamẽtũ qð in fractura fit: nõ fit vt carnẽ nõ cõpri-
mat ꝛ cõstringat sit necesse vt talr̃ in fractura inducat̃ quo
humores ab ea ad sũma loca eijciant̃. Quapp ligamentũ ab
infirmo loco fieri incipiat tendẽs vsq̧ ad sanũ vt hũores li-
gamẽto expressi ab infirmo loco ad sanũ conducant̃, nam si
aliter: siue econuerso mõ ligatura fiat necessario a sano loco
ad infirmũ decurrent humores. ꝛ subdit. q̧ istud ligamẽtuȝ
duobus modis valet. vno q2 ligamentũ nocumentũ non in
fert: ꝛ alio: q2 locũ infirmũ tuet̃ ne aꝑa gñet̃ in eo in cuius
ꝓhibitione maxime studendũ est, qm̃ nõ sumus securi quin
mẽbrũ ex precedente extẽsione in carne sua sit cõtusum, aut
ab ipsamet fractura primitus cuius extrema circũstantẽ cõ-
tundunt carnẽ maxime si fractura cõpleta sit ꝛ separata sint
extrema abinuicẽ: cõtusio aũt causa aꝑatis est: ligamentum
ergo fiat a fracture loco incipiens bis vel ter sup ipsa fascia
reuoluat̃ ſm magnitudinẽ fracture ꝛ mẽbri, ꝛ sic vsq̧ ad sa
nũ locũ ducat̃: sic enim sanguinẽ ad locũ infirmũ fluere non
dimittimus: ꝛ qð ex eo in loco coadunatũ est ab eo repellit:
q̧ si membrũ fractũ tale fuerit vt duas vltra fracturum ha-
beat extremitates ad quas humor possit expelli a loco fra-
cture: siue per quas possit ad locum defluere sicut est in bra-
chio: ꝛ crure ꝛ similibus, tunc dixit Gal. laudabilius est vt
ad superiorẽ partẽ ligent̃: qm̃ illic multa ꝛ magna membra
sunt.s. potẽtia mittere ꝛ recipe: extrema autẽ eoꝝ.s. inferiora
nec multũ hñt qð mãdẽt: nec multũ possint recipe: ꝛ q2 pau
ca ꝛ pua sunt. Et ob hanc cãm dixit Gal. q̧ Hypo. iussit fra-
cture euenienti in dictis mẽbris vt manibus ꝛ pedibus duo
ligamenta cõuenire, vnũ vt a loco fracture humor cõpellat̃
ad superiora: ꝛ ꝓhibeat̃ a superiore parte ad eũ humorem
defluere: alterũ ꝟo ligamentũ etiã duo bona impendit: vnũ
est q2 reuolutiones fasciaꝝ que a loco fracture suauiter vsq̧
ad sanũ locũ inferius ducuntur aliquãtulũ exprimant hũo-
res eos inferius emittentes. Aliud est vt idem ligamentum
alia reuolutione, sicut Hyp. dixit ab inferiori ad superi⁹ re-
de osse amouere nisi in ipsa fractura fuerit de eo amotū sufficiēter. Et Zoar dixit. si icisio vsq̄ȝ ad ꝓfundū cranei penetrauerit tūc oīno opus eiꝰ est chirologo ⁊ opone manus. Probat aūt hoc Gal. vbi. s̄. arguēs sic. ꝑsupponendo ꝙ ad fracturā ex dolore ⁊ agitatione defluāt maeria: ⁊ ēt ꝙ in ipsa due humiditates cōgerant̃: vt supra patuit in vulneribꝰ oibꝰ ꝙ necessariū sit ꝓhibere fluētes ⁊ resoluere fluxas ⁊ cōgestas: ⁊ ꝙ ꝓhibitio fluētiū ⁊ resolutio aliaꝝ nō possit fieri nisi aut cū ligatura vel cū medicinis vel ꝑ amotionē cranei: ⁊ tūc arguit. illa cura nō pōt fieri ꝑ ligaturā neq̄ȝ ꝑ medicinas. ergo opȝ fiat ꝑ amotionē ossis. ꝯña. tȝ. a sufficiēti diuisiōe: ⁊ añs ꝓbat. p̄io ꝙ nō pōt fieri per ligaturā ex eo ꝙ ligatura ꝯueniens ad p̄dictā fracturā ossium capitis nō pōt fieri sufficiēs ad curā. nō enim pōt fieri ligatura q̄ fit in p̄ncipio ad ꝓhibēdum defluxū humoꝝ ⁊ trāsmittendū ad alia iā fluxos: q̄ñ talis ligatura opȝ ꝙ fit cū maiori strictura ptis fracte: vt supra patuit. cap. de ligatura fracture ossium: q̄ȝ obstat figura cranei: ꝑꝑ quā nō pōt in eo fieri strictura sufficiens: ⁊ dato ꝙ posset fieri adhuc non sufficeret ad curā: q̄ȝ non prohiberet nisi mām fluentē a ptibus extrinsecis craneo mām vo fluentē interioribus ⁊ ad interiora cranei ꝓhibere non valeret vt notū est: neq̄ȝ etiam iam fluxā ad interius cranei ad alia loca transmittere valeret: neq̄ȝ etiam ligatura que fit in processu fracturarū ossiū ad attrahendū nutrimentum pro gñatione pori sarcoydes: aut pro cōseruatione plasmatis restaurati ossis nec̄ia est primo q̄ȝ ossa capitis fracta nō restaurant̃ nec cōsolidant̃ ꝑ poꝝ sarcoydem: sicut alia ossa: ⁊ si qd̄ de carne gñanda loco ossis deperditi exigitur illud est parū valde. plasma ēt cranei seipso cōseruat̃. Neq̄ȝ ēt pōt predicta cura fieri ꝑ medicinas. prima non per repercutiētes vel trāsmittētes ad alia: q̄ȝ ñ dixit Gal. si medicamen hmōi actionis ingrere voluerimus nullū qd̄ nobis sine ligamēto sufficiat inueniemus: ⁊ ligamentū: vt dcm̄ est: sufficiens fieri non valet. neq̄ȝ pōt fieri per medicinas resolutiuas obstante cranei densitate: aut ēt timet̃ ne plus attrahant q̄ȝ resoluant. ¶ Et ꝑꝑ p̄dicta dixit auctor cōpendij. fracture in ossibꝰ capitis cura a cura fracture aliorū ossium dissimilis est: q̄ȝ ipo͠le ē craneum solidari neq̄ȝ vllum ligamētū fieri. s. debite factum qd̄ non generet apa ⁊ tumorē. ¶ Et assignās Aui. cās dissimitudinis curationis dictarū fracturarū. dixit. ꝙ vna de causis est: q̄ȝ nā super craneo fracto non restaurat arosbot fortem qui hȝ ligare ptes eius solutas sicut in alijs restaurat ossibꝰ imo restaurat ip̄m debilē ⁊ vilē respectu eius qui in alijs generat̃ ossibus. ⁊ cā huius duplex est. vna ex pte mäe. naȝ porus dȝ gñari ꝓportionalr̄ ossi qd̄ dȝ ligari. mō os cranei nō est hñs grossitiē ⁊ densitatē durem ⁊ solidā sic alia ossa ⁊ ideo non dȝ hēre poꝝ ita durū ⁊ grossū. alia cā est sumpta ex pte finis q̄ est ꝙ si porus hñs ligare craneū fuisset durꝰ ⁊ grossus vt est q̄ alia ligat ossa nimiū grauasset sup pāniculos cerebri cū qua aggrauatione lesisset eas ⁊ ꝓhibuisset a motu ipsorū. Os ēt cranei nō eguit ꝑ poro ita duro ⁊ forti: vt alia ossa: q̄ȝ caput nō hȝ moueri motibꝰ fortibꝰ sicut mouentur alia mēbra: quos fortes motus vt tolerare possent alia mēbra sine lesione eguerūt poro duro ⁊ forti. ¶ Scd̄a cā diuersitatis curationū p̄dictarū. dixit Auic. est q̄ȝ amotio cranei fit vt pus effusum ad interiora cranei hēat exspirationem ⁊ egressionē ad exteriora vt nō retineat̃ ne sequant̃ accidentia mala: ⁊ hec est cā: q̄re non querit̃ in fractura cranei vnitio ⁊ cōiunctio ptiū solutaꝝ: sicut in alijs ossibꝰ: in quoꝝ vnitate ⁊ restauratiōe nō est timor p̄dictus. ¶ Et tertia cā dixit. A. q̄ȝ ab alijs ossibus fractis p̄ter ossa capitis cōuertit ligamētū ⁊ additionē. s. humorū fluentiū ad ipsa: ⁊ ēt in eis ꝯtētas humiditates redit ad alia loca: sed tale ligamentū reddens additionē p̄dictā nō est possibile facere sup caput ꝑꝑ sitū eiꝰ ⁊ iō est nec̄iū accipere os ẜm q̄ȝtitatē per quam egrediat̃ virus vt est necessariū. ¶ Quarta cā est: vt dixit Aui. q̄ȝ sic in alijs ossibꝰ hñtibꝰ medullā cā accidit ex ligatura expimēte

Ꝯtra opio G. ⁊ A. ⁊ alioꝝ doc. quoꝝ.

Cura fracture cranei dissimilis est cure fracture aliorū ossiū.

⁊ expellẽte vi:mã transeat ad medullã: tunc est nobis necīuz discooperire ⁊ mūdificare virus vt non corrūpat medullã ⁊ corrūpat inde os ⁊ totū mēbrū. ita ⁊ multo magis erit hoc necīū in craneo cū ꝯtineat in se vel sub se membra nobiliora q̄ȝ medulla. nō ergo dixit Auic. erit excusatio ꝓꝑ dictas cās de incisione ⁊ de detectione loci ⁊ ꝓhibitione īcarnationis eius; vsq̄ȝquo securꝰ sis ꝙ mūdificatio sit ꝑfecte fcā. Et subdit Aui. ēt si timor nō sit de cursu virꝰ ad iteriora ossis qd̄ incidimus: adhuc hec cura dȝ fieri: ⁊ rō assignat̄: q: hic est modꝰ curationis tutior. in curatione supra modū suspectū est eligendū.

Secūda opinio.

¶ Jn oppositū aūt p̄dicte sn̄ie auctoꝝ sunt due secte: quaꝝ vtraq̄ȝ approbat fracturã cranei penetrãtẽ: ēt cute nō vulnerata posse curari absq̄ȝ icisiōe cutis ⁊ absq̄ȝ ossis amotione: veꝝ differẽter: q̄rū vna eaꝝ approbat hãc curã posse fieri cū medicis simplicibꝰ ⁊ ꝯpositis ab extra capiti approximatis quaꝝ vtꝰ tãta est ꝙ sufficiat attrahere exteriꝰ qd̄ sub craneo fuit collectū ⁊ subtiliare illud donec ēt ꝑ dictã rimulã trãseat ⁊ exeat ⁊ qd̄ de collecto nō fuerit aptū attractioni virtutis eaꝝ est illud euaporare ⁊ resoluere ⁊ ꝯsumere ⁊ tandẽ fracturã q̄ i osse ⁊ q̄ in cute fuerit ꝯsolidare: ⁊ ꝙ talis medicina repiat̄ notū est. multe eniȝ sunt medicine simplices ⁊ cōposite attractiue ⁊ resolutiue ⁊ ꝯsũde. ¶ Et ꝯfirmat̄ auctoritate Serap. cap. ꝯ solta fcā a cā ꝑmitiua. q dixit. ꝙ si appareat os fractū: tūc opȝ vt ingeniet̄ in re eiꝰ: t̄ẽtẽ vt calefacias oleū ro. ⁊ fūdas ipm̄ sup loco eius. duo v̄o labia fissure q̄ est in cute vel pãniculo cōnectes adinuicē ⁊ sues cū filo sete grosse vel lini: ⁊ post suturã administra puluerē quē posuit: ⁊ post stringe locū ꝯstrictiōe bona ⁊ soluat̄ in oibꝰ duobus diebꝰ: ꝓsequereq̄ȝ illud donec resoluat̄ apa ⁊ conglutinet̄ ꝑcussio. Et sic vides exp̄sse ꝙ Serap. affirmat fracturaȝ cranei posse curari ⁊ sanari cū medicinis appositis absq̄ȝ amotiōe ossis. ¶ Et ꝯfirmãt hoc auc̄te Dio. q dixit. ꝙ qñ fractura est in osse capitis betbonica ꝯtusa sepe supponat̄ loco ⁊ sepe empl̄m ex eo fcm̄ inouet̄. eteniȝ mira celeritate ꝯglutinat ⁊ tãta est eius virtꝰ: vt ēt ossa fracta ex̄hat. ¶ Et Gal. in carhagenesio. dixit vngm̄ plage capitis ⁊ ꝓprie quotiēs rūpit̄ aut ꝯtūdit̄ os dȝ esse fortiꝰ aliis vnguẽtis attractius vt attrahat ossa fracta pua ⁊ humores grossos ad exterius: et cōpositio eius dȝ fieri de molliẽtibꝰ ⁊ calidis ad moduȝ vnguẽti basilicon: in quo cadat oppoponacū aristologia ⁊ modicū ensorbii: ⁊ silia. ¶ Et cōfirmant hoc ēt auctoritate. A. tertii prima. tracta. 3°ca° de plaga ⁊ incisione. vbi ait. ꝙ principiū cure ꝯsistit in empl̄is: qm̄ cū eis erit rectificatio velox: ⁊ iteꝝ auc̄te eiusdē q̄rto huius. vbi inq̄t. Jn fractura v̄o vbi nō est nisi fissura. s. q̄ nō est cū ea attritio in osse neq̄ȝ separatio dure matris ab eo: neq̄ȝ lesio alia in ea: sed solū est in osse fissura penetrãs: q̄ȝuis sit plurima. s. q̄ȝtitate discreta vel ꝯtinua ⁊ appareat cū ea illud inter qd̄ ⁊ os nō est nisi cortex. s. qd̄ appareat lesio in pãniculo corticali. i. tegẽte os extrīsecꝰ s. gingia matre multotiēs sufficiūt ad curationē strictura labioꝝ vulnerū. s. cū sutura vel sine ea ligamẽtū ⁊ empl̄m. s. attractiuū resolutiuū. ¶ Et ꝯfirmãt hãc curã esse veracem ꝓꝑ experiẽtias multas q̄s asserūt fecisse ⁊ vidisse nō solū semel: sȝ frequẽter: in tm̄ ꝙ asserunt multo plures sanari ꝑ hãc curã q̄ȝ per curã cū incisione cutis ⁊ amotione ossis.

Tertia opinio.

¶ Scd̄a v̄o secta dixit. curari posse fracturã cranei penetrãtẽ siue cuȝ lesione pãniculoꝝ siue nō: imo siue cū lesione cerebri non attingẽte ad vẽtriculos eius siue fuerit cū vulnere siue cū ꝯtusione cutis siue nō: cū medicinis ebibitis: de quaꝝ ꝓprietate est mūdificare ⁊ abstergere ⁊ resoluere ⁊ cōsumere oēm sorditiē siue mãm ꝯsolidationē ꝓhibentē ⁊ ꝑ ꝯñs hãc fracturã cōsolidare p̄dictã. Has aūt medicinas dicūt esse reperibiles ⁊ de facto apud eos reptas ⁊ experimentatas ab eis frequẽter. Et principalis huius secte ⁊ primus apud nos inuentor ⁊ opator fuit Hugo lucanus: ⁊ secutus est eū Theo. cū pluribus aliis famosis chirurgicis.

Quarta opio cōueniēs cum prima et soluēs argumenta &c.

¶ Sciendū ꝙ plures opatorū huius artis nostris tꝑibus sequunt̄ curã fracture penetrãtes ꝑ chirurgicū instrm̄: q̄m̄ putant hmōi fracturã nullo mō curare posse empl̄is ⁊ potionibꝰ. ⁊ dicūt. ꝙ nō lȝ assimilare hãc fracturã fracturis alioꝝ ossium ꝓꝑ cās a Gale. ⁊ ab Aui. superius assignatas. Et asserūt nullū medicorū remedioꝝ sufficientiã p̄stare posse ad excollationē mūdificationē seu resolutionē virus sub osse collecti p̄ter ablationem ossis ꝑut auctores posuerūt. ¶ Et ad vtentes empl̄is ⁊ medicis exteriorībꝰ dicūt. medicinas quas eis iponūt tales oporteret eē violẽte calitatis: in quaꝝ approximatiōe timor eēt de maiori attractiōe mãeꝝ ad locum q̄ȝ sit illud qd̄ de materiis collectis ibi resoluerẽt. vñ potius apatiōis q̄ȝ sanationis cã forẽt. ¶ Ad auc̄tē aūt Ser. quã allegãt. dicūt. ꝙ nō itellexit illud in oi fractura. sic isti modi fracture approximãt empl̄is: sȝ intellexit in fractura in q̄ sufficiēs q̄ȝtitas ossis ablata fuerit ꝑ quã possit expurgatio ⁊ resolō fieri. nō aūt in ea in qua nulla portio ossis est amota sicut in capillari: ⁊ sitibꝰ. Quidã āt ēt eoꝝ. dicūt. ꝙ totꝰ ille sermo Ser. refert̄ ad solbneȝ capitis factã sine fractura cranei penetrãte. ¶ Et ad auc̄tem Aui. quã allegãt. tertii p̄°. ꝙ initiū cūonis ꝯsistit in empl̄is. dicūt. ꝙ ipse intẽtionē habuit solū ad curã vulneris inq̄ȝtū vulnꝰ est cuiꝰ ꝑncipalis intẽtio curatiua est exiccare ⁊ ꝯsolidare: q̄ q: ꝑncipalis est ⁊ pria intẽta a medico ꝑnm̄ curatiōis dici pōt. Uerū tñ ista pñt dici intẽtio curatiua. a ꝑn° v̄o intentio curatiua nō pōt in oibꝰ vulneribꝰ ⁊ fieri ⁊ adimpleri: maxime in qbꝰ timet̄ de fluxu mãe ad locū: aut i qbꝰ mã i loco collecta ē: ⁊ de qbꝰ sūt p̄cipue vulnera capitis cū fractura cranei penetrãte: i qbꝰ vt patebit: oȝ īsistere in ꝑn° ad ꝓhibitionē fluxꝰ mãe ad locū ⁊ ad mūdificatiōeȝ mãe collecte: ⁊ ꝓꝑ eius mūdificationē. dicūt. necīa ē ablatio ossis quã auctores p̄cepert. ¶ Et ad auc̄tē. A. q̄rti. 5. dicūt. ꝙ itellexit d̄ empl̄o desiccatiuo ⁊ ꝯsolidatiuo. ¶ Deridẽt aūt isti ⁊ subsanãt eos de scd̄a secta q asserūt fracturã cranei penetrãtẽ posse potionibus curari: ⁊ maxime potiōe q̄ vtunt̄ q̄ est ex vehementer calis medicinis ⁊ ipsi exhibẽt eã in ꝑn°: vñ sūt cã subtiliationis humoꝝ ⁊ facilioris ⁊ velocioris defluxꝰ humoꝝ ad locū dolẽtē ⁊ debilitatū ex ꝑcussiōe: ⁊ silr sūt cã subleuationis vapoꝝ ad caput: ⁊ sic sūt cã apatiōis loci ⁊ interitꝰ ifirmi. Negãtq̄ȝ auc̄tē Hugonis ⁊ Theodorici ⁊ sequaciū: ⁊ expiẽtias q̄s ipsi asserūt se fecisse ꝓꝑ p̄dicta: ⁊ ꝑ expientiã q̄ q̄ñq̄ȝ denūciauit fracturã cranei penetrantē cū empl̄i appōne sanatam fuisse. ¶ Dicūt qdã. ꝙ q̄ȝuis cura cū empl̄is sit possibilis: ipsa tñ nō est eligēda: q: ipa ē fallax nisi i casu in q̄ cura ꝑ amotionē ossis nō posset fieri: aut q: nō fuerit ydoneus opator: aut q: patiēs oino renuerit opationē chirurgicã: aut q: fuerit multū debilitatꝰ nō valēs illã tolerare. ¶ Et alii dixerūt. ꝙ si in osse fuerit ꝯtritio. i. cōminutio i frusta sepata tūc cura cū empl̄is est oino renuēda: qm̄ si os cōminutū intus remanebit necīo putrefiet ⁊ corrūpet̄ tãq̄ȝ a nãe regimine derelictū. Et dixerunt. ꝙ in fractura stricta siue capillari arta cum empl̄is silr fugiēda est: qm̄ nō posset empl̄m q̄ȝtūcūq̄ȝ attractiuū sorditiē desubtus eē attrahere obstãtibꝰ fractura fissure ⁊ ossis dēsitate. Et iō dicūt. in p̄dictis duobꝰ casibꝰ nō decipiant̄ egri vt eligãt curã cū empl̄is: q: eēt interitus eoruȝ. ¶ Et dixit Gal. als. Gētil. illud qd̄ decipit vulgares ⁊ ignorãtes est qd̄ in magnis ꝑcussionibꝰ capitis: in qbꝰ fractura in osse magna sit ⁊ multū apta siue fiãt cū re incidēte siue cū re ꝯtūdẽte ꝑcussione casu vel obulatiōe: ita vt manifeste pãniculꝰ videat̄ viderūt ꝑ appositionē empl̄i liberari patiẽteȝ ⁊ ex fractura parua vel capillari osse per incisionem rōnaleȝ amoto mori. Unde arguunt hoc patiens ꝑ appositionē empl̄i liberatus est ⁊ patiebat̄ fracturã tã magnã. ille aūt q tã paruã fracturã patiebat̄ mortuus est per ossis amotionē. ergo cura per appositionē empl̄i melior est ⁊ securior illa: ⁊ illi extimant ꝙ si ille qui mortuus est ex parua fractura fuisset curatus cū empl̄o ꝙ nō fuisset mortuus: sed vixisset ex quo cū empl̄o liberatus est patiens fracturã magnã: hoc itaq̄ȝ extimantes vulgares glorificant emplastrū ⁊ collaudant opera

tionẽ cũ eo ⁊ vituperant amotionẽ ossis: ⁊ oẽs qui se tali cu
rationi cõmittunt. ¶ Verũ mihi assignauerunt quidam ex
opantibus cũ emplo quasdã cãs pp quas renuenda est ma/
gis opatio manualis q̃ӡ appositio emplĩ ⁊ eaꝝ prima est do
lor qui sequit̃ ad incisionem cutis ⁊ eius excarnationẽ ⁊ se/
parationẽ gingie mřis ab osse. Et dolor tam magn⁹ est val/
de ꝓsternens virtutem ⁊ attrahens reuma ad locũ: qȯ virt⁹
debilitata ex prima percussione ⁊ ex illo dolore repellere ad
alias ptes nõ valet: sed illud suscipit ĩ p̃iudiciũ sui. ¶ Scd̃a
est: qr in tali incisione fit magna emorrosagia ex loco ex quo
fieri non d3 que frequẽter debilitat virtutẽ multũ: frequẽter
ẽt est cã maioris attractionis ad locũ q̃ӡ extractionis ex loco
in p̃iudiciũ patiẽtis. ¶ Tertia cã est agitatio ⁊ cõmotio ce/
rebri q̃ sequit̃ ad incisionẽ ossis cũ per instr̃a raspatoria siue
bausatoria siue abrasoria remouet̃ q̃ cerebri cõmotio est cã
debilitationis eius ⁊ fluxus mãeꝝ ad locũ. Et vt dicunt nõ
põt caput patiẽtis tã bñ firmare sup aliqua re solida nec sic
ab astãte teneri φ effugere possint illã cõmotionẽ. ¶ Quar
ta cã est vt inductio suspitionis ⁊ timoris magni periculi ⁊
mortis sup patientẽ cũ audiuerit ⁊ intellexerit amotionem
ossis fore necessariã: vñ nõ ꝯfortabit̃ mẽte sic pri⁹ hortabat̃
⁊ sperabat de salute: ⁊ qñꝙ ex illa diffidit de salute sua: ⁊ est
hoc in oĩ egritudine malũ. ¶ Quinta cã est ignorãtia chy/
rurgicoꝝ ignorãtiũ ⁊ opantiũ in his casibus quã cõfirmat
auct̃e Zoar: q dixit. φ in hoc nostro tp̃e pauci iueniunt̃, qui
facere hoc sciant ⁊ sp̃alr̃ q sciant hanc artẽ expientia ⁊ rõne
qr ĩpossibile est tale opus solũ v̈bis exercere. Et tibi erit dif/
ficile inuenire hoiem pfectũ in hac arte q sit ex illis q habẽt
intellectũ ⁊ ꝯsuetudinẽ in ea ⁊ qui ex nã sui ⁊ cõplõne habi
lis sit huic arti ⁊ in ea expertus fuerit lõgo tp̃e: qm̃ nõ d3 re
cipi aliquis ad hoc exercẽdũ nisi longo tp̃e fuerit discipulus
cũ magistro optimo ⁊ pfecto: ⁊ ipse ẽt p̃semet fuerit lõgo tp̃e
practicatus: ⁊ tales sunt inexercitati in hac arte ⁊ exercitio
recte cognitionis: ⁊ maxime in rebus arduis q̃ eueniunt in
fracturis cranei. Appet qr multi in eoꝝ manibus moriunt̃
qui si haberent rõnabilẽ experientiã in ossis amotione cura
rent ⁊ sanarent eos. Subdit.n. Zoar. nõ vidimus neꝙ audi
uim⁹ aliquẽ chirologũ hoc nostro tp̃e qui sit pfectus in hac
arte: qr si quis esset pfectus nemo ex fractura cranei solum
moreret̃. ⁊ si ex grã dei esse cognoscit̃ illi cui pfectus in tali
necessitate vel filĩ medicus aduenies q ip̃m liberet. Et silr̃ ex
s̃nia diuina dr̃ esse qñ alicui imperitus aduenerit ⁊ inde mo
riatur. ¶ Dixit Lafrancus noui lõgo experimẽto φ multo
plẽs curant̃ p medicinas q̃ӡ p amotionẽ ossis: ⁊ ego nõ vtor
instr̃is ad amouẽdũ os nisi in duob⁹ casib⁹. vnus est qñ cra
neũ fractũ fuerit φ ps fracta subintrauit ptem sanã. scd̃s est
ossis aliqȯ frustũ a cranео sepatũ pũgat durã matrē: ⁊ hoc
sõ ne dura mater cõpressa in casu primo ⁊ pũcta in casu scd̃o
dolorẽ patiat̃ q sit cã attractionis humoꝝ ⁊ apationis ei⁹.
¶ Et dixit. si mihi obijcit̃ q̃uo põt sine ossis amotione san/
guis ⁊ sanies exiccari abstergi ⁊ exsuccari q̃ p rimulã descen
dit ⁊ supra durã matrẽ cecidit. Rñdeo φ p eandẽ viã: imo ⁊
melius põt p illã viã exalare: ⁊ maxime dũ sanguis ⁊ sanies
illa non sit in dura matre collecta: sicut in spatie orta ⁊ incu/
neata: q̃re melius actiõi nãe ⁊ medicine obedit: ⁊ q̃uo nõ: cũ
ẽt frequẽter mã frenesis ⁊ litargie p empla exterius apposi/
ta resoluat̃ vbi nõ est cranei fissura nec vuln⁹ in cute. ¶ At/
tñ nõ obstãtibus p̃dictis v̈bis eoꝝ. dixit Gẽtil. φ lӡ ꝯtingat
qȯ raꝝ est pua fractura p amotionẽ ossis mori ꝯtingit illud
pp ossis ablationẽ: sӡ qr pcussio: quãuis fecerit puã fracturã
fuit cũ praua ⁊ maloꝝ accñtiũ inducta vel in corpore male
disposito: ita φ si cũ emplo vl̃ aliter q̃uocũꝙ tales sic pcussi
curarent̃ adhuc morerent̃. ¶ Quidã aũt alij moti expiẽtia
qua viderũt iã multos p emplĩ appõnẽ liberari. dicũt. posse
esse curã fracture cranei penetrantis fieri p emplĩ appõnem.
Veꝝ nõ in oĩ oĩbus corporibus sӡ in eis solũ: in qbus inue/
niunt̃ he ꝯditiões. s. φ corp⁹ patiẽtis nõ sit plectoricuӡ neꝙ
cakokimũ: sӡ sit bonoꝝ ⁊ tẽpatoꝝ humoꝝ ex bono regimi/
ne qȯ p̃cessit ⁊ nõ sit ꝯsuetũ pati egritudines capitis q̃ acci/
dunt pp influxũ humoꝝ ad ip̃m: ⁊ φ fractura ossis sit mani
festa ⁊ apta. Et q̃ӡto aptior fuerit ⁊ plus erit abiectũ de osse
vsꝙ ad notabilẽ q̃ӡtitatẽ tãto ista ꝯditio est melior: ⁊ φ fra/
ctura sit apte nõ solũ in osse: sӡ ẽt in cute: ita φ sit ꝯdecenter
amplo orificio cutis supposite fracture: ⁊ φ sit fractura sine
ossis ꝯtritiõe ⁊ cõminutione: ⁊ φ in dcõ corpe satis a p̃n⁹ fra
cture fuerint p̃misse euões ⁊ diuersiões sufficiẽtes ⁊ sit pa/
tiẽs adhuc cũ bona fortitudine v̈tutis: ⁊ maxie expulsiue ce
rebri ⁊ paniculoꝝ ei⁹. Stãtibus enim ꝯditionibus p̃dictis
posse ẽ curationẽ fracture penetrãtis fieri ⁊ pfici: ⁊ in corpe
hñte ꝯditiões p̃dictas nõ timet̃ de fluxu humoꝝ ad locuӡ: ⁊
nõ timet̃ de retẽtiõe virus sub cranео: qm̃ h3 in eo vir⁹ viaӡ
vñ trãspiret̃ ⁊ ex ea ⁊ p quaӡ attrahat̃ ab emplo attractiuo
coopante ẽt in hac v̈tute expulsiua forti ⁊ mũdificabit̃ loc⁹
pfecte ⁊ ꝯsolidabit̃ fractura ⁊ liberabit̃ egrotãs. illud.n. qȯ
mouit auctores supradictos ad amotionẽ ossis fuit vir⁹ sub
eo collecti expurgatio ne retẽtũ paniculos corrũperet ⁊ cere
brũ. Vñ Aue. colliget. 7. ait. aut si fractura sit in osse cranei
vt penetret vsꝙ ad telaӡ necesse est vt circa fracturã os amo
ueatur vt mundificari possit a sanie tela: ne tela corrumpat̃
⁊ si sic non fieret sanari non posset. ¶ Multi alij dicẽtes sũt
curationẽ cũ emplis esse magis eligendam q̃ӡ per ossis amo
tionẽ pp rõnes superi⁹ assignatas pp qȯ arguunt maius pi/
culũ iminere in cura p ossis amotionẽ q̃ӡ p emplĩ appositõeӡ
⁊ de duobus piculis minus piculũ eligendũ est. ¶ Excipiũt
tñ ab hoc tres casus: quoꝝ vnus est in fractura cranei sine
vulnere in cute in quo casu dicũt añ emplĩ appositioneӡ esse
cutẽ sufficienter scindendã. ¶ Scd̃s casus est. in ossis cõmi
nutione in qua ꝯtingat frustũ ab osse totaliter separi siue ab
intra siue ab extra vnuӡ vel plura: qm̃ expedit ingeniare ad
illius frusti amotionẽ quã emplm̃ facere non posset saltẽӡ si
magnũ fuerit etiã si in coniunctione ossis cõtingat ad intra
frustũ posse fieri non ab eo separatũ qȯ paniculuӡ pungat: ⁊
⁊ vulneret ⁊ φ amouendũ est omnino: φ amoueri non põt nisi
per amotionẽ ossis. ¶ Tertius casus est qñ simul cum fra/
ctura etiã esset in pte illa plicatura q̃ grauaret ⁊ cõprimeret
paniculum: qm̃ op3 talẽ ptem plicatam amoueri: sicut etiaӡ
hoc necesse in plicatura cranei siue fractura si cõpresserit pã
niculũ: vt silr̃ os amoueat̃: fatentur tñ φ nostris tp̃ib⁹ oẽs
illi qui curant fracturã cranei cũ emplis sunt ydiote imperi
ti ignorãtes q̃uo ⁊ qñ ⁊ quo emplo vti debeant: quapp ma
gnũ piculum est ponere se in manibuӡ eoꝝ. Sed si repertus
vir pbus ⁊ in arte bñ instructus qui sciret debite ⁊ rõnabi/
liter vti emplo ipse etiã magis eligendus q̃ӡ manualis opa/
tor. ¶ De opõne aũt scd̃e secte vtẽtis potionib⁹ nõ vltra ꝓse
quor: qr nostris tp̃ibus paꝝ est in vsu: attñ retulit mihi chi
rurgicus qdam fidedignus φ vsus fuit aliqñ potionib⁹ illo
rum ⁊ inuenit in eis effectũ veracẽ pp quã cãm ⁊ sũmã inuẽ
torũ haꝝ potionũ in hoc ca⁹ ꝓsequar ⁊ tãgã oẽӡ modũ cura
tionis p instr̃m potionis. ¶ Aui. recitans ibi verba q̃ sunt
scripta a Ga. scd̃o miemir. dixit. tertij. prima. sup. si sine pla/
ga fuerit percussio cura est due res. ⁊ si est cum plaga ẽ tres
res. s. prime due ⁊ tertia que est ad plagã. De primis aũt dua
bus. dixit. op3 vt tua intentio sit vt dolores sedes q̃ӡtum po/
tes. ⁊ hec est prima intentio. scd̃a est vt elonges mãm q̃ӡtuӡ
potes a loco leso omnimodo. s. euacuatione ⁊ diuersione ad
oppositum. ⁊ he ambe intentiones exiguntur vt prohibeat̃
apostema maxime a cerebro ⁊ paniculis eius. sedatur.n. do/
lor vt trahat̃ mã ad locũ ⁊ euacuat̃ ⁊ diuertitur materia vt
fluat ad ipsuӡ vñ in quacũꝙ pcussiõe. in qua dolor est fortis
est cã attractiõis humorũ maxime in corpe repleto: in q̃ hu/
mores parati sunt fluere ad locũ pcussionis ⁊ doloris p̃dcẽ
due intentiones iplende sunt. In oĩbus aũt alijs corporibus
in quibus nõ sunt humores mali: neꝙ superflui: neꝙ ad p/
cussionẽ sequit̃ dolor fortis attrahẽs ipletio eaꝝ nõ ẽ neccẽ/

φ emplm̃ sit melius amouere ossa.

Alia opi nio.

Alia opi nio.

Intentio nes. 3. i cura vulneris cũ fractura cranei hñde.

saria. ¶ De 3ª aūt intētione q̄ ē ad plagā si h3 ipleri p chiru/
gicū istrm̄ dr̄ i sequētib9. Si āt o3 ipleri p instrm̄ potionis
dr̄ de ea i isto. ¶ Intēdēs āt Gal. 1° miemir. ad p̄dictas duas
primas intētiōes ꝛ maxie ad scd̄a3 dixit. optimū i his si neq3
ea q̄ etatis sūt p̄hibēt: neq3 vitalis virt9 infirma videat̄ ꝛ de
bilis p̄nm sanationis a flōmia facere: ꝛ intellexit maxime si p
cussio fuerit sine plaga vel cū plaga: ex qua paucū fluxerit sā
guinis. Si aūt dixit Gal. p̄hibeam9 flōmiā facere. supple. tu
ꝛ alia q̄ supplēt vicē eius vt sanguisugaꝝ appositionē ꝛ sca
rificationē. tunc euacuabimus ventrem p cristere: ꝛ ꝯsidera
eūanda ea q̄ in ventrē sunt: sed adhuc magis ꝯsidera antipe
riosiā. diuersionē ad oppositū q̄3 ꝯsueuerūt ad patientes. s. ꝛ
dolētes p̄ticulas ferri. dicūt hoc. cū statim post p̄cussionē ad
patiētē veneris ꝯsidera adhuc si cibum indigestū in stō ha/
buerit. ꝛ si sic vomitū p̄uoca illius. Si vero a stō descenderit
cristere lenitiuū impera: deinde flebotoma ꝛ sequere: vt di/
xit Gal. ¶ Scias tñ q̄ cristere exequēdū post illud lenitiuū
qd̄ dcm̄ est: non o3 ēē lenitiuū vt cōiter opantes p̄cipiūt. imo
in casu in quo nō possit fieri flōmia: aut non pōt fieri copio/
sa. ꝛ in quocūq3 corpe multū repleto quousq3 querit̄ eūatio
ꝛ diuersio p cristere ipsum o3 fieri mediocre aut acutū: l3 nō
in summo acuitatis: vt patebit auctē Ras. Et subintellexit
Gal. ēt alias eūationes p farmacū solutiuū. ꝛ diureticum: ꝛ
alias ēt diuersiones: vñ fiende sunt fricatiōes in brachijs ꝛ
tibijs ꝛ ventosaꝝ appōnes in pulpis cruriu3 in naticis sub
spatulis. ꝛ in spatulis prout dictabit medico maioꝝ ꝛ minoꝝ
diuertendi necessitas. ¶ Dixit Paulus. flōmia fit eadē hora
q̄ p̄cussus fuerit inuēs p hoc q̄ q̄to citius fit tāto meli9 est.
¶ Dixit Haly. accelerādū prius est ad cephalice flōmiā: san/
guis quoq3 iuxta q̄ opus est extrahit̄ ꝛ virtus ꝯsuluit. q̄ si
pp etatē virtutēq3: aut tp̄e minutio sanguinis prohibeatur
cristeri vtatur acuto si nulla febris aderit. Sin aūt vtat̄ cri/
steri molli. i. nō sic acuto: ꝛ nūq3 trahe ad inferiora ne forte
in locū influat patientē. ¶ Dixit Ras. 1. ꝯti. flōmet̄ vena ce
phalica vt extrahat̄ modicū sanguinis: ꝛ fiat hoc quater in
duob9 dieb9 vel tribus: ꝛ intellexit hoc in debilibus etate vl'
in virtute ꝛ in ꝯsuetis sepe flebotomari: ꝛ in his qb9 a vul/
nere multū sanguis fluxit. In alijs aūt subdit. qñ accidit ca/
piti fortis p̄cussio valde laudabile est q̄ fiat i primis flōmia.
scd̄o p̄uocet̄ fluxus cū cristerijs calīs si nō multū febricitat
patiens ꝛ si febrierit cristerizet̄ cū cristeribus lenib9 ꝛ dent̄
pillule cochie si nō febricitat. Et dixit. scire debes: q2 p̄uoca
tio flux9 est valde neciā in hoc morbo. Et subdit. si forte pa/
rū calefit. s. p farmacū vel clystere p̄uocans fluxū non nocet
q2 purgatio reddit caput leue ꝛ nō p̄mittit vulnus vel p̄tes
vulneratas apari. ¶ Et Aui. prima tertij. cap° de cura sode
facte ex p̄cussione: diuinos sermones. Ras. dixit. primu3 qd̄
op3 facere est flōmia cephalice: aut nigre: cephalice. s. q̄ qñ ē
in capite ꝛ p̄tibus superiorib9 acciderit repletio ꝛ nō in toto
nigra vō qñ est repletio in tota magna: ꝛ tūc fit primo de ni
gra scd̄o de cephalica. prio aliqñ fit de basilica vl' venis capi
ti lōgiorib9 s̄m ꝯsiderationē in q̄titate plenitudinis totius:
qm̄ quāto maior fuerit plenitudo tāto ex vena lōginquiore
sanguis educēd9 est. ¶ Et notāt q̄ flōmia est in hoc casu fiē
da ēt si in corpe fuerit dñtū alteri9 humoris a sanguie: eo q̄
q̄cūq3 sit humor dñans si fluere o3 ad caput sil' cu3 sanguine
necesse est ip̄m fluere. flōmia ergo q2 eūat ꝛ diuertit ip̄m p̄hi
bet fluxū illi9. ¶ Et facta flōmia. dixit Aui. si illic est reple/
tio alioꝝ humoꝝ a sanguie o3 vt vtaris cristeribus: ꝛ hoc
maxime si humores illi fuerint ꝯtēti in stō vel intestinis vel
primis venis q̄ cristeria acuta. dixit. Auic. fac si nō fuerit fe/
bris vt nō addāt ad inflāmationē. Si. n. febris fuerit tūc cri
steria equabis: ꝛ hoc vel vtēdo lenib9 vel miscēdo lenia cu3
acutis s̄m necessitatē. ¶ Cristere lenitiuū in p̄cussione capi/
tis cu3 febre forti. ℞. blitis malue violarie lactuce scariole.
añ. M. i. decoquant̄ ꝛ in decoctione dissoluant̄ medulle cas
siefistule mellis violati vel zuccari violati. añ. 3. i. ꝛ supimit/
tātur. 3. ij. olei violati ꝛ parū salis. ¶ Et si feb. remissior fue
rit abijciant̄ a decoctione p̄dicta lactuca ꝛ scariola ꝛ addat̄
sticados arabicū ꝛ paritaria ꝛ in dissoluētia addant̄ yera/
pigre ꝛ zuccaꝝ rubeū. añ. 3. 5. ꝛ fiat additamētū in sale, va/
let enim agric. in decoctiōe ꝛ valet pulueri3at9 ꝛ supimmis/
sus cristeri ꝛ dissoluant̄ in decoctiōe yerepigre electuarium
diafiniconis ꝛ medulle cassiefistu. supadditis oleo ꝛ sale. Si
vō fuerit sine febre tūc fiāt cristeria cu3 pulpa collo̧ntide ꝛ
alioꝝ acutoꝝ. Si vō humores nō fuerint in stō intestinis vl'
primis venis locati: ita. s. dixit Aui. q̄ cristeri nō ꝯuenit: q2
non pōt educere nec diuertere illos tūc op3 vt educant̄ cum
alio farmaco: vt cū cochijs si febrē nō habuerit: vt supra pa
tuit. Aut ēt si hūerit febre3 remissam: qm̄ in his casib9 pillle
cochie ꝯueniūt: qm̄ educunt humores illos. supp. ꝛ si fuerit
feb. nō vtaris cochijs: s3 alijs nō iflāmātib9 farmacis vel mi
nus calefaciētib9 q̄3 cochie. ¶ Factis itaq3 eūonib9 ꝛ diuer/
sionib9 ꝯueniētib9 corpi patiētis ꝛ q̄litati p̄cussiōis: tūc ꝯsi/
derādū est an adhuc aliqd de mā repat ad locū an nō adhuc
aliqd repat ꝛ aliqd iā repleuit ꝛ iā sit in loco collectū. Si. n.
adhuc repit ꝛ nōdū est ex ea collectū in loco tūc ꝯfortātibus
p̄hibētib9 ascēsū vapoꝝ ꝛ defluxū humoꝝ ad locū ꝛ repellē
tibus fluētes insistēdū est. Si aūt nō ampli9 i̅fluit loco ex hu
morib9 tñ portio ex eis collecta est in loco tūc resolutiuis tē
perate calitatis vt sint sine attractiōe vtēdū est. Si vō adhuc
ps fluit ꝛ ps collecta est qd̄ vt vtplm̄ ꝯtingit inuenire tunc
vtrisq3 vtēdū est. Et qdā ātiquoꝝ auctoꝝ vtunt̄ eis singilla
tim ꝯfortātib9 ꝛ repellētib9 ꝛ resoluētib9. Et qdā vtunt̄ eis
mixtim toto tp̄e cure hui9. ¶ De singilata approximatione
coꝝ. dixit Ga. 1° miemir q̄ appollonius. ait. rodino ꝛ aceto
vnge caput ꝛ cataplasma rosa. siccis tritis coctis vel infusis
in aq̄ dulci vel mellicrato ꝛ lana molli in aceto ꝛ rodino in/
fusa supponat̄. Et Ras. dixit. 1. ꝯtiñ. si cognoscis q̄ cutis sit
salua ponat̄ desup oleū ros. ꝛ acetū ꝛ emplastret̄ caput fo/
lijs salicis ꝛ mirti ꝛ solatro ꝛ croco ꝛ sandalis. Et dixit i di/
uisionib9. q̄ post flōmiā ꝯuenit effusio aq̄ frigide sup caput
ꝛ facere emplm̄ capiti ex folijs mirti ꝛ pauco ramich ꝛ aca/
cia ꝛ aq̄ citonioꝝ. Et Haly. dixit p9 eūonē loco aq̄ instilet̄ in
q̄ mirtū ꝛ cyp̄ssi nuces decoxeris. ¶ Et Mes. dixit. inq̄t fi/
lius Serap. si supra p̄cussionē i capite nullū p̄terierit tp̄s. s.
aut pau̅ valde tūc admistrem9 i p̄n° q̄ repellūt ꝛ nō p̄mittūt
mā3 reumatizātē ad locū recipi ꝛ figi in ipso sicut recte ad/
ministrāt frida stiptica cū aq̄s ꝛ exp̄ssionib9 fridis sicut ē ra
mich cū aq̄ frida mīte friditatis ꝛ ꝯprimere vehemēter sup
locū cū eis: ꝛ ex eis sūt ros. ꝛ sādali ꝛ faufel ꝛ fiet memite ꝛ
acacia ꝛ bolū ar. ꝛ chimolea ꝛ lens nō excorticata ꝛ liciu3 ꝛ
singulis ꝛ ꝯiūctim cū miscent̄ cū succo solatri aut v̄ge pasto
ris aut plātaginis aut coriādri humidi aut cū oīb9 vel qbusdā
aut cū aq̄ rosata ꝛ infrigidant̄ sup niue aut cū exp̄ssiōe por/
tulace. Et sciās q̄ in corpore in q̄ nō fuerit repl̄o mīta valde
his ꝯfortātib9 ꝛ repellētib9 vti poteris ēt añ diuersionem ꝛ
eūonem: ꝛ multo magis in tp̄e in quo actu fiūt. Si āt repl̄o
fuerit magna nimis tūc approximare ea nō dēs añq3 p̄mise
ris eūonē vt habeat mā q̄ repellit̄ locū ad quē fluere possit.
¶ Si aūt supra p̄cussionē. dixit Mesue. p̄trāsierit tp̄s ꝛ mā
reumatizauit ꝛ collecta est. sup. ꝛ nō amplius fluit tunc me/
dicamē resolutiuū. s. parū est apponēdū: tāē est illud qd̄ fit ex
camōilla melliloto fenug. radice lilij: ꝛ silib9. Et in h̄ mani
est q̄ ꝯuenit cura p emplr̄oe q̄ dcm̄ ē supra. Si aūt iā. dixit
Mes. reumatizauit mā ꝛ p̄tim reumatizat ꝛ partim collecta
ꝛ p̄tim colligēda vtraq3 cura indiget. s. ꝛ q̄ repellat reumati
zāt: ꝛ q̄ resoluat collectū reumatizatum. In quo casu dixit
Gal. vbi supra. his que ad flōmationes vtemur auxilijs: in
q̄ casu dixit Serap. inūge caput cū oleo camomillino ꝛ vio/
lato si fuerint vigilie: vel ro. si nō fuerit vigilie. Et dixit. op3
vt misceas p̄dicta. s. resolutiua ꝛ repellētia s̄m diuersos mo
dos multotiēs ꝛ significatur sup q̄titatē p̄iu p̄mixtiōis ex ma
gnitudine spatii. s. iam incepti vel facti vel futuri fieri: ꝛ deto

De diuersione.

De repellentibus resoluētibus ꝛ locū ꝯfortātibus.

ꝙ nō apparuerit. Cui⁹ exēplū dixit ipſe. q2 qñ apa eſt magnū velocis additiōis. ſup. vel qñ flux⁹ eſt magn⁹ ⁊ cito additur tūc ſcias ꝙ caliditas eſt fortis ⁊ mā ē multa. ſup. ⁊ vie ēt ſunt apte dilatate ⁊ ptes pcuſſi debilitate ⁊ relaxate ergo addes i olō frido ⁊ minues ex calo. ⁊ eȝ. ⁊ ſignāt ēt ſup ↄgruitatez ipoꝝ ex ↄplōne ifirmi ⁊ etate ei⁹: q2 qñ ↄplō ifirmi ē calida minues ex calido. Et ſilr ſi etas patiētis eſt etas iuuētutꝭ minues ex calido: ⁊ ſilr erit opandū exiſtētib⁹ alijs ptib⁹ ↄſiderādis in tpe ãni regiōe ⁊c. calidis: ⁊ ecōuerſo. exiſtētib⁹ p̄dictis frigidis ⁊c. ¶ De approximatōe hoꝝ medicaminū ↄiūcum. dixit. A. ponūt empl'a capiti q̄ꝝ pmixtiōes ſūt ex eis i qb⁹ ē ſtipticitas ſubtil'. i. fūdata i ſba ſubtili vt cū ſubtilitate penetret ⁊ reſolō pauca. ſ. debilis: q2 nō debēt ſumi reſolutiua fortia. ⁊ exēplificās dixit. ſic ſt roſe mellilotū calam⁹ aromatic⁹ ⁊ camōilla ⁊ bol⁹ ar. ⁊ alumē iameni cū vīo odorifero. Et dixit. A. recte fac̄ q vtiť medicis dictis. ſ. ſiue ſigillatiꝫ ſiue ↄiūctiꝫ actu tepidis vel remiſſe calis. nā hic ē rect⁹ modus admiſtratiōis eo ꝓ᷑eo ꝙ tūc magis ꝓfūdanť magis ēt ſedāt dolorē q ſeqť ad pcuſſionē: veꝝ tñ dixit ipſe. dolor ⁊ timor apatꝭ qñq; fac̄ necīu vt parūp ifrideanť: vt qñ dolor eēt magn⁹ ⁊ caliditas i loco itēſa. ¶ Et ſcias ꝙ i toto pceſſu cure tu debes ꝓcedē cū medicis ebibitꝭ alterātib⁹ ⁊ digerētib⁹ ſꝫ diſcraſiā ⁊ hūorē peccātē: ⁊ cū ꝓhibētib⁹ vaporē aſcēdēꝫ ⁊ aſcēdētes reprimētib⁹: ⁊ cū zuccaro ro. veteri cū coriādro p̄parato ↄdito cū granatꝭ citonijs: ⁊ ſilib⁹: ꝙ ſi p p̄dictā curā nō euaſeris euētū apatꝭ pāniculi dur̄ mřis tūc ↄſidera māꝫ ei⁹ ⁊ cura ipꝫ cura curabili. ¶ In medicis tñ ab ex̄ approximādis ↄſidera. dixit Sera. ⁊ ſi nō fuerit velamē. ſ. dura mať detecta ⁊ algēgēmati. i. gigis mř fuerit ſana ⁊ nō fuerit i cute apa ad oleū ro. q̄ inungēd⁹ eſt loc⁹ addem⁹ paꝝ aceti. Si aūt fuerit apa vel in cute vel in gigia aut velamē detectū recedem⁹ ab aceto: ⁊ tūc excuſat olꝫ roſaꝝ ſolū tepidū aut olꝫ ſiſamnū. ¶ Silr dixit Halya. 5. prac. ſi cerebrū opimēto ex caſu vel pcuſſiōe apa inatū fuerit: opꝫ capiti olꝫ iſtillare ro. tepidū ⁊ vini acetū. ꝙ ſi os ↄfractū ē ⁊ opimētū cerebri diſco optū: ⁊ comittať hic dolor grauis oleo ro. acetū nō imiſceas eo ꝙ acetū vehemēter ipedit pāniculū: ſꝫ oleū ro. puꝝ iſtilla tepidū aut camomillinū. ſ. ro. mixtū: ⁊ ꝓhe i ꝓceſſu. Et ſubdit Hal. ſciēdū ē tibi oleo ro. acetū imiſcere cerebri ⁊ opimēti ei⁹ apatib⁹ q̄ oleū ro. ad cranei penetret iteriora ⁊ p acetuꝫ īgrediať ipſi⁹ ſubtilitate ⁊ nō ꝙ acetū apati ꝓſit: cū neq; mitiget neq; diſſoluat neq; in calidis neq; i fridis apatib⁹. acetū ēt ſi cū ſua ſba puenit ad pāniculos cerebri aut ledit eos mordicatiōe ſua: vñ Serap. voluit maxie cū iſti pāniculi ſint multi ſenſus. Et. A. dixit. ſi loc⁹ ſine vulnere exiſtēs. ſ. extrinſecus icipit apari tūc neceſſe eſt admiſtrare fortib⁹ ſtipticis ⁊ fortib⁹ ifrigidatiuis ſicut ſūt cortex granati ⁊ lētes ⁊ ro. ⁊ balauſtie ⁊ hmōi embrocādo caput cū aqs. ſ. decoctionis dictaꝝ reꝝ ⁊ faciēdo empl'a ex fece ipaꝝ. Deinde. ſ. adueniētis apatis augmēto fiat pmutatio ad illud in quo cū hoc. ſ. ꝙ ſit ſtipticū ifrigidatiuū ſit ſubtiliatio. ſic ē cypſſus mirica citoniū ⁊ olibanū. ſup. ⁊ ꝓcedēte apate miſceas cū eis reſolutiua magis. Et cū fuerit in declinatiōe dixit Raſ. i. ↄti. ſupponanť olea mollificātia: ⁊ ſi apa fuerit dur̄ decoquanť cū eis mētaſtrū abſinthiū: ⁊ ſiliа. ⁊ ſūmarie curād⁹ eſt curatiōe apatū. ¶ Ampli⁹ de medicis qb⁹ vtendū cū manualis opōq̄riť diceť in ſequenti cap. vbi de dicta opatione tractatur.

De cura cuꝫ icipit vulnus apari.

¶ Nūc aūt deueniēdū eſt ad curā q̄ fractura penetrās cranei cū medicina abſq; opatiōe manuali curať. ¶ Dicūt opatores huius cure. añ oia caput totū abradēdū eſſe. ſ. pri⁹ cuꝫ forficib⁹ abradendo capillos: deinde mollificādo reſiduum eoꝝ cū aq̄ ⁊ aceto mixtis frigidis in eſtate ⁊ calidis in hyeme: ⁊ cū mollificati fuerint raſorio radanť: ⁊ caueať tñ ne qd aque ⁊ aceti illius orificiū vulneris ſubintret: deinde calefiat caput tēperate ⁊ fricet̄ cum pāno leuiter vt aperianť pori ⁊ excludať q̄ acqſita fuerit in abraſione frigiditas: deinde extendať empl'm ſiue vnguentū ſup petia rotūda ad q̄ntitatem capitis magna ⁊ fiant in petia poſt extenſionē empl'i ſup ea inciſiones plures vt tranſpireť mā in vaporē vi empl'i ↄuerſa ptilias ⁊ ſic capiti toti ſupponať ⁊ ſup petiam hanc apponunt aliquē pānū leuē moderate calefactū ⁊ ſup illā apponūt capellinū hñtē caliditatē ſm egri ↄſuetudinē vel paruꝫ plus. ligāt aūt ligatura nō ſtricta. ⁊ dicūt. ſufficere ſi ſemel i die muteť ⁊ nō innouetur. ¶ Precipiūt q ex eis ſunt ſapientes hoc nō apponi niſi premiſſa euatione ⁊ diuerſione: ⁊ nō aliter vt multi faciūt ſtolidi q nō ſolū in hoc errant: ſed etiaꝫ maxime in dietādo. exhibēt. n. a pncipio carnes ⁊ vinum: ⁊ alia cibaria multi nutrimēti: que tñ cibaria vetāt ſapientes ex eis: ⁊ p̄cipiūt dietā tenuē ꝓut in p̄cedēte cap⁹ dictum eſt.

De cura fracture cranei abſq; manuali opone.

¶ Et dicūt q ex eis ſūt ſapiētes modū curatiōis p empl'm maxime valere in fracturis q̄ accidūt i ↄmiſſuris cranei aut ꝓpe eas ⁊ p̄ſertiꝫ in fracturis in qbus de oſſe bona q̄ntitas amota eſt: ⁊ eis q̄ ſūt cū plaga in cute: q2 i p̄dictis fracturis meli⁹ pt p empl'm attrahi ⁊ reſolui oē pus ſub craneo ↄtētū ⁊ pp hāc cāꝫ ſi cutis exteri⁹ plagā hūerit nō iponūt in ea licinīū ſiue ſtuellū: ⁊ tñ manifeſta fractura in oſſe fuerit iponūt ſup eā modicū bōbacis carminati ad defenſionē aeris exterioris. ¶ Et mod⁹ ↄpōnis iſti⁹ empl'i multiplex reperiť: q̄ꝝ vnus eſt Cōciliatoris: ⁊ ſic ſit. ℞. gūmi elemi. ʒ. ij. raſine pinee. ʒ. iiij. cere. ʒ. vj. olei ro. ʒ. iij. ß. armoniaci. ʒ. ij. terbētī. ʒ. iij. ⁊ ſucci betonice. ʒ. v. ⁊ fiat ex eis vng^m. ¶ Aliud eiuſdeꝫ predicto ſilē. ℞. gūmi elemi. ʒ. ij. oppo. ʒ. ij. bdellij. ʒ. ß. reſine pini. ʒ. i. cere q̄ntū ſufficit. ⁊ dixit. ꝙ hoc vng^m eſt laudatum nō ſolū in fractura aptā: ſꝫ ēt in capillari: ⁊ valet in pn⁹ reſtricta omoroſagia qñ adhuc vt⁹ eſt fortis potēs expellere ſuperfluitates p vias artas. ℞. Aliud empl'm ſiue vng^m qđ diciť eſſe mirabile ad fracturā cranei q̄lcūq;. ℞. cere terbenti. añ. ʒ. ij. ß. ⁊ liquefac ad ignē ⁊ liquefacte mitte i aceto: ⁊ tūc. ℞. cētauree maioris ⁊ pue ꝓ q̄ qdā ponūt mřis ſiluā. añ. ʒ. ij. ß. ⁊ ſint recētes ⁊ pone eas in vino albo ad calefaciendum ad ignē: ⁊ tūc bñ cōmiſceas eas adinuicē: ⁊ accipe ſtamē ⁊ cola ⁊ poſtea pone eas in aceto ⁊ ſilr facias. deinde cola ⁊ extrahe ſuccū ex eis bñ exprimēdo: deinde p̄dictā cerā ⁊ terbētinaꝫ iterum liquefac ⁊ cola in lacte mulieris vel vacce: ⁊ tunc liquefac iteꝝ ⁊ incorpora cum ſucco p̄dicto ⁊ pone ad ignē ⁊ ſup imitte olei benedicti. ʒ. iiij. ⁊ cōfice vng^m ⁊ vtere. Dixit cōpoſitor ei⁹. ſi vis efficaciā ei⁹ experiri pfora cap̄ edi vel galline ⁊ ſuppone de hoc vnguento q̄ꝫ liberabiť. ¶ Unguentum aliud laudatuꝫ ad fracturā cranei ⁊ vulnera capitis. ℞. terbentine. ʒ. iij. cere albe. ʒ. ij. aceti optimi ⁊ olei ro. añ. ʒ. i. ß. lactis mulieris vel aſine. ʒ. ij. ß. ſucci betonice. ʒ. v. liquefiat cera cum oleo: ⁊ poſtea addanť terbentina lac ⁊ acetū ⁊ bulliant aliquātulū: ⁊ poſtea addatur ſuccus ⁊ bulliať: ⁊ ſimiliter bene agitādo: deinde remoueatur ab igne ⁊ cum ſpatula tādiu ducať donec ifrigideť ⁊ vſui reſerueť. ¶ Dixit Auic. ibi empl'areť locus ex eo qđ locū cōfortet ſicut ſunt empl'a quoꝝ aque ſunt ſicut aqua mirti ⁊ ſalicis: ⁊ quoruꝫ olea ſūt ſicut oleū mirtinū ⁊ limnū ⁊ ro. ⁊ coꝝ pmixtiones ſunt in qbus eſt ſtipticitas ſubtilis ⁊ reſolutio pauca ſicut roſa mellilotū ⁊ calamus aromaticus ⁊ camomilla ⁊ bolus armenus ⁊ alumē iameni cū vino odorifero. ¶ Dixerūt qdā. ex experimētatoribus prudētib⁹ ꝙ ſi aliqd addať ad empl'm poſitū ab Aui. tertij pris. cap. de ſoda ex pcuſſiōe de bethonica ad pōdus oium ⁊ cū cera ⁊ oleo ro. fiat vng^m vel cum cera ſola fiat empl'm bñ malaxatū: aut fiat empl'm cuꝫ farina ordei ꝙ ipſum ſanat omnē ↄtuſionē capitis etiā cū fractura cranei: dūmodo fractura nō perueniat ad durā matreꝫ. ¶ Empl'm aliud quorūdā experimentatoꝝ dicentiū ipm ſurgere ⁊ conſumere qđ neceſſariū eſt frangere ⁊ extrahere oſſa corrupta ⁊ forūculos ⁊ tela ⁊ ſpinas ⁊ alia infixa: mollificatiuis tamē premiſſis. Et dicūt. ꝙ facit ad ſigillationē vlceꝝ ⁊ torſioneꝫ mēbroꝝ. Et dicūt ipm eſſe mirabile in fractura cranei cum cōtuſione cutis: ita tñ ꝙ ſi in loco ↄtuſo nō fuerit apertio ⁊ ſolutio manifeſta q̄rať locus maioris ↄtuſiōis: ⁊ in loco fiat

cum

cum nouacula incisio ꝓfunda vt ꝑ ipsaȝ possit euaporari ⁊
egredi qđ ꝑ emplm̄ attractuȝ fuerit sic fit. ℞. baccaꝝ lauri ⁊
baurach rub. salis armoniaci aristo. ro. radicū cucu. asinini
glutinis albotim xilobal. añ. aur. x. lactis arboꝛis moꝛi. aur.
xx. cere. aur. xxx. adipis capre. aur. xv. fecis olei de lilio q̄ntū
sufficit ad cōglutinādum medicinas terant̄ medicine sicce ⁊
cribellent̄ ⁊ fricent̄ manibꝰ cum dicta fece olei de lilio. Aut
v̄o dissoluant̄ ⁊ cū dissoluta fuerint oīa siḿ bñ misceant̄ ⁊ re
seruet̄ ad vsuȝ. Et sūt q addūt p̄dictis ossis brachij ⁊ cruris
hoīs moꝛtui. aur. x. ⁊ scabiose. aur. viiij. ⁊ preseruȝ in fractu
ra cranei. Modus aūt vtēdi eo est, vt dixerunt. ponat̄ inter
duas pennas ⁊ applicet̄ toti capiti p̄us eo abraso. ¶ Aliud
emplm̄ qđ vocat̄ emplm̄ bouini quo cōiter vtunt̄ opatoꝛes
nostri sic fit. ℞. mirti silue recētis vel passe, vel ēt sicce ad libi
tum ⁊ decoque in optimo vino albo donec minuat̄ tercia ps
ipsius: deinde colet̄ ⁊ tūc habeas terbentine ⁊ cere citrine.
añ. ℥. iiij. olei rosati. ℥. ij. liquefiant ⁊ colent̄ supꝛa dictū vinū:
deinde tādiu cū ipso vino ducant̄ cū spatula donec infrigi/
datū fuerit: ⁊ tūc collige ⁊ vtere. ¶ Emplm̄ aliud optimum
⁊ fuit appoꝛtatū de cipꝛo sic fit. ℞. succi p̄mi floris ⁊ succi be
tonice succi sacanunde. al's. sanamūde. i. gariofilate, ⁊ s̄m q̄s/
dā leporis pes ⁊ galosel. i. succi matris silue succi pimpinel/
le. añ. ℥. ij. terbētine. ℥. iiij. bdellij. ℥. ß. cere citrine. ℥. j. vini albi
optimi. ℥. j. lactis vaccini. ℥. iij. oīa p̄dicta bulliant lento igne
vsqȝ ad cōsumptionē succoꝝ ⁊ colent̄: ⁊ tūc supponat̄ pul/
uis aristo. ro. betonice. añ. ℥. iiij. ⁊ incoꝛpoꝛent̄ agitando do
nec frigescāt. ¶ Quidā dixerūt. rem mirabilē expertā apud
eos qñ ɔtingit craneū ꝑcussuȝ ad interiꝰ cōpꝛimi ⁊ plicari ⁊
siphacia cerebꝛi ledi: vñ patiens loquelā amittit tūc violas
contere ⁊ cū vino patienti da bibere: deinde cōsidera: ⁊ si de
xtra pars cranei fuerit q̄ lesa est violas cōtritas liga sub plā
ta pedis sinistri: ⁊ si ps sinistra lesa fuerit pone eas sub plāta
dextra. statim. n. miraculose os resiliet ⁊ loquela redibit.

¶ Curant ēt qdā fracturā cranei bñ penetrantē sine pāniculo
rū ⁊ cerebꝛi lesione os nō amouēdo: sed in fissurā oleū rosaꝝ
Aliꝰ mo/dus. infundēdo: ⁊ postea supponūt pānos infusos in melle rosa/
to colato ⁊ oleo ro. mixtis ad mūdificādū: ⁊ desuper ponūt
pānū cū oleo ros. incoꝛpoꝛato cū vitello oui: ⁊ cū pus face/
re inceperit loco vitelli ⁊ olei ro. ponūt mundificatiuū factū
ex farina oꝛdei cū melle ro. colato, ⁊ sic ꝓcedūt donec vidēt
ligamētū ossa cōiungēs: ⁊ tūc ponūt mundificatiuū sup fila
sicca, deinde ꝓcedūt cū puluere capitali ⁊ vnguēto attracti/
uo vsqȝ ad cōsolidationē. Et si eis obijciat̄ qđ nō dȝ oleum
vel aliqđ vnctuosuȝ ꝑmitti intrare ad interiꝰ cranei. rñdēt p̄
auctē Aui. q dixit. recte agere q oleis vtunt̄ tepidis. 2° ꝙ ta/
le oleū dȝ esse ex oleo onfacino: q2 tale nō est vnctuosum: sed
exiccatiuū de se: ⁊ ēt v̄tute rosaꝝ: ⁊ hȝ aromaticitatē ꝑ quaȝ
cerebꝝ ⁊ sp̄ūs eius ɔfoꝛtat doloꝛē sedat sanguinēqȝ ɔgelatū
suo mō subtiliat: ⁊ ad expulsionē penetrat. al's. p̄parat
ꝑ cranei fissurā. ¶ Qui v̄o ponūt curam fracture cranei per
De mō cu/randi vul/nera ꝑ po/tiones. potionē. dicūt. eā nō solū valere in fractura cranei penetran
te: sed ēt in oībꝰ vulneribꝰ cassalibꝰ ab vmbilico superiꝰ eue
niētibꝰ. asserūt. n. ea de se oībꝰ dictis vulneribꝰ ɔuenire ad
salutem: q̄ȝuis per accñs fit ꝙ aliqñ nō implet̄ intētio eius.
q̄re monēt sequētes hāc curā ꝙ attente cōsiderent tēpus an
ni ⁊ tēpus vulneris qđ p̄cessit ⁊ dispōnē curatiōis habite ⁊
facte circa ipȝ vulnꝰ per ip̄m tp̄s. etenim si occurrit tibi vul/
nus recēs cū sanguine suo secure recipias cure ipsius onus:
q. ñ pro certo sanabit̄. Si v̄o nō occurrat tūc: sed postea ad
tēpus: tūc dicūt: ꝙ si tēpus fuerit frigiduȝ ⁊ vulnus steterit
clausuȝ nō tentatū digitis vel alijs instr̄is neqȝ repletū stuel/
lis: tūc vsqȝ ad q̄tuoꝛ dies pōt accipi cura eius. Si v̄o vulnꝰ
steterit apertū tētatū ⁊ stuellatū nō dȝ vltra vnū diē accipi
cura eius. Si v̄o tēpus fuerit calidū ⁊ vulnꝰ clausuȝ nō ten
tatū: neqȝ stuellatū tūc vltra duos dies nō sumat̄ onus cure
eiꝰ. Et dicūt. ꝙ quecūqȝ vulnera trāsierint terminos dictos
nō debēt subijci huic cure. Quecūqȝ v̄o nō trāsierint quāto
recentioꝛa ⁊ minꝰ alterata fuerint tanto magis ⁊ citius per
ipsaȝ curant̄. Quidā tñ fidedignus dixit mihi se sanasse vul
nus cassale fistulosuȝ cū hac cura: ⁊ ꝙ quocūqȝ tp̄e poterit
fieri cura ista etiā quocūqȝ mō vulnꝰ fuerit per te detentatū.
¶ Si vulnus itaqȝ recens ad te ꝑuenerit curandū nō debes
digito vel instr̄o tentare: neqȝ aliquo mō egrū inquietare: ⁊
maxime cū re q̄ ad interius cranei vel pectoꝛis penetret: de/
bes tñ remouere vel auferre q̄cūqȝ inter labia vulneris fue/
rint preter nām: ⁊ quocūqȝ frustula ossa ibi fuerint sepata ⁊
fluentia que leuiter ⁊ sine doloꝛe extrahi pñt: ⁊ statim qm̄ in
extractione dictoꝝ frustuloꝝ ossis nō debes diu laboꝛare:
deinde debes labia vulneris optime cōiungere vel saltē ap
pꝛopinquare quanto magis poteris ⁊ debes suere q̄ sutura
egent ⁊ sui possent: ⁊ postea debes ab extra vulnꝰ tepido vi
no lauare. Si v̄o occurrit tibi vulnꝰ nō recēs neqȝ sanguino
lentū: silr̄ debēs q̄cūqȝ extraneū. inter vulneris labia exñs
abijcere ⁊ labia: deinde appꝛopinquare vnire suere similr̄. ⁊
postea lauare ⁊ si necessariū fuerit vulnꝰ a soꝛde mūdare nō
fiat illud cū vino neqȝ cū alio liq̄do qđ possit ad interius de/
scendere: sȝ cū coto vel pāno lineo subtili ⁊ mundo: ⁊ post h̄
curādū est vulnꝰ: sicut cetera vulnera carnosoꝝ. ab intra v̄o
exhibēda est ei potio infrascripta cui dñs bñdixit mō quo di/
cet̄. ¶ Potio aūt ipsa sic cōficit̄. ℞. cinamomi opti. ℥. j. zuc/
Potio ad vulne/ra cū cu/ratione. cari albi solidi. ℥. ij. granoꝛuȝ paradisi galange cardamomi
maioꝛis piperis long. añ. ℥. j. gariofiloꝝ electoꝝ nūero. xij.
terant̄ ⁊ cribellent̄: ⁊ ex alia pte. ℞. mellis optimi libꝛ. j. vini
optimi subrubei ⁊ subtilis nō nimis potētis. lib. ß. in cuius
vini pauca pte bulliat totū mel. donec dispumet̄: ⁊ deponat̄
tūc ab igne ⁊ tepefiat ne pulueres supimmittēdi cōburant̄,
⁊ cū eo incoꝛpoꝛet̄ fere totus puluis: ⁊ tūc addat̄ vinum qđ
remāserit ⁊ cōmisceant̄. ei tūc tenta ad gustū. Et si est nimis
foꝛte addat̄ de vino donec sit delectabile ad bibendū ⁊ boni
sapoꝛis si fuerit nimis debile addat̄ de puluere donec suffi/
ciat: ⁊ tūc distillet̄ ꝑ colatoꝛium pluries sic distillat̄ lixiuiū
siue nectar ⁊ cuilibet vulneri debent dari nouē ciati paruissi
mi: quoꝝ cuilibet ciato debēt admisceri tribꝰ vicibꝰ q̄ntum
tribus digitis capi pōt de puluere qui sic fit. ℞. folioꝝ pim/
pinelle sanamūde valeriane radicū gentiane. añ. par. eq̄les:
⁊ pilloselle q̄ntū de p̄dictis oībus aut duobꝰ ⁊ quelibȝ dictaꝝ
cōmixtionū triū de dictis. 9. vicibꝰ pulueris p̄dicti sup quē/
libet ciatū pigmenti p̄dicti fiat spargēdo in moduȝ crucis ⁊
dicēdo in q̄libet vice. In noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ sp̄ūs sancti amē.
Dextera dñi fecit virtutē dextra dñi exaltauit me: dextra dñi
fecit virtutē nō moꝛiar: sed viuā in eternuȝ ⁊ narrabo opera
dñi. Castigās castigauit me dñs, ⁊ illa cōiuratione sic p̄fecta
fiat deuota oratio ad deū: vt per eū vulneratꝰ curet̄. ¶ Qui
dā aūt puluerē imittēdo sic in vinū. ℞. radicū peonie valeria
ne gariofilate ⁊ gētiane folioꝝ pimpinelle. añ. ptes eq̄les pre
terq̄ȝ de gētiana: in qua ponunt̄ ptes due aut q̄ntū de oībus
⁊ sint herbe ⁊ radices sicce. ¶ Modus aūt exhibēdi est talis:
qm̄ parato vulnere, vt dictū est infirmꝰ dȝ vsqȝ in crastinuȝ
abstinere: ⁊ sic in mane anq̄ȝ potū sumat postq̄ȝ inceperit co
medere p̄m de dictis vini siue pigmēti cū pulue mixti sumat.
⁊ 2m dabis in meridie. 3m in cena: ⁊ sic per tres dies dabis:
qualȝ die tres ciatos mō p̄dicto. exhibito aūt potu hoc p̄ma
vice si nō euomit sperādū est d̄ salute eiꝰ. Si v̄o euomerit sol
nat̄ vulnꝰ ⁊ diligēter ɔsideret̄ ⁊ ptes ei adiacētes si aliq̄d no
ui appuerit. ⁊ s̄m illō ꝓcede. Et dicūt ex istis qdā. ꝙ si reijcit
ip̄m ter tūc desperet̄ de salute eiꝰ ꝑ hoc auxiliū: ⁊ tūc ad aliō
auxiliū est recurrēdū. Si aūt reijciat ipȝ semel aut bis nō est
de eo desperādū sȝ ꝓsequēdū. Et dicūt. ꝙ nulli dȝ dari pꝰ die
vulnerationis: sȝ scđa: aut amplius cuȝ infirmus comedere
aut bibere voluerit. ¶ Inueni aūt cōponētes potionē sic. ℞.
Alia po/tio. aque vitis vel vite lib. j. ⁊ pone in ea. ℥. j. roris marini. ⁊. ℥. ß.
saluie minutim incise: ⁊ zuccari. ℥. j. ⁊ dant ex ea in potu de
mane duo vel tria coclearia. Et dicūt cōsimilr̄. si patiens eaȝ
retinet ⁊ nō euomit liberabit̄. si aūt euomuerit moꝛiet̄: ⁊ par/

cipue laudãt hãc potionẽ in vulnere cassali mẽbroꝝ spũaliũ. ¶ Theodorus aũt dixit. in fractura cranei cũ cõtusiõe ⁊ sine

Cura fracture cranei cũ cõtusione s; theodoꝝ.

vulnere cutis fiat abrasio capitis ⁊ fiãt tres plactelle de stuppa talr ordinate q̄ pma sit minor ⁊ teneat totã cõtusionẽ; ⁊ scḋa sit maior pma circũcirca p duos digitos. ⁊ 3ᵃ sit maior scḋa bñ cõprehẽdẽs alias: ⁊ iste tres plactelle in vino calido ponant̃ in quo salis modicũ sit admixtũ: ⁊ cõprimant̃ equaliter ⁊ extendant̃, deinde minor plactella inuoluat̃ in melle calefacto tm̃ de vna parte in quo melle sit mixtu; de sale bñ trito in bona q̄ntitate ⁊ calḋ sup cõtusione ponat̃ scḋa ⁊ tertia super ambas ⁊ sup oẽs ponat̃ stuppa sicca q̄ ceteras superet ⁊ cũ linciolo liget̃ quo stuppe ⁊ plactelle nõ valeãt remoueri ⁊ sic vsq; ad 5ᵐ vel 7ᵐ diem. deinde soluant̃ nisi ibi fuerit magn⁹ dolor. Et qñ dissolutũ fuerit iterũ religet̃ eodẽ mõ eundẽ modũ seruando per oia qui in pma fuit ligatione seruatus: ⁊ sic etiã dimittat̃ ad diẽ 5ᵐ vel 7ᵐ: ⁊ iterũ soluat̃: ⁊ iterũ eodẽ mõ religet̃ quousq; cutis cũ craneo fuerit piuncta ⁊ plenissime subtiliata ad maiorẽ tñ cautelã ⁊ sanitatẽ citius recuperãdã scḋa die post cõtusionẽ det̃ puluis supradictus cũ pigmẽto ⁊c. ¶ Alij. aũt cõponũt potionẽ quã dicũt

Alia potio.

esse mirabilẽ. q2 oia vulnera in. 9. diebus sanat dũmõ nõ sint mortalia ⁊ oẽm imunditiã abstergit ⁊ oia ossa fracta expellit que sic fit. ℞. caulis rubei feniculi petrosilij abrotani tanaceti fragarie folioꝝ rubi maioris herbe roberti plantaginis arnoglose apij folioꝝ canabis, ⁊ nucis muscate. añ. cõquassata oia simul: ⁊ in vino albo puro coque ⁊ adde mel, ⁊ bibatur ex eo mane ⁊ sero: ⁊ vngat̃ vulnus exterius de dicta potione qñ biberit ⁊ sup ponat̃ foliũ caulis rubei ⁊ sit ibi sp.

¶ De cura fracture cranei per chirurgicũ instrm. Cap. liiij.



tam.i.intrinsecã, vt corporis repletionẽ, aut alteri⁹ mẽbri capiti cõmunicãtis repleti fortitudinẽ. vñ expellit ⁊ debilitatẽ ipsius pãniculi in se recipit. ℭ Et cura hui⁹ apostematis ẽ cura karabiti. Auicẽ. tñ in ꝑticulari dixit. si cã ei⁹ fuerit manifesta opꝫ: vt abscindas illã cãm velociter. Et si fuerit intrinseca. stude ẽt in separatiõe ei⁹ velociter: ⁊ administra regimen apostematis calidi. s. in ꝑncipio embrocãdo cũ oleo ro. actu calido: ⁊ aut cuꝫ aq̃ in qua bulita sit altea ⁊ fenugrecũ ⁊ semẽ lini, camomilla ⁊ similia. ℭ Dñt. ꝙ ista cõueniũt in fine status ⁊ declinatiõis: in augmento autẽ ⁊ principio status nõ ꝯueniũt qñ vocat necessitas ad mitigãdum dolorem: ⁊ cõuenit emplastrũ factum cũ farina ordei ⁊ semine lini, ⁊ aq̃ calida in aliquo oleo. s. mitigatiuo doloris vl' ꝓhibitiuo flux⁹: vel aliq̃liter resolutiuo ꝭm ꝙ exigit dispositio. Et dixit Aui. administra adipẽ galline in lana ⁊ humecta vel inungendo cũ ea caput ceruicẽ ⁊ spondiles. s. colli: ⁊ distilla in aures aliqd ex oleis que sedãt caliditatem: sicut oleum violarũ: ⁊ similia: quoniã sedant ebullitionem humoruꝫ capitis. Et dixit. fac sedere infirmũ in aq̃ calida in domo: ⁊ hoc ad sedãdũ inflãmationẽ in toto corpore: ⁊ post sessionẽ predictã inũgere ipsuꝫ cũ oleis que sedãt inflammationẽ: si pur apostema calidũ perseuerat, tũc dixit Auicẽ. si non est aliquid qd̃ prohibeat infirmũ sumere medicamẽ solutiuũ soluens semel. i. debiliter ⁊ parũ vel semel: ⁊ vna vice tantũ exhibitũ non reiteratũ exhibe ipsum: debet autem hoc medicamen solutiuũ esse eductiuũ colere, qm̃ tale apostema calidũ fit ꝺ sanguine subtili cui ẽ admixta colera: ⁊ idõ facta fleubotomia restat: vt educat' colera si remanet apostema. ℭ Et quandoq̃ accidit in tali fractura: vt denigretur pãniculus: ⁊ aliquando etiaꝫ ipsam craneũ: ⁊ si quidẽ statim post factam ossis amotionẽ tibi occurrit nigredo ipsa: tũc scis ꝙ nõ ꝓuenit a medicinis: sed a cã extrinseca. Si autem appareat in processu: tunc põt ꝓuenire a causa extrinseca: ⁊ a causa medicinarũ superpositarũ: de quarũ ꝓprietate est denigrare craneũ: ⁊ panniculũ. ℭ Dixit Auicẽ. si apparet sup velamẽ nigredo apparens in eo qd̃ apparet de ipsa: ⁊ in superficie eius: q̃re nõ est nocẽs nocumẽto notabili fortasse cause eius sunt medicine. s. habẽtes illã tincturaꝫ inducere: vel q: certificatio facta fuit de fissura per humiditatẽ nigram aliqd cecidit ex ea per fissuram sup velamẽ: vel alio quocunq̃ modo approximatio facta sit medicinarũ: siue rerũ denigrantiũ. supple. aut causa eius erit sanguis ꝯgelat⁹ ibi ⁊ denigratus ẽ: tũc inq̃t Paulus. opꝫ vt sumas ex melle ⁊ oleo rosato: qd̃ sit triplũ mellis ⁊ appone: donec remoueat': ⁊ ea amota prosequere curã vt supradictũ ẽ. ℭ Et dixit Paul⁹. si accidit in siphac nigredo ex seipso ⁊ peruenerit vsq̃ ad oculũ: ita ꝙ etiã oculi denigrent': tunc si cũ alijs signis malis affuerit: opꝫ vt desperes de salute ei⁹: quoniã est signũ consumptionis caliditatis innate: ⁊ destructiõis ei⁹. ℭ Et Albucas. dixit. si accidit siphac capitis cũ mũdificatur ab eo dos: ⁊ ꝑcipue quãdo negligitur cura eius nigredo in sup̃ficie eius: cõsidera tunc ꝙ si accidunt infirmo accidentia mala q̃ diximus scias: q: pernitiosum ẽ ꝓculdubio: sed si nigredo accidit ex medicina que ponit' sup ipsuꝫ: ⁊ est in ꝟtute illius medicie: vt faciat illã nigredinẽ, tũc opꝫ vt accipias de melle ptẽ vnã, ⁊ de oleo ro. ptes tres: ⁊ linias cũ eis pannum lineũ: aut lenẽ, aut sindonẽ: ⁊ pone ipsum super siphac. Et Auic. dixit. si nigredo fuerit ꝯfirmata ⁊ ꝓfunda. tũc fuge: q: illa procedit ex mortificatiõe caloris innati: ⁊ est signũ mortis. ℭ Et notant. ꝙ quandoq̃ cõmunicatur nigredo oculis natura expellẽte sanguinẽ ad exteriora versus oculos, ⁊ tũc nõ adsunt talia signa mala: ⁊ nõ est signũ mortis. ℭ Et quãdoq̃ oritur super dura matre caro mala q̃ indicat ad sui amotionẽ: verũtamẽ non debet amoueri cũ medicinis acutis mordicatiuis, sed vt dñt quidã spongia leui ⁊ bñ lota vt tollat' ab ea corrosio, ⁊ mordicatio ipsi⁹, ⁊ postea exiccatiua desup ponant': ⁊ dimittat' paruo tẽpore ne possit corrodendo panniculũ ledere. ℭ Si aũt mala caro in vulnere oriatur ante ossis restaurationẽ nõ est amouẽda cũ medicamine acuto, ne cõtingat ex eo qd cadere super pãniculũ sed cũ spongia mõ dicto. Si autẽ oriatur post ossis restaurationẽ ipsa amouenda erit, sicut in alijs vulnerib⁹, ad cuius amotionẽ ꝯfert puluis hermodactiloꝝ supaspersus. ℭ Cũ aũt accidit ex casu ⁊ percussiõe cõmotio in cerebro absq̃ fractura in craneo, ⁊ absq̃ vulnere in cute, tũc si supuenit patienti tortura q̃ ante non erat, ⁊ strambositas in altero oculorũ ⁊ ꝑmixtio ratiõis, ⁊ mollificãtur mẽbra, tunc nõ morietur. ℭ Dixit Oribasius, ⁊ ponit' .15⁹ cõtinentis. in quo cõmotũ fuerit cerebrũ ex casu, aut ꝑcussione dãduꝫ est in potu de aq̃ mellis cũ sticados. Cõfert eni ei valde, q: cũ eo fiet sanatio eius. ℭ Ait Rases ibidẽ. oleo ꝯferũt huic cerebra gallinaꝝ data in potu affluẽter. Et dicunt quidã. ꝯferunt ei etiam cerebra aliorũ bonarũ auiũ: dicũt tamẽ ꝙ in pricipio talis patiẽs tenuissima dieta debet vti, deinde paulatine igrossari, ⁊ deuenire ad exhibitionẽ dictoruꝫ cerebroꝝ. fiant diuersiões omni modo. Et dicunt quidã. ꝙ abraso capite fiat inunctio sup toto eo cũ oleo rosarũ permixto cũ quarta parte sui de aceto actu calidis, ⁊ facta inũctiõe supaspergat' puluis mirtillorũ, ⁊ supra puluerẽ ponetur pannus lini oleo ro. ⁊ aceto infusus aliquantulũ aspersus: ⁊ super pãnuꝫ stupa: deinde fassia lata lente ligetur ⁊ ligature supponat' capellina de pelle agni: ⁊ sic mane ⁊ sero mutetur omni vice colli ⁊ dorsi spondiles inungendo cum oleo camomille calefacto.

De pãniculi denigratiõe.

De carone mala sup dura matre.

De cõmotiõe cerebri ex ꝑcussiõe sine fractura cranei.

ℭ De vulneribus accidentibus in facie ⁊ oculis. Cap. lvi



In hoc loco preter curationẽ vulneruꝫ in facie accidentiuꝫ opꝫ considerare duo. Primo ꝙ facies est membrum declinans in naturali cõplexione sua ad siccationẽ: quare oportet ꝙ medicine cũ qb⁹ curant' vulnera ei⁹ sint sicciores, vt possit vulnus a superfluitatibus exiccari, ⁊ naturalem eius cõplexionem conseruare, licet medicinaruꝫ ipsarum siccitas in plus ⁊ magis varietur ꝭm varietatẽ partium faciei in cõplexione plus vel minus sicca. ℭ Secundũ cõsiderandũ est faciei decor. facies eniꝫ est mẽbrũ discoopertũ in ꝓpatulo aspiciẽtiũ oĩum. Et ꝓpter hãc cãꝫ opꝫ vt subtili industria ingeniet' vt taliter eius vulnera cõglutinẽt', vt nõ deturpet' decor eius cicatrice enormi. ℭ Dꝫ ergo medicus reducere labia vulneris ad locũ nãlẽ suũ q̃to magis poterit, ⁊ ipsa i eadẽ ꝯseruare ligatura, aut ẽt sutura si necessaria fuerit. Verũ in suẽdo hꝫ vulnera dꝫ eligere medic⁹ acuꝫ tenuiorẽ quẽ inuenerit, ⁊ filo subtili de sirico nõ multũ torto dꝫ suere nõ ꝓfũdãdo acũ, imo supficietenus q̃tũ poterit acũ infigat solũ tãtũ accipiẽdo quãtũ sufficit ad retẽtionẽ ⁊ durationẽ, pũctaq̃ nõ mlta abinuicẽ nõ multa sepata segregata faciei sup suturã. ℭ Dñt qdã. puluis rubeus aspergatur. Puluis ali⁹ q incarnat ⁊ carnẽ regenerat deꝑditã in vulneribus faciei. ℞. myrrhe mastichis thuris dragagãti: gũmi arabici: fenugreci. ãñ. ptes eq̃les, decẽti⁹ tñ ⁊ cũ maiori decore labia vulnerũ faciei ⁊ oĩum partiũ eius in ꝓpriũ sitũ suũ reducunt' cũ medicamine quorũdã modernoꝝ suprapositio in capitulo de sutura. ℭ Q. si vulnus fuerit paruũ nõ egens sutura: aut si fuerit magnũ, sꝫ cũ emissiõe alicui⁹ q̃titatis ossis, tũc si vuln⁹ eget mũdificatiõe mũdificet' cuꝫ vnguẽto facto de terbẽtina melle rosato colato, ⁊ ordei farina, ⁊ facta mũdificatiõe curet' cũ vnguẽto, qd̃ sic fit. ℞. resine. ʒ. iiij. olei cõis. ℥. xii. cere. ʒ. 15. fenug. ʒ. i. myrre thuris. ãñ. ʒ. iiij. Hoc eni vnguẽtũ carnẽ generat ⁊ ꝯsolidat, ⁊ cicatricẽ decorã efficit. ℭ Notãt. ꝙ in vulneribus faciei studendũ est, ne aliqd̃ frustũ ossis ab osse sano separatũ remaneat, immo etiã non separatũ si tale fuerit ꝙ nõ possit cõstringi ⁊ ꝯiũgi, cũ parte sana ossis incidẽdũ est ⁊ abiiciẽdũ: vt nõ remaneat cicatrix supereminentiã habens ⁊ sic faciem deturpans. ℭ Dicũt. qm̃ sutura supficialis dꝫ fieri in partib⁹ faciei nõ dꝫ solui ligatura vsq̃ in tertiũ diẽ: nisi aliquod accidẽs coegerit, ⁊ cũ soluitur opꝫ ꝙ cũ omni facilitate soluat', ⁊ si quidẽ pluma-

oculi superpositi exsiccati ⁊ applicati fuerint labijs vulneris: opz vt cū vino calido tādiu balneent quousqz mollificent: ⁊ faciliter remoueri possint: ne cōtingat ex subita ⁊ violenta emotione eoꝝ puncta suture solui ⁊ labia elargari: faciē deturpari: precipue quoqz dicunt sutura egere vulnera cadentia in fronte ſm longitudinem ipsius frontis, ⁊ hoc est vt ꝓhibeatur descensus supercilij ad inferiora.

¶ Oculū aūt raro cōtingit vulnerari: nisi a re perforante sagitta vel gladio vel alio simili: omnia hec vulnera sunt suspecta de penetratione earū ad interius craneū: ⁊ sunt itē quelibet eaꝝ suspecta d̄ amissiōe visus maxie q̄ cadūt in cornea.

¶ Et cura vulneꝝ oculi exigit: vt a pn° ꝓhibeat fluxus sanguinis: ⁊ eo cū reb° restringentib° ipsum positis sup oculo: ⁊ cū reb° ꝓhibentibus fluxū materierum ad ipsuz positis. supple. in circuitu eius, ⁊ fronte: ⁊ timpore sequente ipz: ponat ergo in oculo aqua rosa: sola: aut mixta cum puluere gūmi arabici: ⁊ boli arme. ⁊ sang. drac. ⁊ sup oculo ab extra ponat cotū infusuz in succo coriandri albumine oui ⁊ oleo ro. sil' mixtis: ⁊ silr pōt poni in circuitu ei°. ¶ Aliud bonuz sic fit. ℞. succi plantaginis: aut solatri vel semperuiue. ℥. ij. aq̄ ro. ℥. ß. pulueris dragaganti, gūmi arabici: sang. drac. terre sigillate boli ar. aā. ℥. ij. misceant ⁊ extendant sup coto vel petia, ⁊ superponat in circuitu oculi. ¶ Aliud vtile ponendū sup oculū. ℞. olei ro. ℥. iij. ⁊ duo albumina ouoꝝ: ⁊ conquasse ea adinuicē cū oleo: ⁊ postea cū eis incorpa puluerez rosaꝝ sandaloꝝ: ⁊ boli arme. ⁊ sanguinis drac. ⁊ extēde sup petiā ⁊ suppone oculo: ⁊ partibus circūstantib°. ¶ Et scias ꝙ restricto fluxu sanguinis: ⁊ sedato fluxu materieꝝ emplm factum de folijs betonice in omni percussione oculi cū vulnere ⁊ sine vulnere est conferens ⁊ vtile.

¶ Vulnera quoqz palpebraꝝ [illegible] suturis subtilissime sui debēt: ⁊ que in naso: ⁊ auribus vulnera eueniūt egēt medicinis siccioib° supra oia vulnera aliaꝝ partiū faciei vulneraqz nasi nō sunt suspecta de penetratione ad itra craneū: nisi euenerint in supiori parte eius a re perforante: tūc etiā suspitionē faciunt de odoratus suspitione ⁊ amissione. Sed que in aure eueniūt sunt magis suspecta de penetratiōe: ⁊ audit° amissione que sequitur ad nerui auditus vulnerationem.

¶ De alijs aūt egritudinib° q̄ eueniunt in oculis palpebris auribus, ⁊ partib° oris que exigūt manualē opōnez sufficit qd dictū est in sermone tertio ad quē recurrere debes. ¶ Et scias ꝙ si aliqua pars auris: aut naris incidat: aut in eis cotura fiat in cauterio nō regenerat illa ps postea: qm̄ cartilagines nō ꝯuertunt: neqz restaurant: nisi in corpib° humidis.

¶ De vulnere cōueniente in naso. Cap. lvj.



Naso quādoqz accidit vulnus comprehēdēs oēs cartilagines eius: ⁊ qñqz accidit in altera earū tātū: ⁊ qñqz in duob° euenit: aut ſm lōgitudinē ei°: aut ſm latitudinē: siue per transuersuz ipsius: ⁊ qñqz euenit in pte eius inferiori: vel superiori magis carnosa. ¶ Vulnus quoqz ſm longitudinē eius eueniens est facilis curationis nō egens: nisi vt labia eius reducant in situm suum nālem: ⁊ in eo cōseruet, siue istud fiat cum sutura, siue cum medicamine supradicto, nam si nō ꝯseruent supradicta reducta nō adherent firmiter ꝓpter dilatationē que narib° sepe cōtingit apud exufflationē fortē: ⁊ apud sternutationez ⁊ ꝓpter defluxuz humiditatis ad ipsuz ex capite remollientium labia vulneris: verum qñ vis reductionē facere ipsoꝝ labioꝝ. Dixit Albu. opz vt cōsideres si vulnus est recens cū sanguine suo: an nō: ⁊ si est recēs: tunc aggrega labia vulneris. deinde cura ipsuz donec sanet, ⁊ si labia vtraqz per se facta sunt sana. al's. siccata per se destructa: tūc opz vt excories omnē partē. s. omnez extremitatem vtriusqz labij a cute sua donec sanguinet: deinde aggrega ea: ⁊ cōstringendo in aggregatione conserua ⁊ puluerizа super ipsam sanguinē dra. ⁊ olibanū trita. quidā addunt predicto pulueri calcem viuā.

Et dixit Albu. pone sup puluerē frustū emplastri dia finicōs aut alterius emplastri ex emplastris cōsolidatiuis: ⁊ quidaz loco emplastri cōsolidatiui apponunt pannū lineum lenem infusuz in albumine oui ⁊ oleo ro. mixtis ⁊ in corporatis: ⁊ aliquantulū conquassatis ⁊ agitatis cum bolo arme. ⁊ hoc apponere in principio est melius. Et qdā apponunt puluillos infusos in vino stiptico calido. ¶ Et similiter curari dz vulnus eueniens naso ſm transuersum: verū ipsuz est difficilioris curationis altera, qm̄ labia eius non sic faciliter reducuntur: nec reducta conseruantur in situ suo. ¶ Et opz vt in vulnere eueniente in parte carnosiori nasi consideret si sit necesse in inferiori parte eius dimittere meatū per quez possit putredo liberi° expurgari: ⁊ si videbit opportunū dimittat. Partes aūt ei° cartalaginose nō egent tali meatu. ¶ Et obseruatis predictis omnib°: tūc ad ligaturā deueniendū est ita ꝙ si. s. vulnus ſm longitudinē euenerit appositis duob° puluillis ex omni latere nasi: vna tunc habeatur fascia: ⁊ posito medio eius super naso ⁊ puluillis deducant extremitates fascie ipsius supra aures ad occipitiū capitis: ⁊ ibi decenter debēt annodari ⁊ stringi: ⁊ sic dimitti. Quidā tamē post annodationē extremitatū fascie predictā reducunt eas iterū super nasuz: ⁊ ibi eas firmiter suūt: vt per hec labia vulneris ⁊ puluilli firmi° teneant ⁊ hereāt. Si vo vulnus ſm latum siue transuersum euenerit: tūc necessaria est ligatura duplex: vna ⁊ pma sit cōprehendēs cū medio fascie extremitate eius inferiore: ⁊ cū vtraqz extremitate eius dz portendi ad mediū capitis: ⁊ ibi dz annodari vel sui: ⁊ fit ista ligatura vt teneat extremitatē nasi solutā eleuatā versus caput: vt firmitatem habeat cum labio eius superiori: ⁊ illa ligatura debz fieri vt mediū fascie ponat super naso: ⁊ tendant extremitates eius supra aures ad occipitiū capitis. vbi annodet vt dictuz fuit in vulnere longitudinali, ⁊ fit ista ligatura vt firmiter teneat puluillos ex oi latere nasi appositos: ⁊ vt ēt firmā teneat primā ligaturā: vt nō possit nasus ad aliquā ptē extra nālē sitū declinare. Et de hoib° sūt q ante ligaturā apponūt in vtraqz nare si vulnus vtrāqz resoluit vel in altera tātū: si tātū vna soluta fuerit: tentāiue formulā factā de cera malaxata ſm formā ⁊ quātitatē naris attingat longā. ita vt supra vulnus si fuerit possibile: ⁊ hoc faciūt vt remaneāt nares in magnitudine ⁊ nāli situ meli° ⁊ decori° facta ligatura. ¶ Dixit Alb. dimitte eā duob° dieb° ligatā, aut tribus: deinde solue ipsaz ⁊ permuta medicinā: ⁊ permitte eam sic procedendo: donec abscindatur filum per se si sutura facta fuerit aut donec appareat firmitas adherentie labioꝝ eius: deinde curetur cū consolidatiuis: sicut cetera vulnera.

¶ De vulnere eueniente in collo ⁊ gula. Cap. lvij.



In collo inferuntur vulnera, aut perueniunt ad soluendum cutem tm̄ vel cutē ⁊ carnē, de quoꝝ cura dixit Alb. ꝙ nō est differētia inter curā eoꝝ, ⁊ curā vulnerū capitis simpliciū: sed curari debent, sicut illa. aut perueniunt vsqz ad os cum amissione particule, vel cum scissione eius, ⁊ debent curari, sicut dictum est in cura solutiōis cōtinuitatis ossis: aut perueniūt ad nucam vel neruū: ⁊ suspecta sunt valde de superuētu accidentiū maloꝝ ⁊ mortis, ⁊ si euenerint cum lesione nuce: tunc cōsiderandū est in lesione mēbroꝝ que sunt infra partē lesam, nā si nuca per trāsuersum tota incisa fuerit necessario mot° ⁊ sensus auferent ab oibus mēbris que sub vulnere sunt in corpore. Si aūt p trāsuersuz incisa fuerit ſm vnā medietatē suā tātū, tūc sensus ⁊ mot° auferent ab oib° mēbris q̄ sūt sub vulnere ex pte illa in qua acciderit lesio nuce. Verūtñ qñuis si nuca tota in latitudine sit incisa mēbra supposita nūq̄ pñt habere sensum ⁊ motū ēt si viuat patiēs, ⁊ cōsolidetur vulnus, tñ si nuca incidat ſm vnā medietatē tm̄. Dicūt qdā ꝙ membra supposita pñt restitui ad opōnes sensus ⁊ motus, qz dicūt ipsaz posse vniri ⁊ ꝯsolidari, sicut dixerūt de neruo inciso platū hz ali/

De ex incisione nuce mēbra supposita patiātur in sensu ⁊ motu

quã ptẽ vt in suo loco patuit. Quidã tñ hoc negãt posse fie/
ri: ↄcedũt tñ: q̄ si nuca ƀm aliquã partẽ ptẽ: ⁊ supficialẽ solua
tur: aut accidet ei incisio ƀm lõgum qd̃ cõglutinari poterit: ⁊
mẽbra supposita passa fuerint lesionẽ in sensu ⁊ motu q̄ po
terunt restitui in dispõnẽ pristinã. Et cõsilr intelligendũ esse
dicũt de quocũq̧ vulnere nuce eueniẽti in quacũq̧ pte ei⁹, ⁊
si vuln⁹ puenerit ad neruũ aliquẽ ex nuca egrediẽtẽ ↄsilr in/
telligẽdũ est, sicut dictũ est in ca° vulnerũ. ❡ Si ḡ ad neruũ
vel nucã puenit iclusiue: ita q̄ attingat subaȝ nuce vel nerui:
tũc dixit Albu. nõ est in eo ingeniũ: nisi vt curet̃ curatiõe cũ
eo qd̃ facit stipticitatẽ vehemẽtẽ: sicut cinlar ⁊ geçi ⁊ eis si/
milia: qm̃ nocẽt neruis, ⁊ ↄtrahũt eos. sup. ⁊ silr nocent nu/
ce: ⁊ nõ ponas supra vuln⁹ frigidũ aliqd̃ oino: qm̃ suba ner
uoꝶ. sup. ⁊ silr nuce est frigida: ⁊ cõtinuatio eoꝶ est cũ cere/
bro qd̃ sublimi⁹ est. al's. frigidi⁹ mẽbroꝶ: sed illud succurrẽ
dũ est cũ intromissione olei ros. vel masticini calefacti infun
dẽdo cũ eo totũ vuln⁹, ⁊ in circuitu vt roboret̃ ṽtus nuce ⁊
nerui: ⁊ ꝓhibeat̃ deflux⁹ humoꝶ: tũc postea statim inungat̃
tota regio posterior a loco vulneris posterius cũ dicto oleo,
vel cũ oleo cõi calefacto: ⁊ supra vulnus ponat̃ emplꝫ factũ
de vitello oui: ⁊ oleo dicto ⁊ modico vini albi: ⁊ mitiget̃ per
ipȝ dolor: ⁊ cũ hac cura ꝓcedendũ est quousq̧ securitas fiat
ab accñtib⁹ malis: ⁊ saniet̃ vuln⁹: deinde curet̃ cũ mũdifica
tione eius facta per medicinã oi carentẽ mordicatione ⁊ pũ/
ctione: ⁊ facta mũdificatiõe curet̃ cura vulneris neruoꝶ. Di
xit Alb. sitillud cũ quo curat̃ ex medicis lenib⁹ sicut est calx
abluta cũ aqua dulci aliquotiẽs: ⁊ infusa cũ oleo ros. aut cũ
oleo cõi: ⁊ tutia ẽt cõuenit qñ abluit̃ cum aq̃ dulci: ⁊ silr alij
minerales lapides abluti ↄueniũt. ❡ Qȝ si vulnus puenerit
ad nucã vel neruũ exclusiue: ita q̄ nõ fuerit facta lesio in eis:
vel lesio fuerit puã: ita q̄ nõ fuerint mot⁹ ⁊ sensus a mẽbris
suppositis amoti: tũc curãdũ erit vuln⁹ curatiõe nerui disco
operti, ⁊ oino erit festinãdũ in curatione vulneris sed ꝓcedẽ
dũ erit vsq̧ ad septimũ diẽ cũ cõfortãtib⁹ nucaȝ ⁊ neruos ⁊
mundificãtib⁹ ipȝ vuln⁹: sicut ꝓprie ↄuenit emplꝫ qd̃ sic fit.
℞. mellis ro. colati: ⁊ olei masticini. añ. ℥. ij. farine fenugre.
℥. j. terbẽtine lote cũ vino rubeo. ℥. ß. misceantur, naȝ hoc nu
cam ⁊ neruos cõfortat, dolorẽ sedat: ⁊ vulnus mundificat:
deinde curetur curatione aliorum vulnerum.

Vulnera ṽo que in gula eueniũt suspecta sunt ꝓpter
venas guidem ⁊ arterias iuueniles: ⁊ tra/
cheã arteriã meri ⁊ neruos descendẽtes ex cerebro: ⁊ reuer/
siuos q̃ oia gule subsistũt. ❡ Si. n. incisa fuerit guidẽ aut ar
teria iuuenilis timet̃ inde mors subita pp affinitatẽ quã ha
bent cũ corde ⁊ epate ⁊ effusionẽ multi sanguinis ex eis: ⁊
spũs vitalis exhalationẽ: ⁊ si incisa fuerit trachea arteria ti/
metur inde lesio in anhelitu, ⁊ timet̃ inde ne mult⁹ sanguis
defluat ad pulmonẽ ad pect⁹ ⁊ cor ⁊ suffocet: ⁊ si tota p trãs/
uersuȝ incisa fuerit ƀm plm mors sequit̃. quãuis aliqñ ↄtin/
gat euadere: qd̃ raroꝶ est. ❡ Et si incisuȝ fuerit meri p trans/
uersuȝ p totũ timet̃ defluxus multi sanguis ad stõm: vñ mul
tis ledet̃ stõcus in opõnib⁹ suis: ⁊ timet̃ lesio in deglutione:
si tñ accidat vuln⁹ trachee arterie vel meri nõ ƀm totum per
trãsuersuȝ: lȝ sit difficilis curatiõis: polis tñ est euasio ab eo.
Et silr si accidat alteri eoꝶ vulnus in longitudine eius. ❡ Et
si peruenerit vulnus neruo descẽdẽti in latitudine ei⁹ ƀm to
tũ timet̃ ablatio appetitus statim: ⁊ raucedo vocis ↄtinua.
Et si accidat neruo reuersiuo cõsilr ↄtinua cõsequet̃ raucedo
q̃uis ↄtingat euadere ex vulnere taliũ neruoꝶ: sicut ẽt ↄtin
git euadere ex vulnere guidẽ vel arterie iuuenilis: si in longi
tudinẽ ceciderit ⁊ paruũ fuerit. Ex vulnere aũt veniente di/
ctis neruis in longitudine eoꝶ ↄtingit euadere ẽt sine lesiõe
dictaꝶ opõnũ. ❡ Narrãt qdã. q̄ iam fuit qui p desperatio/
nẽ secauit sibi cannã pulmonis ⁊ meri, sed nõ tetigit guideȝ:
neq̧ arterias iuueniles ⁊ exhibat aer p vulnus manifeste: ⁊
cibus ẽt ⁊ potus hora comestiõis: ⁊ postea reductis labijs
vulneris decẽter ⁊ bñ firmatis cũ puluillis ⁊ fascijs cõsoli/
datũ est vulnus ⁊ vixit. ❡ Et iam visus est alius q̄ ꝑcussus
fuit cũ sagitta i gula, iuxta guidẽ sinistrã ⁊ pforauit tracheã
arteriã ⁊ totã gulã vsq̧ ad spatulã dextrã: nõ tñ vulnerauit
guideȝ: neq̧ arteriã iuuenilẽ ⁊ extracta sagitta curat⁹ fuit p/
fecte ⁊ vixit. ❡ In oib⁹. n. casib⁹ dictis debẽt aggregari la/
bia vulneris ⁊ reduci in locũ suuȝ nãlẽ: aut debẽt cõseruari
in situ suo cũ ligatura decenter stricta puluillis appositis: ⁊
dȝ dimitti ligatura vsq̧ ad qnq̧ vel ad sex dies: si nõ supue/
nerit ꝓhibens: ⁊ deinceps dȝ curari cura alioꝶ vulnerum.
❡ Scias tñ q̄ vuln⁹ qd̃ puenit ad tracheã arteriã iter anulũ
⁊ anulũ est facilis curationis. Si aũt tãgat anulũ ⁊ separet
ipm in totũ vel in pteȝ dȝ extrahi ⁊ amoueri. Si ṽo nõ sepa
ret ipȝ dȝ figurari figura sua nãli: deinde curari dȝ vulnus.
❡ Et scias. q̄ si vulnus ex pte colli vel gule puenerit ad os: ⁊
tũc perquirẽdũ est vulnus: ⁊ si ibi inuenta sunt fragmẽta se/
parata ossis debẽt oia. extrahi iuxta posse. Si tñ aliqd̃ sepa/
ratũ nõ põt extrahi dimittendũ erit donec saniet̃ vulnus: ⁊
tunc aut per se egrediet̃: aut alleuiabit̃ extractio eius: q̄ si ali
qd̃ fragmẽtoꝶ ossis nõ in totũ sepatũ fuerit, sed se cũ osse te
nuerit reducendũ est ad locũ suũ: ⁊ in eo cõstringendũ si fue
rit possibile: ⁊ si nõ secandũ vel incidendũ est ⁊ extrahendũ,
deinde curandũ est vulnus cum regenerãtibus carnem ⁊ cõ
solidantibus ƀm q̄ oportet.

❡ De vulneribus euenientibus pectori. Cap. lviij.



Ectus ↄtingit vulnerari a pte anteriori: si
ue ex pte thoracis: aut ab vtroq̧ la
tere dextro ⁊ sinistro in ptibus costarũ: ⁊ a pte
posteriori inter spatulas: ⁊ in dorso ƀm totam
regionẽ spondiliũ dorsi: ⁊ põt ↄtingere in qua/
cũq̧ dictaꝶ partiũ vuln⁹ ⁊ in longitudine: ⁊ in latitudine, ⁊
ꝓfunditate, ⁊ qd̃ euenit in lõgitudine vel latitudine ƀm plm
euenit ab instrũto incidẽte vt ensis: ⁊ silib⁹: sed qd̃ accidit ƀȝ ꝓ
funditatẽ ƀȝ plm ꝓuenit a re pforãte, vt lancea gladio sagit
ta ⁊ silib⁹: ⁊ q̃q̧ vuln⁹ eueniẽs ƀm lõgitudinẽ ⁊ latitudinẽ
possit eẽ penetrãs ad interi⁹ pectoris, hoc tñ raro ↄtingit, sȝ
qd̃ ad interi⁹ penetrat ƀm plm est illud qd̃ accidit ƀȝ ꝓfũdi/
tatẽ in ea re pforãte: põt tñ ẽt cõtingere interiorib⁹ pectoris
a re cõtũdẽte casu vel ꝑcussione, ⁊ tũc aliqñ erit cuȝ vulnere
exteriori penetrãte vel nõ penetrãte: ⁊ aliqñ erit absq̧ aliquo
vulnere in exteriorib⁹ apparẽte. ❡ Et vulnera qdẽ euenien
tia a tergo in ptib⁹ dorsi sũt timorosiora ⁊ magis suspecta il
lis q̃ eueniũt ab anteriori vel a laterib⁹: ⁊ hoc iõ est: q2 a pte
dorsi est nuca a qua multi oriũt̃ nerui. Si aũt puenit lesio ex
vulnere ad nucaȝ vel neruos facile cõicat̃ nocu[m] ex cerebro
eoꝶ: ⁊ sequunt̃ ipȝ accñtia terroris: ⁊ qñq̧ mors, q̄ si vulne
ra a pte dorsi fuerint penetrãtia: sũt ẽt magis suspecta pene/
trãtib⁹ ab añriori vel a lateribus: ⁊ h iõ est: q2 a pte dorsi est
nuca a q̃ multi oriũt̃ nerui. Si ãt puenit lesio ex vulnere ad
nucam vel neruos facile cõicat̃ nocu[m] eoꝶ cerebro: ⁊ sequã
tur ipȝ accñtia terroris: ⁊ qñq̧ mors. ❡ Qȝ si vulnera a pte
dorsi fuerint penetrãtia: sũt ẽt magis suspecta penetrãtibus
ab añriori vel laterib⁹: ⁊ h iõ q2 oia mẽbra exñtia in ↄcauita
te pectoris cõicantiã hñt magnã cũ dorso: ⁊ sũt ei plm alli/
gata: quapp ex q̃lȝ pua penetra[nte] a pte dorsi pt magna lesio
illis mẽbris accidere: ⁊ ligamẽtis eoꝶ, nõ aũt sic ab añriori
bus: ⁊ neq̧ a laterib⁹. ❡ Est ẽt sciẽdũ. q̄ vulnerib⁹ eueniẽ/
tib⁹ a pte dorsi ex oi leui cã ẽt exteriori supuenit apa addens
in suspitionẽ ei⁹: ⁊ ipsi⁹ ꝓhibẽs ⁊ ꝓlõgãs curõnẽ. Et vulne
ra ad ↄcauitatẽ pectoris pueniẽtia sũt illa q̃ ꝓprie cassalia vo
cant̃: q2 in cassũ pectoris trãseũt. ⁊ ista qñq̧ ptingũt ad cor:
⁊ morit̃ patiẽs: qñq̧ ad cassulã cordis ⁊ interficiunt nõ post
multũ spatiũ: aut pueniũt ad diafragma: ⁊ si pueniũt ad ptẽ
eius carnosaȝ pñt curari si nõ fuerint penetrantia: ⁊ fuerint
simplicia ⁊ nõ ↄposita cũ apostemate: neq̧ vlcerata ⁊ sanio
sa facta. ❡ Dixit enim Gal. 5. de inge. sanita. vulnera q̃ eue/
niũt in diafragmate faciliter nisi interius penetrauerint, cu
rantur maxime si inueniant ⁊ apostemant̃ ipsis ne dũ ↄsoli/

datis.sup.⁊ si saniem fecerint nō solidantur:eo ꝙ sanies ab
eis nō pōt cōueniēter expurgari,sed remanēs vulnus quoti
die ampliabit ⁊ ꝓfundabit:donec illud penetrare faciat:⁊
interficiat qm̄ diafragmate in quacūqꝫ eiꝰ pte pforato seqͥ
anbelitus ablatio ⁊ mors.Si vō ad ptē eius neruosaꝫ non
recipiūt curationē.¶ Dixit Gal.ꝙ vulnera neruosa eiꝰ pte
qua fiūt incurrabilia sunt:q: pars eius neruosa est exāguis.
⁊ tenuis valde ⁊ dura pāniculosa,⁊ in motu existit cōtinuo:
ita ꝙ quāuis nō penetrēt curari nō pñt:⁊ siłr q̄ pueniunt ad
Utrū vulnera pulmōis sint sanabilia. mediastinū.¶ De vulneribꝰ aūt que pueniūt ad pulmonē.
dixit 5° de inge.sani. Innuit ea posse curari sꝫ expressit ꝙ dif
ficiliꝰ alijs vulneribꝰ curanͭ:siue in carne:siue in cānulis ⁊
venis vel arterijs euenerint. Attamē q: Gal.in hoc de vulne
ribꝰ mēbroꝝ spūaliū loquebaͭ:puto ꝙ de vulneribꝰ maxie
intellexit.¶ Attn̄ lꝫ sit sic.ꝙ ꝭm rei veritatē vulnera pulmo
nis ⁊ venaꝝ eius sint sanabilia difficulter fuerunt q dixerūt
ea nō solū fore difficilia ad sanandū:sed nullo mō sanari pos
se:qđ affirmāt rōne ⁊ experimēto. Rōne qdē:qm̄ eiꝰ vulnus
si est curādū oꝫ quiescere:⁊ quiescere magis a motu dilata
tionis ⁊ ꝯstrictionis ad hoc vt ptes solute nō ꝯtinue abinui
cem separenͭ:sed possint adherere ⁊ inuiscari ⁊ vniri. Mō
pulmo pp anbelitū est in motu ꝯtinuo:⁊ motꝰ eiꝰ est dilata
tiuus ⁊ ꝯstrictiuus:quapp partes solute eiꝰ adherere nō pos
sunt:neqꝫ glutinari. Experimēto vō affirmāt,qm̄ ipsi nō vi
derunt:nec aliqs expimētatoꝝ aliquē a talibꝰ vulneribꝰ eua
sisse:qbꝰ Gal.respondēs dixit.expimēto in hoc nō est stādū:
qm̄ nō pōt haberi ꝑ expientiā ꝙ vulnera sint in pulmone,q:
expimēto non pōt sciri:an ipsa sint curabilia,an nō:nō enim
pōt certe iudicari de curabilitate ⁊ incurabilitate alicuꝰ pas
sionis ignote:ꝙ aūt nō pōt sciri vulnera in pulmone fore ex
perimēto pꝫ:qm̄ si posset sciri h̄ nō foret:nisi expimēto sputi
sanguinis.s.ex sputo sanguinis egrediēte cū tussi:sꝫ tale spu
tum egrediͭ qñqꝫ ex pectore:qñqꝫ ex polmone:⁊ lꝫ mō ha
beanͭ signa distinctiua sputi sanguinis puenientis ex pecto
re ab eo q ꝓuenit ex pulmone:tn̄ tpe illoꝝ sic firmantiuꝫ nō
erant nota:quare illud scire nō poterāt:⁊ sic rō Gal.cōclude
bat aduersus eos:imo expimēto ignotū est vulnera pulmo
nis sanari posse.¶ Quare dixit auctor cōpēdij.non debent
medici desperare de curatione eoꝝ:maxime si sint recentia.
Nos.n.dixit ipse multos curauimꝰ neqꝫ decepti fuimꝰ.de
bent aūt curari in pnͦ festine:ita vt ꝯsolidatio fiat anteq̄ꝫ ad
vlcus ⁊ saniei gñonē ꝯuertanͭ:⁊ maxie sananͭ ex eis illa q̄
sūt parua,⁊ sunt euenientia in ptibꝰ pulmonis q̄ minꝰ moue
tur. Et ista sūt adhuc difficilis sanationis.¶ Ait.n.Ras.4.
ꝯti.si fissura vel vulnus fiat in venis pulmōis aut carne eiꝰ:
difficilis fit cura eius ex multis ꝯditiōibꝰ.s.eo ꝙ vene ipsiꝰ
sunt magne:⁊ caro ipsius pauca ⁊ mollior:⁊ cartilagies eiꝰ
sunt multe:⁊ pulmo est in motu,⁊ medicine facientes ad curā
hñt trāsire per loca plura:quare debiles perueniūt ad locū.
¶ Uulnera vō q̄ fiunt penetrantia solā pleurā pter ꝙ lesio
nē inferāt alijs mēbris curabilia sunt ꝭm plurimū.¶ Am
plius de his vlceribus partiū pectoris sufficientius dictum
est in sermone 4°.ca°.de vlceribus pectoris ⁊ pulmonis.

Signa. Cum ergo viderit medicus aliquē vulneratū vel pcussū
in ptibꝰ pectoris illud inquirere oꝫ an sit penetrās:
an nō,cognosciͭ aūt vulnꝰ penetrās per intromissionē radij
siue tēte siue candele:⁊ per exitū aeris siue vētositatis ex ori
ficio vulneris qñ anhelat ifirmꝰ:⁊ maxie si obturenͭ nares
⁊ os eiꝰ.¶ Dixit Ras.14.ꝯti.auctē Gal.ꝙ in quodā egre
diebaͭ ex vulnere vētositas:quare cognouit ꝙ ruptus erat
panniculus indutus super costas.s.ab intrinseco q dͥ pleu
ra,ꝙ si fuerit penetrās:cōsidera an lesa sint mēbra itrinseca:
an nō.¶ Signa aūt solute ꝯtinuitatis ei vel alteri eoꝝ eue
nientis posita sūt supra ⁊ cōphēdiͭ per lesionē ⁊ opōnē ipsiꝰ
mēbri lesi sequētē post vulnus.¶ Qꝫ si ꝑ tente intromissio
nē ⁊ aeris exitū nō poterit medicus certificari de eius pene
tratione ꝑ ipsius paruitatē vel occultationē vel situs trās

uersionē:tūc opꝫ vt cōsideret medicꝰ in alijs accidētibꝰ:vt si
supra diafragma senserit pondus siue grauedine si expuerit
sanguinē cū tussi:si supuenerit febris si accidāt vigilie:⁊ debi
ciatur appetitus,⁊ ingeteͭ infirmꝰ ⁊ angustieͭ anhelitꝰ eiꝰ:
qm̄ certificant ista de penetratione vulneris,⁊ siłr sūt signa
ꝙ mēbra spūalia sūt lesa si eueniāt post casuꝫ vel obuiationē
vel pcussionē:sicut dictoꝝ accñtiū ꝓuatio signat ipsoꝝ sani
tatē ⁊ lesionis ꝓuationē.¶ Dixit Albu.si vulnera trāseūtia
ad cōcauitatē pectoris trāsierint tres dies aut plures:⁊ non
accidat spasmꝰ aut tremor cordis neqꝫ ꝯstrictio in anhelitu,
⁊ videris reliqua signa bona scias illa salua esse.⁊ eꝯ°. Ista
eniꝫ accñtia si nō affuerint neqꝫ lipothomia:neqꝫ cordis tre
mor:maxie postq̄ꝫ trāsierint q̄tuor dies aut vsqꝫ ad septē:tūc
signāͭ ꝙ v̄tꝰ fortis est:⁊ ꝙ vulnꝰ est saluū:maxime qñ eger
alis disposītiones bonas hꝫ:ꝙ si appuerint:⁊ infirmꝰ fuerit de
bilis:⁊ nō toleret egritudinem:tūc illō vulnꝰ iudicādū ē mortale.

Cura nō penetrantiū. Cura vulnerū dorsi ⁊ pectoris:⁊ que per latuꝫ:⁊ que per
longū eueniūt nō ꝓfūdātia est sicut cura aliorꝝ vul
neꝝ cū reductione labioꝝ ⁊ ꝯseruatione reductoꝝ:⁊ cōsoli
datione si fuerint simplicia:⁊ si fuerint cū deꝑditione carnis
fiat regñatio illius:deinde ꝯsolidatio. Ueꝝ est tn̄ ꝙ vulnera
ꝓfundātia ēt si simplicia:⁊ sine carnis deꝑditiōe fuerint non
debēt curari cū reductiōe labioꝝ:qm̄ cū nō possit in ꝓfūdo
eoꝝ bona fieri reductio ⁊ cōiunctio sequereͭ ꝙ in eo rema
nebit cōcauitas in qua ꝯgregabiͭ putredo:q̄ nō hñs exituꝫ
poterit corrodēdo puenire ad nucā vel neruos:⁊ ledere eos
aut trāsire ad iteriꝰ pectoris ⁊ interficere patientem.¶ Cura
igiͭ talis vulneris ꝓfundi oꝫ fieri cū medicina q̄ cum hoc ꝙ
carnē gñet in ꝓfūdo vulneris sit ēt mūdificatiua ⁊ attracti
ua puris ad exterius,⁊ de hꝫ medicinis optimū est vngm̄ fu
scū,qđ sic fit.℞.olei cōis ⁊ sepi arietini.añ.lib.j.picis naua
lis.lib.s.picis grece.ʒ.iij.si fuĕit estas:aut.ʒ.j.si fuĕit hyems
masticis olibani galbani armoniaci opopanaci serapini ce
re.añ.ʒ.s.ꝯficianͭ sic oleū ⁊ sepū ⁊ pix naualis ⁊ gūme que
nō pñt teri ad ignē liquefiāt:⁊ eis liquefactis puluis alioꝝ
reꝝ supmittaͭ agitādo cū spatula:⁊ signuꝫ coctionis est qñ
gutta posita sup marmore adheret digito ⁊ non dissoluiͭ:⁊
tūc ab igne deponaͭ ⁊ addanͭ.ʒ.ij.terbētine ⁊ bn̄ incorpo
renͭ ⁊ vsui reseruenͭ.Solue vulnꝰ oi die bis ⁊ mūdifica ipꝫ
cū filis vel coto vetusto carminato:⁊ fac vt eger iaceat supinꝰ
sup vulnꝰ vt currat putredo ex eo velociꝰ ⁊ faciliꝰ:⁊ nō re
tineaͭ in ꝓfundo,⁊ cū ceperit exiccari ⁊ carne repleri:tunc
cura ipꝫ alioꝝ vulneꝝ cura. Et scias ꝙ cū tardaͭ ꝯuertiͭ in
fistulā:q̄re ꝓperādū est in curatiōe eiꝰ.¶ Qꝫ si vulnꝰ ex pte
dorsi ꝓfundū puenerit ad discooperiēdū nucā vel neruū vel
ad lesionem eoꝝ curandum erit,sicut dictum est in capitulo
precedente,⁊ in capitulo vulnerum neruorum.

De administratiōe sex rerum nō nāl ū. Cura vulnerū penetrātiū triplici pficiͭ instro.s.dieta po
tione ⁊ chirurgia. Dieta aūt oꝫ esse talis loceͭ eger
in aere sicco tēpato in caliditate ⁊ frigiditate:⁊ nō ꝓlongeͭ
tpꝰ cū inqsitio fit de vulneris penetratiōe,neqꝫ cuꝫ curaͭ:⁊
neqꝫ pmittaͭ vulnꝰ expirare ꝓ posse:qm̄ aliqñ expirādo fit
tāta exalatio spūs vt deducaͭ eger ad sincopim:⁊ aliqñ ad
mortē:⁊ aliqñ ad ethicā trāsit aer ēt q ꝑ vulnꝰ egrediͭ lenit
mēbrū ⁊ vulneris labia alterat:vñ ꝓlongaͭ curatio eiꝰ.nō
ergo ꝓlongeͭ spatiū in curatiōe nisi q̄tū exigiͭ expurgatio
ni virus ⁊ mūdificationi ⁊ ipositioni stuelli:⁊ si aliqñ fuerit
dilatio neciā claudaͭ interim orificiū vulneris. Et dixit Ga.
5° de inge.sani.precipe infirmo ne forte anhelitū emittat,sꝫ
quiescat ⁊ sileat. Ideoqꝫ egro precipienduꝫ est ne aliqd agat
ne anhelitꝰ magnificari vel velocitari aut inspissari habeat,
aut ipetuose fieri:qm̄ anhelitus ipetuose factus vulnꝰ elar
gat ⁊ cōstringit:nō prematur:quiescat:⁊ pro posse dormiat ac
cumbēs sup latꝰ vulneris. Et leteͭ pro posse fugiens omnē
irā ⁊ furorē ⁊ appetitū vindicte.¶ Et subtiliceͭ dieta eius si
cut in ruptura cranei dictū est.cum deuiatione carnis ⁊ vini
⁊ maxie in pnͦ quousqꝫ fuerit assecuratio ab euētu accñtiū

malo℞:sed interim dentur cibi facilis digõnis pauce q̃titatis ꝛ leuis nutrimenti:deinde dentur cibi glutinatiui stipticitaté habẽtes:quo℞ q̃titas augeat᷑ ẜm ꝙ virtus exegerit. Et potus in pᷓ° sit aqua ordei cũ çuccaro vel penidijs:ꝛ in pcessu decoquat᷑ in ea radix liquiritie ꝛ radix feniculi vel petrosellini ꝛ ysopi:ꝛ pcuret᷑ oĩ die expurgatio supfluitatũ pᷓme ꝛ scḋe digõnis. ℂ Dixit Gal.5° de inge.san.phibe patiẽtẽ ab oĩ cibo si est fortis. Si vo nõ da solũ ius.i.brodiũ carniũ put sufficit. Prohibet᷑ aũt cib° pᷓma die ne sumptus repleat venas ꝛ sanguinẽ manare faciat:ideoq; si nõ poterit tolerare sine cibo detur paucus:dz ẽt esse liquidus in vulnere carnis pulmonis ne trãsiens p meri sua grossitie cõprimat ea ꝛ ledat. ℂ Et dicũt qdã.dieta vtat᷑ tenui vsq; in nonũ diez.vel vt dicant alij.vsq; in septimũ phibẽdo eos a carnib° vino: ꝛ silib°.ꝛ h iõ ne supueniat apa.post septimũ diẽ aũt vel qũ iam facta est securitas de apate dieta aliq̃tulũ ingrosset᷑. Et put innuit Gal.dandi sunt cibi medicinales diuersificati ẜz diuersa tẽpora ꝛ ẜm diuersas dispõnes vulneris. Ait.n.vbi supra cũ est tẽpus mundificandi dent᷑ ea que sunt excolatiua:ꝛ cũ est tẽpus cõsolidandi dent᷑ cibaria ꝛ pocula stiptica.

ℂ Cura vo ea℞ per potionẽ ẜm intentionẽ aucto℞ est vt cõsideret medicus si viderit accidẽtia mala ꝛ infirmũ nõ bñ tolerantẽ:tũc facta ptestatione nihil in cura faciat nisi mundificatione vulneris:ꝛ imissionez stuelli:ꝛ h̓ similia cõmunia. Si vo viderit egrũ absq; accidẽtib° malis:ꝛ bene tolerãtẽ:tunc vt dixit Gal.vbi supra.minuat sanguinẽ de basilica:ꝛ si nõ fuerit sufficiens q̃titas eius egressa ex vulnere:ꝛ q̃titas minuendi sanguinẽ metiri dz ẜm tenorẽ virtutis. Uerũtñ qꝛ ẜm plurimũ virtus nõ est in his vulnerib° potens tolerare magnã q̃titatẽ:ideo dixit Gal.minue in duabus vel tribus apoforesibus.i.vicibus:qm̃ iteratio minus pstermit virtutẽ q̃z vna euacuatio quãtitatẽ sufficientẽ educens. Et dixit.si p die paruz sanguinis extraxeris. In scḋo iterũ extrahe similr si virtus pmiserit:ꝛ facta flebotomia vel aliquo tenente vicẽ eius vbi nõ possit fieri vt appositione sanguisuga℞ vel scarificatione:ꝛ maxime in natibus:fiant etiã alie diuersiones.dixit Gal.fricãdo corpus ꝛ pedes ꝛ ligãdo a supiorib° ad inferiora.similiter alia que ad diuertendũ cõueniũt.ꝛ h̓ diuersiones maxime necessarie sunt ꝛ iterãde multotiens quando flebotomia ei fuerit necessaria,ꝛ nõ potuerit fieri pter aliquã causarũ. ℂ Et qꝛ aliquando de sanguine fluente portio retinet᷑ ꝛ coagulat᷑ interius:ideo dixit Gal.cũ talia feceris: sez minutionẽ ꝛ diuersionez da egro ad bibendũ acetũ multe aque cõmixtuz,vt si forte sanguis sit coagulatus liquefiat ꝛ egrediat᷑:qd̓ bis vel ter dari opz triũ hora℞ interuallo interposito inter vnam dationẽ ꝛ aliã:ꝛ quidam huiusmodi aceti cõmixti dationem cõtinuant vsq; ad tertiũ diem:aliqñ exclusiue:aliquando exclusiue:ẜm ꝙ vident oportere.acetuz enim sanguinẽ coagulatũ liquefacit:vnde faciliter expuitur ꝛ aqua ei miscetur vt refrenet acuitatẽ aceti vt non mordicet ꝛ tussim inducat que solutionẽ auget continuitatis vena℞: ꝛ ẜm aceti acuitatẽ debes plus ꝛ minus de aqua miscere. exhibetur aũt bis vel ter:ꝛ aliqñ pluries:qꝛ vt plurimũ sanguis coagulatus non totus vna vice educitur:ꝛ qꝛ vt plurimum nõ solum colligit᷑ in loco semel:sed aliqñ pluries:ꝛ iõ dato ꝙ sanguis mõ coagulatus per assumptionem aceti mõ eliquefactus educat᷑:qꝛ põt alia ꝛ alia vice colligi dz iterari exhibitio eius. ℂ Quidã aũt aceti mordicationez timentes exhibent in potu succũ calamẽti:qm̃ vt dicunt sanguinem.

ℂ In quacũq; corporis parte vulnus acciderit vel peruenerit necesse sunt medicine cõglutinatiue viscose stiptice exhibende in potu. ℂ Dixit Gal.da ei ad bibẽdũ medicinã viscosam cõglutinatiuã ꝛ stipticã qualis est mastix dragagantum gũmi arabicũ radix consolide maioris trocis.stelle:ꝛ similia his. Et dixit Gal.da huiusmodi medicinã p° cuz aceto multum cũ aqua mixto:aut cuz apocimate coctano℞ vel mirtillo℞ ꝛ similiũ. Et qdã exponũt aut pro inde qꝛ pᷓmo debet dari cum aceto mixto vt si qd sanguinis coagulati adhuc affuerit liquefiat ꝛ educat᷑:deinde dz dari cum apocimate stipticorum ad consolidationez faciendam. Et dicũt qdã.ꝙ h̓ medicina cum aceto mixto põt ꝛ dz dari etiam a pncipio maxime vbi multus affluxerit sanguis:ꝛ cũ adhuc timet᷑ ne si sanguis coagulatus ab orificio vulneris eductus fuerit effluat:ꝛ deinde sanguis supfluat:ꝛ dz exhiberi h̓ medicina cũ quocũq; sit ex bibendo mane ieiuno stomaco:ꝛ vespere silr post digestionẽ prandij ante cenam:ꝛ dz paulatine deglutiri,ꝛ iõ pcipit᷑ vt diu in ore teneat᷑ vt lambendo descendat.qm̃ in tali descensu resoluit᷑ aliqd ex ea ad partes pectoris:q̃uis redeat iterum per loca venarũ ad pectus:sed cũ virtute debili.vt supra dictũ est. ℂ Et nõ dz cura vulneris ppria in pᷓ° fieri ne sanguis fluens interius possit retineri ꝛ cõgelari:quapropter dixit Albu.nõ opz vt ponas in pᷓma hora puluerem qui stringat ꝛ sanguinem refrenat,vt nõ retineat᷑ sanguis in cõcauitate pectoris:ꝛ reuertatur ad cor.i.versus cor.ꝛ cõgeletur ꝛ interficiat infirmũ suffocãdo ipsũ:qm̃ nõ retẽtio sanguinis in pncipio querit᷑:sed ipsius eductio etiã reclinãdo ꝛ situãdo egrũ ea forma ꝛ situ quo melius sanguis ex vulnere exeat:ꝛ in orificio vulneris.dixit Albu.ponat᷑ intus vnguẽtum attractiuũ qd mũdificet ꝛ attrahat sanguinẽ retentũ ꝛ congelatum interius:sicut qd̓ fit ex glutino albotin:ꝛ melle vel altero ipso℞. Et si hoc vnguentũ vel aliud simile nõ fuerit presens:tunc dixit ipse.pone super ipm imo ꝛ intra ipm cotũ vetustum vel liciniũ.s.ex filis panni lini stuppa vel filtro aut carpia:ꝛ sugant qd̓ egreditur ex vulnere de humiditatibus:ꝛ postea deueniẽdũ est ad curã vulneris per exteriora. ℂ Et mundificato eo a sanguine injiciẽdus est puluis cõstrictiuus subtilissime cribratus si nõ timueris sanguinẽ intus retentũ fore vel sub forma sanguinis:aut in saniem conuersus:aut nisi videris ipsuz multarũ humiditatũ:in qb° casibus ante dicti pulueris iniectionem vel insufflationẽ dz pectus abstergi. In abstersione tamẽ ꝛ vulneris lotione caue ẜm ṽtutẽ tuã vt nõ mũdifices ipm cũ medicamine acuto vt est flos eris qm̃ vt ait Gal.patiens moreret᷑.fit aũt ei° abstersio p iniectionez ex loco vulneris cũ algalia aque ordei mixte cũ çuccaro rubeo in estate:ꝛ in alijs temporibus aq̄ mellis facte ex melle mundissimo ꝛ claro:ꝛ si vulnus fuerit multe sordis ꝛ humiditatis iniciat᷑ vinũ albũ in quo bullierint medicine abstersiue ꝛ cõsolidatiue:quales sunt mel rosatum myrrha.thus farina lupino℞:ꝛ similia.ꝛ post iniectionem debet eger reuolui in diuersa latera vt melior fiat mũdificatio,ꝛ cũ fecerit illud ꝛ aliquo spatio sic steterit fiat vt eger reuoluat᷑ supra latus vulneris vt totũ qd̓ iniectum est extra effluat:ꝛ qd̓ si sic nõ exierit:tũc vt dixit Aui.necessariũ est vt fiat egredi sanies cũ instrumẽto extrahẽdi sanguinẽ vel saniez.sicut est cãnula per quã sugitur sanguis vel sanies. Et dixit. postq̃ pluribus vicibus mũdificaueris:tũc opus est vt cuz mundificatiuis misceant᷑ que deficcant sicut est decoctio yrios pi yreos aristol.ꝛ similib°. Et si eger tolerare poterit iteret᷑ hec iniectio pluribus vicibus eadẽ die donec clara exeat,ꝙ si nõ poterit tolerare pter debilitatẽ eius tunc fiat iteratio eius per dies ẜm ꝙ ydoneo videbit᷑ curatori,ꝛ q̃diu mũdificatio necessaria fuerit ponat᷑ in orificio vulneris stuellum cum aliquo vnguẽto mũdificatiuo.de quo etiam petia supponat᷑ in circuitu orificij vulneris. ℂ Et de mundificatiuis bonis est illud qd̓ sic fit. ℞.mellis rosa.colati lib.j.myrrhe thuris sarcocolle.ãã.ʒ.s.terbẽtine ʒ.iij.ꝛ farine orobi q̃tũ sufficit. ℂ Habeant᷑ aũt stuella siue licinia que in h̓ vulneribus imittũt suspẽsoria ex filo.que qdẽ pendeãt extra orificiũ ꝛ cum voluntas fuerit possint extrahi,vel habeãt capita exteriora grossa grossiora q̃ sit orificiuz vulneris latũ ne ex cõpressione ligaгare vel alia de cã possint ad ɔcauitatẽ intrinsecaz introire ne ad interius ingressa sint cã putrefactionis ꝛ mortis. ℂ Facta mũdificatiõe tũc gñatiuis carnis si necessaria fuerit gñatio eius,ꝛ cõsolidatiuis est insistendũ:in quo

De flebotomia ꝛ diuersionibus.

De potionibus sanguinẽ coagulatũ educẽdis per os.

De aglutinatiuis ꝛ viscosis p os exhibendis.

De apponẽdis ab extra in pncipio ꝛ de reliquis appropinquãdis ab extra.

tēpore dixit Gal. vnge etiā pectus cū oleo citonioꝝ vel ros. vel alio simili in estate: ꝛ cū nardino, ꝛ similibus in hyeme: ꝛ cōmixtis ex his tēporib⁹ medijs. Et si vis curare cū emplis similib⁹ potes in quo ꝑ ꝛ alioꝝ cōpositione. Dixit Gal. attēdenda est nā infirmi: an sit mollis vt puer vel mulier, ꝛ eo⁹. vt dura ꝛ solida: ꝛ cōpone ea s₃ qd̄ exegerit natura eius.

Festinandū est ad consolidatio vulneris huius ne fiat fistula

¶ Et scias ꝙ in oibus vulneribus cassalib⁹ festinenda est cōsolidatio eoꝝ: hȯ enī₃ vulnera cū ꝓlongaꝉ spatiū super curatione ipsoꝝ malā dispōnē recipiunt per quā facile cōuertuntur ad fistulā. ¶ Dixit Albu. si talia vulnera ꝓlonganꝉ ad sanandū, ꝛ semp aperiunꝉ tunc scias ꝙ iam facte sunt fistule, ꝛ tūc debēt curari cura fistulaꝝ. q̄uis raro recipiant sanationē ꝛ ꝯsolidationē precipue eoꝝ que perueniūt ad pulmonē ꝛ diafragma. ¶ Inquit auctor cōpendij. in vulneribus pulmonis ac diafragmatis: ꝛ in interioribus siphac. i. in pleura opꝫ studere vt quāto magis fieri poterit exiccenꝉ siue cuꝫ emplis extra positis. Et eundē sermonē dixit Gal. siue cū bibitis ab intra. de vulnerib⁹ diafragmatis: opꝫ te studiose ea desiccare siue de exteriorib⁹ oppositis siue de interioribus ex eis q̄ bibunꝉ cū aqua vel tenui vino. laudabilior tn̄ est inter alias q̄ bibunꝉ ea medicina q̄ a medicis diaspermaton vocaꝉ: ꝛ est electuariū de seminib⁹. ꝛ dicūt ꝙ ista lr̄a nō est bona: q̄uis sic et̄ habeat auctor cōpēdij. qm̄ tale electuariū nō est cōsolidatiuū: ꝛ etiā incarnatiuū vulneꝝ. Et id̄ dicūt ꝙ reperiꝉ alia lr̄a. que dicit diapaton. ꝛ est electuariū cōpositū ex istis stipticis cū aliquib⁹ stupefactiuis: qd̄ cōuenit in fractura cuiusl₃ vene. nā rōne sue stipticitatis stringit fluxū sanguinis ꝛ incarnat: ꝛ rōne sue stupefactionis reddit sanguinē fluxui ineptū ipsu₃ ingrossando vias etiā ꝯstringēdo ꝛ sōnu₃ prestādo q ꝯfortat virtutē ꝛ sanguinis fluxū sistit: ꝛ ad incarnandū iuuat. ¶ Huiusmodi et̄ cōueniūt in vulnere pulmonis: de quo et̄ Gal. ꝑticulr̄ loquēs. dixit. id qd̄ est magis necessariū in hac cura ꝛ ante oculos habendū semp est vt festines fissurā vene semp solidare ꝛ cicatrizare cū suo sanguine priusq̄ȝ tumefieri ꝛ apari incipiat vena. s. que in pulmone soluta est: imo et̄ alie que in alijs ꝑtibus pectoris essent solute. nā si vulnus transiret: ꝛ maxime in pulmone cura eius ꝓlixa efficereꝉ. ꝛ fortasse sine spe curationis fieret: ꝛ cā est: q: plm̄ talia vulnera cū apate iuncta vlcera squāmosa fiunt: ꝛ cessato tumore necesse est vulnus mūdificari a sanie ꝛ putredine. ꝛ hoc facere in pulmone ipossibile est ꝑ se sicut per se lauari ꝛ mūdificari pn̄t vlcera alioꝝ mēbroꝝ intrinsecoru₃ vt matricis vesice: ꝛ similiū: imo nō pōt vlcus pulmonis lauari ꝛ mundificari: nisi cū screatibus tussi mediante emittendis: sed tussis est fortis motus dilatatione ꝛ ꝯstrictiōe cōpositꝰ: qui q̄uis faciat ad screatū: ipedit tn̄ vlceris ꝯsolidationem: quare dixit Gal. nō spero vlcera pulmonis restaurari ꝛ solidari in ipsis tussiētib⁹. Et subdit Gal. ꝙ anhelit⁹ ꝛ mot⁹ pulmonis nō sūt cā ipediēdi cōsolidationem vlceꝝ ei⁹ itelligēs cū motus ꝛ anhelit⁹ fuerint parui: s₃ cā ipedimēti curationis eoꝝ est: q: vlcera pulmonis nō pn̄t mūdificari. s. cū motu ꝛ anhelitu puis, s₃ reqrunꝉ magni mot⁹ ꝛ anhelit⁹ ꝛ magni nocēt. vt dictū est. ¶ De cura vulnerū aliaꝝ partiū pectoris: ꝛ venaꝝ earū. dixit Gal. vbi supra. ꝙ est eadē cuꝫ predicta: ꝛ s̄m easdē intentiones ipse: veruntn̄ dixit Gal. ꝙ fissura que fit in venis vel arterijs pectoris est facilioris cure ea que est in venis ꝛ arterijs pulmonis trib⁹ rōnibus. Una q: vene pectoris partiores sunt eis que sunt in pulmone. Scd̄a q: sanies vulneꝝ pectoris fluit ad concauitatē pectoris: ꝛ nō remanet in eis: sed sanies pulmonis remanet in ipso nisi per screatum exeat. Et 3ᵃ est q: pectus carnosius est pulmone, qm̄ pulmo multas diuisiones h₃ cannaliū: qm̄ substa est sicca dura non carnosa: in qb⁹ aliq̄ñ fissura cōtingit simul cū venis: ꝛ aliq̄ñ accidit in venis absq̄ cannalibus. ¶ Et dixit Gal. ꝙ signa quādo vena pulmonis est fissa absq̄ substātia cānaliū sunt: q: sanguis ex fissura solius vene exiens in diuisiones penetrat pulmonis, ꝛ nō in cānales ei⁹: ꝛ ꝑꝑ hoc sanguis q emittitur cū screatu nō est rubeus neq₃ calidus neq₃ multꝰ non rubeus clarus ꝑꝑ morā quā facit anteq̄ȝ spuaꝉ in qua mora obfuscaꝉ, ꝛ ꝑꝑ dictā cā₃ etiā nō est calidus, q: nō subito emittiꝉ, ꝛ nō est multus: q: magna pars eius spergiꝉ per substam pulmonis: ꝛ nō peruenit ad annulos: ꝛ cānales. ¶ Et quia eadē sunt signa sanguinis exeuntis ex vena pectoris: id̄ dandum est signū distinctiuū inter eos: ꝛ huius signu₃ est dolor ꝛ nō in ruptura vene pulmōis, qn̄ aūt sanguis exit ex ruptura vene pulmonis siꝉ cū ruptura cānaliū erit rubeus clarus calidus multus ꝛ multū spumosus. Et dixit Gal. ꝙ predicta signa euenientia in fissura vene pulmonis absq̄ fissura cannaliū monstratur nō esse periculū in ea. s. sicut monstraꝉ esse in ea que est cū fissura cannaliū saltē in pn̄°: nō enim medic⁹ neq₃ infirmus timorē habebit: eo ꝙ sanguis exiens non est multe q̄ȝtitatis. Sed ego dico. dixit Gal. istā. s. que est absq̄ fissura cannaliū esse deteriorē ꝛ molestiorem illa. qm̄ incisio illius nō solidaꝉ ꝑꝑ sanguinē q est in ea ꝛ coagulaꝉ ibi, quia nō inuenit largā viā per quā ad cannales pulmonis trāseat ꝛ egrediaꝉ cū tussi, quare ibi remanēs spatio tēporis corrūpitur ꝛ corruptus vlcerat pulmonē: ꝛ cura vlceris pulmōis aut est difficillima aut est ipossibilis. ¶ Emperici vo qui sūt de secta Ugonis sic curant vlcera cassalia quecūq₃: ꝛ quocūq̄ȝ ꝛ in quacūq₃ parte lata. nā illico labia vulneris ad pālem situm eoꝝ reducūt ꝛ reducta cōiungunt: ꝛ cōiuncta retinent etiā cū sutura si necessaria fuerit: ꝛ sic coniuncta tenent vt calor. s. nalis ꝛ spus ꝑ inde exire nequeāt: neq₃ aer ingredi exterior. deinde supponūt plumaceolos de stuppis balneatos in vino calefacto: ꝛ expressos: ꝛ sup eos ponunt plumacelos de stuppa sicca: ꝛ cumulata fascia supligāt ꝛ dimittūt sic vsq₃ in 5ᵐ vel 7ᵐ diē: nisi dolor vel aliud accn̄s supuenerit. si aūt dolor supuenerit, soluūt tn̄ añ dictū tp̄s: vt siqd saniei in loco gn̄atū fuerit exprimāt ꝛ mūdificent. deinde iterato puluillos mō dicto apponūt, ꝛ sir̄ fasciant. ꝛ iterum sic dimittunt vsq̄ȝ in dictū tēpus, deinde soluuūt: ꝛ sic sir̄ faciūt de 3° in 3ᵐ diem donec eger fuerit liberatus. Uerūtn̄ ad maiorē cautelā exhibent infirmis puluerē cū pigmēto qui positus est in cura fracture cranei ex inuentione Ugonis mō dicto ibi cura. ¶ Cura ꝑo ꝑ chirurgiā est vt si quidē vulnus fuerit strictū nō sufficiēs bone expurgatiōi sanguis retentis ꝛ saniei gn̄ande tunc ante omnia vulnus erit dilatandū s̄m sufficientiā. De hominibus enī₃ fuerūt qui in omni vulnere cassali euenente sup costas mendosas ad meliorē mūdificationē faciebāt vnū, aliud orificiū sup diafragma inter costas tertiā ꝛ quartā: vel inter quartā ꝛ qntā: ꝛ hoc vt liberius ꝛ melius possent mundificare omne extraneū intus cōtentuꝫ. Uerūtamen modernoꝝ plures hoc vituperant: q: cum vulnus possit sufficiēter mūdificari per modū supradictum nō est opus alio orificio: imo ipm̄ facere nō est nisi egrum debilitare, dolorē inducere: ꝛ defluxū mãeꝝ parare. dicūt tamen ꝙ si ob aliquā cām medicus haberet facere tale orificium: tūc d₃ fieri ex eodē latere: ꝛ meli⁹ fit inter quartā ꝛ quintaꝫ costā mēdosaꝫ q̄ȝ inter quartā ꝛ tertiā, q: diafragma in sui cōtiguatione cū spina ꝛ costis reflectitur vsq₃ ad tertiam costam ꝛ plus. que reflexio ipediret exitū saniei collecte, ꝛ non posset bene mūdificari si orificiū fieret sic iuxta reflexionē: ꝛ imo remaneret sanies iuxta diafragma. in flexionē ei⁹ posset et̄ cadere in faciendo illud orificiū error ne pueniret reflexio ad diafragma in incisione fienda. Et dicūt ꝙ d₃ fieri orificiū penes longitudinē costaꝝ versus spinā aliq̄ȝtulū: tn̄ elongatū ab ea: vt per duos vel tres digitos: ꝙ si cōtingat vulnus duo vel plura hr̄e orificia ex eodē latere tūc illud qd̄ inferi⁹ est tenendū est apertum: vt per ip₃ mundificatio fiat: ꝛ festinādū est in cōsolidatione superioris. Si aūt cōtingat hoiem vulnerari ex vtroq₃ latere: tunc vtrūq₃ tenendū est apertuꝫ ꝛ per vtrūq₃ fiēda est mūdificatio: quoniā nō posset mūdificari latus dextrum per orificium sinistrum prohibente mediastino. ¶ Amplius de cura vulnerum venarum partium

De vulneribus pulmonis.

Cura vulnerum pectoris facilior est ea q̄ pulmonis.

Cura secundum Ugones ꝛ eius sequaces.

pectoris dictū est in sermone 4°.ca° de sputo sanguinis.

¶ De vulnere eueniente in stomaco epe ⁊ splene. Cap.lix.



Vulnus accidit stomaco qñq3 a pte posteriori a spondilibus dorsi infra ꝑ tres vel quatuor spōdiles: vel latere dextro aut sinistro: ⁊ qñq3 a pte anteriori vt cū euenerit in pte furcule vel sub ea per quatuor vel qnq3 digitos, vel ꝑ qd a pte anteriori aduenit: q̄ʒuis interius penetret, qñq3 nō peruenit ad aliqd mēbroꝝ intrinsecoꝝ: ⁊ qñq3 puenit ad zirbū sup stomacū existē. Et qñq3 perforat intestinuʒ vocatū colon in pte qua superequitat stomacū: ⁊ qñq3 peruenit ad substātiā stomaci solū supficialr: vel q̄ʒtum ad extrinsecam tunicā tm̄: ⁊ qñq3 penetrat vsq3 ad ꝯcauitatē eius: ⁊ ꝯsimiliter est de vulnere a posteriori ꝑueniente ad subaʒ stōaci: aut perueniēs ad ptē eius supiorē ⁊ os eius: aut ad inferioreʒ ⁊ fundū eius: aut ad ptes medias ipsius. ¶ Dixit Hypo. in

Pronostica. afforis. vesicā hre incisaʒ ⁊ habere stomacū incisum est mortale. Sed Gal. dixit in cōmēto ipsius affoꝛismi. ꝙ plaga eueniens stomaco nō semꝑ est mortalis: sed possibile est ex ea liberari: ⁊ in hoc omnes auctores cōueniunt. Nam cū stomaco plaga accidit nō penetrās in cōcauitatē eiꝰ ꝭm plm̄ ad sanationē perducit. Si vō fuerit plaga penetrans ꝭm plm̄ nō deducit ad sanitatē: sed ꝭm plm̄ ad mortē inducit. ¶ Dixit Auer. x° tertij. quoꝝ stomacus disrumpit. s. ꝭm ambas tunicas fortasse nō euadūt nisi pauci, ⁊ hi a plaga parua.

¶ Dicūt, plaga stomaci si euenerit in ore stomaci: ⁊ supioribus eius ꝭm plm̄ accidit vt nō euadat plagatus ꝑpter nobilitatē huius ptis ⁊ neruositatē eiꝰ: ⁊ sensibilitatē ipsiꝰ: ⁊ magnā colligantiā ipsius cū cerebro: quapropter ad ptem hanc plagatā seqt dolor vehemēs: ⁊ multus defluxus materieꝝ ad ipsaʒ: ⁊ accidētia mala sequunt de spasmo, ⁊ similibꝰ: ⁊ destructione appetitus: qui in hac pte causat necessariꝰ pro toto corpore: ad cuiꝰ destructionē mors finalr seqt: ampliꝰ neruositas huiꝰ ptis: ⁊ ipsius soliditas retardat ipsiꝰ plage cōsolidationē: vñ in ea erugo aggregat ⁊ vlcerat. Et huius ptis vlcera difficilime valde curant, vt patuit in ser. 5. ca° de vlceribus stomaci. Si vō euenerit plaga in fundo ⁊ inferioribus stomaci ꝭm plm̄ accidit: vt inde liberet plagatus ꝑꝑ oppositas causas ꝑdictas: ⁊ maxime q2 carnose est ⁊ maxime solidabilis: vñ si cito curabit sicut opꝫ curabitur. Si vō euenerit plaga in medijs partibꝰ stomaci erit iudiciū eius in ꝑdictis mediocre. ¶ Dicūt, in omni vulnere stomaci cuiuscūq3 partis eius fuerit si euenerint signa mala ꝭm plm̄ patiens moriet. ¶ Dixit Ras. 14. ꝯtiñ. ex libro signoꝝ. quotiens fit vulnus in ore stomaci, ⁊ cū eo fit sudor superabundans ⁊ anhelitus paruus ⁊ sincopis ⁊ ifrigidatio corpis vomitus abundans: ⁊ difficultas deglutiēdi mors sequet velociter in maiori parte. ¶ Inqt Aui. 4' 4°. ille cui accidit vulnus in ventre suo cū accidit ei nausea: aut singultus: aut solutio ventris moritur: ⁊ per oppositū ille cui nō superueniūt accidētia mala, ⁊ maxime si habuerit alias dispositiones bonas euadit a vulneribus stomaci.

De signis ¶ Signa vulneris stomaci penetrātis sunt ꝙ cibꝰ ⁊ potꝰ aliqñ per vulnus egredit qui aliqñ erit nō mutatus: ⁊ aliquando egredit bonus: ⁊ aliquando etiā egredit per ipsum sanguis: ⁊ maxime exeūt per vulnus ꝑdicta quādo eger voluerit se suplatus vulneris, ⁊ steterit sup ipso: ⁊ aliqñ egreditur per vulnus stercus, ⁊ est signū vulneris accidētis in pte intestini superequitātis stomacū. ¶ Qr si accidenit plaga in ore stomaci, dolor percipiet in supioribꝰ mirach apud furculā ex pte anteriori, ⁊ apud. xij. spōdilē a parte posteriori: ⁊ erit dolor vehemēs valde plm̄ ꝑpter sensuʒ eius: ⁊ cuʒ deglutiūtur res mordicatiue sentit augmentū doloris statim cuʒ deglutiunt ⁊ etiā omnia accidētia in eo erunt intentiora. Seqt eniʒ ipsaʒ defectio ⁊ sincopis ⁊ sudor frigidus frigiditas extremitatū malitia anhelitus: ⁊ aliquādo spasmus: ⁊ similia. ¶ Si vō fuerit plaga in fundo eius dolor percipiet inferiꝰ sup vmbilicū per qnq3 vel sex digitos: ⁊ erit remissus: ⁊ nō percipitur illico post assumptionē mordicantiū, sed post tēpus: ⁊ omnia etiā alia accidentia erunt remissiora. ¶ Amplius in vulneribus stomaci sanguis aliqñ emittit in sputo cū saliua: ⁊ aliqñ in vomitu: ⁊ maxime qñ vulnꝰ est in supioribus stomaci, ⁊ qñq3 emittit in secessu: ⁊ maxime qñ erit in fundo eius. Verūtñ sanguis exiens in secessu nō est ita ꝓprium signū vulnerū stomaci: sicut exiens in vomitu: q2 pōt ex vulnere intestinorum procedere.

¶ Cura vulnerū stomaci triplici ꝑficit instro dieta potione ⁊ chirurgia. ¶ Et dieta quidē eius dʒ esse talis vt locet patiēs

De cura. Administratio sex reꝝ nō naturalium in aere sicco temperato in actiuis qualitatibus: aut aliqualr ad caliditatē declinante: nō tñ ventoso in quo cū amicis ⁊ dilectis dantibus ei bonā spem de cita liberatione letet ⁊ gaudeat. ¶ Fugiat tñ motū. locutionē. clamorē ⁊ vigiliam. imo quiescat ⁊ dormiat qm̄ somnus plus ei cōfert q̄ʒ vigilie. ¶ Cibos aūt oēs mordicationē habētes deuitet: ⁊ hos q sunt difficilis digestionis: ⁊ mali chimi: ⁊ specialiter deuitet cibos humidos: ⁊ humectātes actu ⁊ potentia: ⁊ vtat cibēs siccis actu ⁊ potius stipticitatē habētibus: facilis tamen digōnis ⁊ chimi boni, pauci tamen nutrimēti: ⁊ pauce q̄ʒtitatis saltem quousq3 septem pertrāseant dies, ⁊ sint interim cibi sui panis de simula assus igni: ⁊ auicule parue assate: ⁊ pulla ꝑua assa ⁊ caro edina assa: carnes tamen iste sint pauce q̄ʒtitatis. ¶ Quidā tñ cōcedūt kist ordei: ⁊ pannicū pilatū ⁊ panē de spelta ordeo vel auena: ⁊ cōcedunt passule ⁊ iuiube ⁊ grana mirti ⁊ citonia ⁊ pira cocta: ⁊ sorba ⁊ nespila: ⁊ si aliqñ fuerit necesse vti cibis elixis decoquant in aqua extinctiōis alibis: ⁊ dictā aquā bibat patiēs vsq3 ad septimū diem solā vel cū zuccaro rosa. veteri: aut cum sirupo mirtino vel miua simplici, aut cū vino rubeo stiptico debili si nō fuerit excusatio a vino. Et posset exhiberi sibi loco vini vinū granatoꝝ dulciū ⁊ muçoꝝ, ⁊ post septimū diem paulatine ⁊ gradatim ingrossetur dieta: ⁊ ꝓcuret omni die supfluitatū expurgationē spōte vel cū auxilio suppositorij vel cristeris. ¶ Cura vō

De potione. per potionē est vt cōsideret ante oīa si plenitudo in corpore fuerit toto vel aliquo particulari membro qd posset materiā ad stomacū mandare. ⁊ si fuerit ilico euacuatio fiat cū flebotomia ex basilica vel cum re tenente locuʒ flebotomie si ipsa fieri nō poterit: ⁊ maxime si copiosus sanguis ex vulnere nō effluxerit, euacuet totum corpus: ⁊ membruʒ etiā mandās cum medicina humorē peccantē educente. Verūtamen medicina debet esse ex illis que euacuant comprimēdo sicut est aloes lotum ⁊ reubarbarū assatū ⁊ mirabolani: ⁊ ex cōpositis optima est micleta cū aqua plantaginis: ⁊ nulla porrigatur medicina solutiua acuitatē habens: ⁊ nulla mollitiua cum mollificatiua, qm̄ nocumentū ex eis ꝓueniret vulneri. ¶ Et vomitus oino ꝑpter motū eiꝰ difficilē: ⁊ q2 parat stomacū ad recipiendū m̄aʒ ab alijs vitandus erit, etiā si ad vlcus ⁊ sanici generationeʒ deuenerit. Inquit enim Gal. 5° de inge. sani. nō mūdifices saniē per vomitū sicut mūdificamꝰ ipʒ a flegmate viscoso cū oximelle de radicibꝰ: q2 esset actio tua inutilis ⁊ molesta. nō eniʒ sumus securi qn futuro ꝑ talē vomitus ꝓuocationē malū eueniat: sicut dolor ⁊ tractus materie ad stomacuʒ: ⁊ vulneris elargatio ⁊ appetitus deiectio: ⁊ alia similia. Unde peiora fient vulnera. ¶ Et opʒ vt

De dissolutione sanguinis coagulati. corrigat membꝝ mandans si affuerit: ⁊ diuertantur materie omni modo ne ad stomacum defluant. ¶ Deinde post flebotomiam ⁊ euacuationē ⁊ diuertionem considerandū est: ⁊ si fuerit in stomaco vel partibus ei ꝓpinquis: aut etiam in concauitate ve ntris sanguis coagulatus ilico dandum est aliquid coꝝ que sanguinem coagulatum liquefaciunt ⁊ exire cohibent. Exhibeatur ergo in potu acetuʒ multe aque cōmixtum bis vel ter: ⁊ pluries ꝭʒ necessitatē: aut succus nepite q sanguinē retētū ex omni vulnere exire cohibet. ¶ Et fa

Cura vulneris. cta mundificatiōe sanguis coagulati deueniēdū est ad curā vulneꝝ cū interiꝰ ⁊ exteriꝰ approximatis q̄ debēt esse exte

ratiue medicine cū stipticitate ⁊ glutinatione. ℭ Dixit Aui.
plaga recens in stomaco opꝫ vt cure᷑ cū medicinis stipticis
de q̄bus sunt mirtus psidia balaustia sumach, hypoq̇stidos
galla plantago cauda equina sang. drac. rosa. ⁊ similia. hec. n.
sunt stiptice pure: ⁊ stiptice cū glutinatione sunt sicut mastix
terra sigillata olibanū bolū armenū: gūmi arabicū, dragagā
tū: ⁊ similia: ⁊ ex p̄dictis possunt componi pulueres: ⁊ inyci
vel insufflari in vuln⁹. ℭ Et possunt fieri vnguēta ⁊ empla/
stra applicari exterius: ⁊ possunt ex eis fieri electuaria ⁊ si/
rupi ⁊ cōfectiones ⁊ exhiberi abintus. ℭ Sirupus potan/
dus vtilis sic fit. ℞. succi agreste lib. ij. ⁊ decoquat᷑ ad perfe
ctionē aromatiçando ipꝫ cū spodio sandalis karabe: ⁊ mo/
dica camphora. Et pōt reduci ad formā electuarij superimit
tendo puluerē rosaꝝ sumach mirti karabe spodij: ⁊ similiū.
ℭ Et opꝫ vt festine᷑ in incarnatione ⁊ cicatriçatione horuꝫ
vulneꝝ q̄to citius fieri poterit: verūtn̄ ad hoc faciendū qn̄
vulnus fuerit in superiorib⁹ stomaci medicine stiptice intus
sumēde debēt esse cōmixte cū glutinatiuis retinentib⁹ eas ⁊
in superioribus: ⁊ ibi eas adherere faciētib⁹ vt nō labantur
a loco vulneris ⁊ ibi retente solidationē citius operen᷑. Si
v̄o vulnus fuerit in fundo stōi medicine possunt esse sole sti/
ptice absq̄ glutinatione. ℭ Et scias in impositione stuelli/
in orificiū vulneris est sollicite attendendū vt nō ꝓfundetur
quousqꝫ hēat ingredi in orificiū stomaci: maxīe si fuerit vul
nus in sup̄iorib⁹ eius: qm̄ dolorē inferret vehementē ⁊ citaꝫ
cōsolidationē impediret. ℭ Cura v̄o vulneris ꝑueniētis ad
intestinuꝫ qd̄ superequitat stomaco est sicut cura vulnerum
alioꝝ intestinoꝝ. ℭ Et scias ꝙ vulnus perueniens ad cōca/
uitatē stomaci nō eget vt fiat in ipsuꝫ iniectio per vulnus ad
mundificādū ip̄m: qm̄ mūdificatio eius melius perfici᷑ cum
mundificantibus ab intra sumptis: veꝝ si vulnus in hac p̄te
fuerit penetrans: sed nō perforās stomacū pōt ablui ⁊ mun
dificari per orificiuꝫ vulneris: sicut dictuꝫ est in vulneribus
pectoris. ℭ Cura v̄o huius vulneris per chirurgiam est vt si
orificiū strictū fuerit elargetur ƀꝫ necessitateꝫ. Et scias ꝙ vul
nera que in hac parte eueniunt siue ab anteriori siue a poste
riori debēt curari sicut alia vulnera istis similia in alijs parti
bus euenientia. ex faciliter ea incarnantibus est puluis fa/
ctus ex mastice thure ⁊ mumia.

De vulneribus epatis ⁊ splenis.

De epate aūt si accidunt ei vulnera aliqn̄ in parte gib/
bosa eius: ⁊ de vulneribus epatis potissime
intellexit hyppo. cū dixit. in affotismo. epar habere incisum
esse mortale: ⁊ hoc p̄cipue magnaꝝ venaꝝ in hac parte epa/
tis existentiū: ⁊ q꞉ maxime pars ista poni᷑ esse sedes virtu/
tis nālis que est vna ex virtutib⁹ corpus gubernātibus. Et
qn̄qꝫ aduenit in p̄te eius ꝯcaua: ⁊ ꝯcordati sunt auctores ꝙ
pars ista soluta solidari pōt. Ait eniꝫ Gal. arbitror verū di/
cens posse sanari cū incisio inter ꝯcaua fit. Quidā tn̄ veꝝ di
cunt esse si cito succurri᷑: ⁊ anteq̄ꝫ sane᷑ solide᷑: qm̄ si ad sa
niē deuenerit vulnus in sima epatis incurabile reddi᷑: qdā
tamen alij negant posse sanari vulnus epatis siue in sima: si/
ue in gibbo euenerit. ℭ Signa vulneris epatis sunt ꝙ acci/
dat in hypocūdrio dextro ⁊ egrediat᷑ ex eo sanguis rubeus
grossus quē seq᷑ defect⁹ appetitus ⁊ digōnis in stō ⁊ in ipso
epate. ℭ Uulnus v̄o eueniens spleni minoris est periculi: eo
ꝙ accidit in epate in tantū ꝙ vt dicunt ƀm p̄lm est sanabile.
ℭ Et signa eius sunt ꝙ accidit in ypocundrio sinistro: ⁊ ꝙ
egredi᷑ ex eo sanguis grossus paucus ad fuscedinē tendēs.
Et cura vulnerū epatis est sicut cura vulnerū stomaci pene/
trantiū in eo: tn̄ ꝙ epatis opꝫ festinare exhibitione ciboꝝ sti
pticoꝝ cōglutinatiuoꝝ ⁊ silr̄ potuū ⁊ medicinaꝝ. ℭ Et ab
extra approximen᷑ medicine stiptice in emplastris vnguen/
tis ⁊ pulucrib⁹ ƀꝫ ꝙ exigi᷑ in ipso vulnere: ⁊ in circuitu ei⁹:
si tn̄ epar aut splen ex vulnere exierit: qd̄ qn̄qꝫ ꝯtingit: maxi
me ƀm p̄tē tūc ingeniū sit in reductione eius ad interiora: ⁊
non studeas sicut multi stolidi faciunt in suendo vulnera ei⁹
sed dimitte ea ogationi nāe sequendo ea que dicta sunt.

ℭ De vulneribus mirach. Cap. lx.



Irach multis modis vulnerari contingit
qn̄q̄ enim cū re incidente vt ense
⁊ similibus: ⁊ qn̄qꝫ cum re perforāte vt lancea
vel gladio sagitta: ⁊ similibus: ⁊ vulnus in eo
cadens: qn̄q̄ accidit in añrioribus eius ⁊ qn̄q̄
in lateribus vt in ypocūdrijs vel ylijs: ⁊ qn̄q̄ in dextra p̄te
⁊ qn̄qꝫ in sinistra: ⁊ qn̄qꝫ in superioribus mirach ⁊ qn̄q̄ in
inferioribus: ⁊ qn̄qꝫ in p̄tibus medijs. Et qūocūq̄ vel qui/
buscūqꝫ p̄tibus mirach vulnus euenerit: aut erit penetrans
ad interiora: aut nō penetrans. ⁊ nō penetrans ad interiora
dici᷑ esse illud in quo siphac positū sub mirach nō disrūpi᷑
sed remanet integrū siue disrumpa᷑ totū mirach siue ps ei⁹.
ecōuerso. penetrans dici᷑ esse in quo disruptuꝫ erit mirach
totū simul ⁊ siphac. ℭ Et eius penetratio qn̄q̄ esse pōt sine
lesione alicuius mēbroꝝ intrinsecoꝝ cōtentoꝝ sub siphac: ⁊
⁊ qn̄q̄ cū lesione alicuius vnius vel pluriū eoꝝ. puta çirbi
stomaci: intestinoꝝ epatis splenis vesice aut matricis. Et le/
sio ad dicta mēbra ꝑueniēs: qn̄q̄ est sup̄ficialis qn̄q̄ ꝓfun/
da: ⁊ vsq̄ ad cōcauitatē ei⁹: ⁊ vuln⁹ mirach qn̄q̄ est magnū:
qn̄q̄ p̄uū: ⁊ ex vulnere penetrante qn̄q̄ egredi᷑ çirbus: aut
intestinū: aut aliqd̄ mēbroꝝ intrinsecoꝝ dictoꝝ.

Et discernitur nō penetrans a penetrāte per inq̄si
tionē cum tenta vel candela: ⁊ di/ De signis.
scernun᷑ penetrantia vnum ab alio p̄ id qd̄ ex vulnere egre/
ditur. Nam fex egrediens sig̃nat vulnus ꝑuenisse ad cōca/
uitatē intestini: ⁊ si cibus aut chilus sig̃natur vulnus ꝑuenis
se ad cōcauitatē stomaci, ⁊ si sanguis multus rubeus sig̃na᷑
vulnus ꝑuenisse ad epatis gibbū: ⁊ si sanguis grossus niger
sig̃na᷑ ipꝫ ꝑuenisse ad splenē: ⁊ si colera rubea sig̃na᷑ vuln⁹
ꝑuenisse ad f. l. ℭ Dixit Raß. 14. ꝯti. auc̄te Gal. ꝙ qdā ꝑcus/
sus fuit gladio ⁊ exiuit ꝑ vulnus colera rub. q̄re cognoui ꝙ
ꝑcussio ꝑuenerat ad meat⁹ colere rub. ⁊ si vrina sig̃na᷑ ꝙ vul
nus ꝑuenit ad cōcauitatem vesice. ℭ Omne vulnus mirach
penetrans suspectum est: ⁊ non absolui᷑ a timore ⁊ si fuerit Pronostici.
cū lesione intrinsecoꝝ ƀm p̄lm est mortale: ⁊ maxime si lesio
magna fuerit. ex paruis. n. ipsoꝝ lesione plures cōtingit eua/
dere. ℭ Dixit Gal. 6. de inge. sani. si locus ventris ⁊ mirach
dextra ⁊ sinistra vulneren᷑ securiora sunt q̄ꝫ mediū ventris:
⁊ rō p̄ª est, q꞉ loca dextra ⁊ sinistra nullā extremitatē lacerti
neruosi hn̄t, sed sūt carnosa. 2ª rō est. q꞉ mediū vētris diffici/
lis est ad suendū molestissimū respectu p̄tiū lateraliū ⁊ hoc
ideo q꞉ multa q̄ꝫtitas itestinoꝝ a vulnere medij mirach egre
di᷑ q̄ difficili⁹ sūt intus redigi: qm̄ ea q̄bus retinebant᷑ car/
nosi lacerti erāt q a pectore ad pectinis ossa descēdunt: iō q꞉
cū hic locus vulnera᷑ nec̄c̄io egrediun᷑ ea q̄ post ip̄m sunt.
nā ab vtrisqꝫ lacertis. s. latitudinalibus ⁊ trāsuersalibus co
gun᷑ egredi: ⁊ nullus fortis lacertus in medio ventris est ꝑ
quē exitus ꝓhibea᷑: maxime si vulnus magnum sit.

Cura vulnerū mirach nō penetrātiū similis ē cure alioꝝ
vulnerū. Cura v̄o penetrantiū difficilis est: ⁊ ideo
ad eoꝝ curationē. dixit Alman. medicus sapiens ⁊ suauiter
operans necessarius est. Si quidē intestinū vel aliud mem/
brum foras egressuꝫ fuerit Gal. vbi supra. posuit q̄tuor in/
tentiones si intestinū: vel aliud mēbꝝ lesum nō fuerit. Et si/
militer posuit eas Aui. auctoritate Gal. ℭ Et p̄ma est. vt di
xit Gal. vt intestinū ad locū ꝓpriū reduca᷑ vel aliud mem/
brum: qm̄ nisi illud fiat nō poterunt ꝯiungi labia vulneris.
ℭ Scd̄a est. vt vulnus sua᷑ qm̄ cū vulnus magnū sit expe/
dit vt labia inuicē adducan᷑ ⁊ adducta in simul teneantur ⁊
ꝯseruen᷑: qd̄ qdē in loco hoc precipue fieri non posset nisi ꝑ
suturā. ℭ Tertia est. vt medicamina ꝯuenientia super vul/
nus sutū apponan᷑, qm̄ vulnera magna solo nature benefi
cio cōsolidari nō possunt: sed indigemus vt natura iuuetur
medicine cōpetentis auxilio. ℭ Quarta est. vt studiū in p̄n/
cipalibus mēbris pona᷑ ne ꝓpter cōicatione quā habēt cū
mirach ⁊ mēbris sub eo ꝯtētis nocumēta recipiāt vel incur

Quatuor intentiones qn̄ intestinū vel aliud ex mēbris intrinsecis egreditur.

rãnt. Sunt enim in hoc vẽtre arterie ⁊ vene ⁊ nerui: qb⁹ me
diãtibus põt cõicatio fieri cordi epati ⁊ cerebro. Dixit Aui.
sit sollicitudo ne p̃ueniat alicui mẽbro℞ nobiliũ timor. Et q̃
dã dixit. q̃ timor põt p̃ncipalib⁹ ⁊ nobilib⁹ p̃uenire ex ꝯge/
latione sanguinis interius: quare oĩ studio cauendũ est ne cõ
geleẽ ⁊ si ꝯgelatus fuerit vt dissoluaẽ ⁊ educaẽ: ⁊ põt dici q̃
ista 4ª intẽtio respiciat accidẽtia que subsequi possent.

De 6ª intẽtione q̃ est reductio membri egredientis.

¶ Prima intẽtio semp̃ est difficilis ip̃leri: ⁊ q̃nq̃ ip̃leri nequit
p̃pter ip̃ediẽtia occurrẽtia. nã si nõ fuerit intestinũ post egres
sionẽ eius ilico introductũ frigiditate aeris debilitaẽ, ⁊ ven/
tositate repleẽ ⁊ inflatur ⁊ inflatum nõ põt per vuln⁹ intro/
mitti. Vñ ⁊ dixit Auer. colliget. 7. aliq̃n inflãtur itestina p̃p
frigiditatez aeris ita q̃ intus reuerti nõ possunt. sup. nisi ma
gnificeẽ vulnus. Pro quo notauit Gal. vbi. s. ⁊ ẽt Albuc. ⁊
alij. q̃ disruptio. i. vuln⁹ aut est magnũ: aut est paruũ, aut est
mediocre, ⁊ magnũ q̃dẽ difficilẽ reddit reditũ intestinorũ,
p̃p q̃d q̃nq̃ egrediẽ ex eo intestinũ vnũ: ⁊ q̃nq̃ numerus in
testino℞. i. intestina plura: q̃re rõne magne q̃ntitatis intestini
egressi difficilis fit eius int⁹ ꝯuersio ⁊ paruo existẽte vulnere
dure siue difficulter fit quodãmõ intestini reductio. si. n. cito
intus nõ reducaẽ intestinũ inflationẽ ⁊ tumorẽ habebit p̃p
ventositatem in eo generatã: ⁊ iõ per strictũ aditũ intrare nõ
poterit. ¶ Dixit Albu. q̃n vuln⁹ est p̃uũ fit difficile reducere
intestinũ p̃pter duas causas. s. aut p̃p paruitatẽ disruptiõis:
aut q̃m intestino adest inflatio per frigus aeris. Vñ magni/
ficaẽ ⁊ extendiẽ vltra magnitudinẽ vulneris: q̃re op₃ vt ista
impediẽtia tollanẽ. ¶ Dixit Gal. si vulnus adeo strictu₃ sit
vt per ip₃ intestina ia₃ inflata intrare nõ possint: tũc op₃ alte
rũ duo℞ facere: q̃m aut vẽtositas ea inflans est dissoluenda
aut locus vulneris est dilatandus: ⁊ s₃ p̃mũ facere. dixit Gal.
laudo. s. ventositatẽ ⁊ cãm inflationis auferre vbi possibile
sit. ¶ Dixit tñ auctor cõpendij: p̃us. op₃ te scire an possis ea
intus ꝯuertere ⁊ ad hanc sciam habendã scias q̃ facilior lo
cus ⁊ minus molestus ad cõuertẽdũ intus intestina si egres/
sa fuerint extra est si in inferiorib⁹ hypocũdrijs vulnus fue
rit: q̃ in hoc loco nulle extremitates neruose lacerto℞ habẽ
tur. in medio aũt vẽtris intestina multũ egrediunẽ: q̃ nõ est
ibi fortis lacertus quo cõstringaẽ: ⁊ p̃pter hoc in illo loco
difficilissime intus cõuertuntur. ¶ Ad resoluendũ aũt ven/
tositatẽ dixit Gal. si cã eius fuerit frigidus aer: op₃ ea calefie
ri. vñ debẽt ea extra existẽtia fomẽtari cũ spongia in aq̃ cali
da infusa ⁊ manibus expressa ⁊ optime tẽperata est suppo/
nenda. Simili̾ ⁊ Aui. dixit. ⁊ subdit Gal. aut spongia in vi/
no pontico cal'o q̃d meli⁹ est aqua infundaẽ: q̃m vinũ intesti
na calefacit ⁊ cõfortat. ¶ Dixit Aui. vinũ stipticũ q̃n cale/
fit, est ẽt iuuatiuũ in hoc loco ad vaporãdũ cu₃ eo: ⁊ illud iõ
q̃m calefacit plusq̃₃ sit calefactio aque. ⁊ subdit. Aui. q̃ Ga.
inq̃t. intestina q̃nq̃ nõ ingrediunẽ: ⁊ tũc affer vinu₃ nigrum
forte. i. austerũ: ⁊ calefac ip̃m ⁊ submergaẽ in eo lana ⁊ po/
naẽ ⁊ desup̃, q̃m dispergit inflationẽ eo℞ ⁊ detumescere ea₃
facit: ⁊ si tale vinũ nõ fuerit presens: tunc administra quasdã
aquas stipticas fortiter calefactas: ⁊ si dicte aque nõ fuerint
presentes tunc vapora cũ aqua calida donec detumescant.
¶ Dixit Albu. op₃. vt calefacias ip̃m ita vt subiungas spon
gia₃: aut pãnũ hũidũ. i. lenem in aqua tepida sola aut in qua
decocta fuerint squinantũ ciperus ⁊ spica ⁊ embroces cũ ea
intestinũ donec resoluaẽ: ⁊ q̃nq̃ facit illud vinu₃ in quo est
stipticitas: q̃ melius est q̃₃ aqua sola in resolutione ventosi/
tatis, ⁊ q̃dã in aqua vel vino p̃dictis bullire faciũt flores ca
momille ameos anisum squinantũ ⁊ ciperũ: ⁊ si nõ cõfert fo
mentatio p̃dicta: tũc q̃dã accipiunt catulum aut pullum ma
gnum: vel aliud simile animal vt procellum: ⁊ viuũ per dor/
sum scindunt ⁊ aperiunt, ⁊ ilico calidũ apponũt super inte/
stinum ⁊ dimittunt quousq̃ calefiant intestina ⁊ mollescãt.
¶ Dixit auctor cõpendij. quidã dissoluunt ventositatem in/
testini cum latere calido: vel cum lacte calido oleo milino ⁊
sale: ⁊ similibus in balneo calefaciendo. ¶ Dixit Ras. 14.
ꝯtiñ. dico. q̃ passus est q̃dam puncturã in ventrẽ magnum
penetrante mirach ⁊ extra egressa intestina inflata sunt ex
apostemate: ⁊ nõ potuerunt intromitti: vnde precepit medi/
cus q̃ superponerentur ei pulmones calidi vnde supposito
vno pulmone calido post alium intestina disinflata fuerunt
⁊ attenuata intromissa resoluta ventositate. ¶ Et detumefa
ctis intestinis intromittanẽ cum omni facilitate ⁊ ad facili/
tandũ ingressu₃ eo℞. dixit auctor cõpendij. q̃ Gal. voluit 6º
ingenij. q̃ vẽtositate resoluta tu suspendas egru₃ per q̃tuor
eius extremitates. s. duas manus ⁊ duos pedes ⁊ globbato
dorso venter cõcaueẽ: ⁊ deinde intestina ⁊ sirbus intus mittã
tur, q̃ sic cõcauato ventre intestina melius ⁊ facilius intro/
mittunẽ cedentibus eis alijs visceribus. ¶ Ait Ras. vbi su/
pra. dico. Quidã aũt cuius intestina erãt egressa in vulnere: ⁊
nõ ingrediebanẽ dum iacebat supine super dorsu₃: quare q̃/
da₃ precepit q̃ eleuareẽ cum manib⁹ ⁊ pedibus eis ⁊ incur
uato eius ventre ingressa sunt intestina: ⁊ maxime cõuenit h̃
fieri q̃n vulnus est in medio ventris: q̃m q̃n fuerit in altero
latere: op₃ vt super latus oppositũ situeẽ. ¶ Dixit Auicẽ. q̃
rectior figura℞ ⁊ melior preparatio infirmo. s. ad intromit/
tendũ intus intestina est vt si fuerit vulnus. s. ledens ad p̃te₃
inferiorem. i. si sit vulnus in parte inferiori ventris sit figu/
ra ⁊ preparatio infirmi ad partẽ oppositã. s. superiorẽ ⁊ eꝯ⁹.
q̃m op₃ vt sit intẽtio tua quã intẽdis in vtrisq₃ rebus simul.
idest in vtrisq̃ dictis vulnerib⁹. s. inferiori ⁊ superiori vt nõ
cadant intestina. s. alia que sunt intus supra intestinum cui
inferius app̃et. i. q̃d est grossu₃: ⁊ nõ impediat ingressu₃. Si
ergo dixit Aui. cũ tu posueris hanc esse intentionẽ tuã scias
q̃ si vulnus fuerit in parte dextra, op₃ vt facias egrũ decli/
nare ad sinistram ⁊ si fuerit in sinistra ad dextram. ¶ Dixit
Gal. q̃ si per dictã fomentationẽ vẽtositas nõ resoluaẽ ab in
testinis: sed inflata remãserint, ⁊ intromitti nõ possint: tunc
finiẽdũ est 2ᵐ. s. dilatare vulnus intãtũ q̃ intromitti possint.
¶ Dixit Albu. si nõ alleuiaẽ intestino℞ introitus: tũc fien/
de in disruptione cũ instr̃o: in dilatãdo tamen vulnus sit tua
intentio semp̃ ne intestinu₃ incidas aut ledas: ⁊ iõ dixit Aui.
dilateẽ cum instrumẽto ad hoc magis cõgruo. Et cõuenien
tius instr̃o℞ ad hoc est instrumentũ q̃d cognosciẽ esse cõue/
niens ad amplificãdas fistulas. s. ani. ⁊ tale instr̃m h₃ Alb.
est instr̃m curuatu₃ cum pars interior sit incidens valde p̃s
võ exterior nõ sit incidens: ⁊ sit in modũ falcis. Verũtamen
eius extremitas nõ d₃ esse multũ subtilis acuta perforatiua:
sed d₃ esse aliquãtulũ obtusa, ⁊ est instr̃m q̃d vocatur gamã
vel simile ei. cultelli autẽ acuti. i. incidẽtes a duabus parti/
bus ad caput. s. acutũ deducti. dixit Aui. caueant hic: q̃m p̃s
que adheret intestino nõ d₃ esse incidens vt nõ vulneret ip₃:
⁊ facta incisione competenti intromittanẽ intestina. ¶ Et
scias q̃ facilitas in intromissione fit linitione cum mucilla/
ginibus: vnde dixit Albuc. humecta intestinũ sub aqua de/
coctionis altee vel malue. nam per illud alleuiaẽ ei introit⁹.
¶ Si võ magnũ fuerit vulnus: ⁊ intestina egressa nõ potue
rit intromitti p̃pter eo℞ magnitudinẽ ⁊ inflationem predi
ctis duobus modis: ⁊ cõsimili̾ curatur: verum q̃ vulnus vt
pluries sola fomẽtatione resoluta vẽtositate intromittunẽ.
⁊ maxime cũ bñ linita fuerint cũ mucillagine altee ⁊ seis li/
ni. ⁊ raro est vt egeaẽ elargatione vulneris. Ex dictis appa/
ret q̃ vt dixit Albu. vulnus q̃d obtinet mediũ in egritudine
⁊ magnitudine ⁊ paruitate est minus malu₃. q̃ magis aptũ
intromissioni intestino℞. Vex̃ si aliq̃n difficulteẽ in eo ipso/
rum intromissio cõsimili̾ altero dicto℞ duo℞ modo℞ cura
tio fieri debet. ¶ Intromissis aũt intestinis dixit Gal. sic si/
tueẽ infirmus: vt si vulnus sit in superiori venter eius infe/
rius emineat: ⁊ eꝯ⁹ ne ab intestinis cõprimaẽ ⁊ cõpressu₃ in
testinũ iterũ foras exeat, ⁊ si in dextra. s. fuerit vulnus erga
sinistrã moueaẽ infirmus ⁊ econuerso. ⁊ semp̃ stude vt locus
vulneris altior sit. Et. A. dixit. sit intentio tua vt ponas p̃te₃
in qua est vulnus altius p̃te altera. h̃. n. est res que est cõis

omnibus

vibus istis vulnerib⁹: et lō q̄n vulnus est in medio vētris. di
rit auctor cōpēdij .ingenia sibi lectū facere p̄ qd̄ extremitates
sint suspēse: et vēter subiaceat. Jsta tñ intētio solū hñda ē in
vulneribus magnis et medijs: vñ dixit q̄n disruptio est ma/
gna in inferiori p̄te vētris: tūc pone caput eius et pectus al/
tiora q̄3 inferiora: et silr si sit disruptio in vna duaꝝ p̄tiū ven
tris tūc pone intētionē tuā in hoc vt pars in qua est vulnus
sit altior altera: et hoc fiat. dixit ipse. in vulneribus magnis
et medijs. Jn paruis vero pone ipsuz s̄m q̄ preparatur tibi.

De scda intētiōe q̄ est vuln⁹ hoc.

¶ Intromissis aūt intestinis et debite situato corpe: op3 ad
iplēdū qd̄ medico necīū est h̄re ministrum q̄ ipsum adiuuet.
Et dixit Gal. vbi .s̄. q̄ op3 vt seruiēs sit studiosus et potens
et fortis nō debilis vel .i. magn⁹ nō puer: q̄ sit edoct⁹ in hoc
magisterio et viderit plies opari: et maxīe q̄n vuln⁹ magnū
fuerit. teneat ḡ mīster siue discipul⁹ iste totū vuln⁹ manu sua
vna postq̄3 bñ aggregata fuerit labia vulneris: deīde paula/
tim detegat vuln⁹ icipiēs vnā extremitatē ei⁹ discoopire me
dico sueti et medic⁹ suere d3 mō ifra dicēdo: et cū posuerit pū
ctū p̄mū tūc mīster de vulnere discooperiat tm̄ qd̄ sufficiat
pūcto 2° et sic successiue p̄cedat detegēdo vuln⁹ q̄ztū vni pū/
cto sufficit donec totū vuln⁹ fuerit sutū: vez minister cū alte
ra manu tenere d3 et stringere totū qd̄ iā sutū est de vulnere
vt nō relaxet̄ et elarget̄ sutū. ¶ Pro hñdo aūt debitū suēdi
modū Gal. 6. ingenij. inuit q̄tuor eē ɔsiderāda. s. ordo ptium
suendaꝝ q̄ztitas distātia pūctoꝝ instr̄m ɔueniens huic sui/
tioni et q̄ztitas assūptiōis partiū suendaꝝ. ¶ De primo ɔsi/

Primus mod⁹ suēdi miracb cu3 siphac

derādo dixit Gal. q̄ cū intētio i suitioni ista sit iūgere et vni/
re mirach cū siphac silr: qm̄ dixit Ras. 14. cōti. auctē Gal. in q̄
nō adherebit mirach cū siphac i cura vulneris vētris patiet̄
in mirach inflationē in modū rupture: et ista inflatio dicitur
eminētia vmbilicalis: iō op3 dixit Gal. vt icipias cutē suere vul
nus labioꝝ vulneris vētris mittēs acū ab exteriori p̄te cu/
tis ad interi⁹ vsq̄3 oēs p̄tes illi⁹ lateris mirach penetrētur
dimisso siphac. et tūc mittit̄ acus i alio labio icipiēdo ab in
teriori p̄te siphac alteri⁹ labij vsq̄3 ad exteriorē cutē: et tunc
tracto filo liget̄ et sit vnū pūctū. Et dixit Alb. q̄ primū pun
ctū d3 figi lōge ab extremitate vulneris q̄ medico suenti dis/
cooperit̄ p̄ sp̄aciū digiti auricularis: postea faciēdo scd̄3 pun
ctū figat̄ acus in exteriori cute p̄mi labij a q̄ incepisti donec
acus penetret ip̄m totū mirach: ac ēt siphac ipsi⁹ lateris. De
inde dimittat̄ siphac alteri⁹ labij siue lateris s3 infigat̄ acus
solū in mirach eiusdē lateris icipiēdo ab iteriori ei⁹ q̄usq̄3 p
ueniat ad exteriorē cutē: et tūc trahat̄ filū et ligetur: et sit hoc
2ᵐ pūctū: et tūc itez figat̄ acus in extremitate p̄mi labij et pe
netret oēs p̄tes mirach dimisso siphac sic i p̄ pūcto dimissū
fuit: et tūc infigat̄ acus in siphac scd̄i lateris ab iteriori ipi⁹
vt penetret totū mirach vsq̄3 ad exteriorē cutē ei⁹: et tūc itez
trahas filū: et liget̄ et sit pūctū tertiū. Deinde si plura pūcta
fuerint necīa fiat 4ᵐ eo mō q̄ fuit scd̄m 2ᵐ: et sic eūdū est ad fa
ciēdū alia pūcta si necīa fuerit ordine priori: et corrn̄deat 5ᵐ
3° et 6ᵐ 4° et sic vltra q̄usq̄3 totū vuln⁹ fuerit sutū: et hic mo/
dus suture est melior sutionis vulneꝝ vētris. Et iō dixit. A.
narro tibi id qd̄ meli⁹ de sutura est vētris. etenī3 p̄pea q̄ res
q̄ necīa est in ea ē vt ɔprehēdat̄ id qd̄ inter mirach et siphac
sō necīū est tibi vt incipias et intromittas sibi acū in cutē de
foris ad iteriorē p̄tē. cū ergo penetrauerit acus i cutē et lacer
tū eūdē s̄m rectitudinē in lōgitudine vētris totius dimitte
marginē siphac in h̄ latere. s. et nō pforēs ip̄m cū acu: sed fac
penetrare acū in marginē siphac aliū .i. alteri⁹ lateris deint⁹
ad exteriora: et deinde fac ēt penetrare ab int⁹ ad exteriora i
margine alio mirach. sup. et sit pūctū 5ᵐ et feceris siphac ip̄m
penetrare 2° in hāc eādē marginē de foris ad interiora: et di/
mitte marginē siphac q̄ est in hoc latere: et post fac penetra/
re acū in lat⁹ aliud deint⁹ ad exteriora: et fac eū penetrare cū
sua penetratiōe in siphac in margie mirach: q̄ est i p̄te eius. s.
in siphac dōec facias penetrare acū totā: deīde icipe iterū ab
hoc eodē3 latere et sue ip̄m. s. absq̄3 siphac sui lateris s3 cum
margine siphac q̄ ē i latere alio. Extrahe ḡ acū ex cute. s. mi
rach q̄3 penetrauit et reduc eā in aliā cutē et sue marginem si
phac q̄ est in latere cū alio margine mirach. et extrhe acū ex cu
te q̄ est in p̄te eiusdē mirach. Et sic deiceps fac illud vna vice
post aliā dōec suas vuln⁹ totū s̄m istud exēplar: et sic vides
q̄ iste mod⁹. A. in idē redit cū mō Gal. q̄zuis differat ab eo
in hoc q̄ Gal. semp icipit infigere acū ab vno eodēq̄3 latere.
A. vō icipit ifigere acū ad sequēs pūctū faciēdū ab illo late
re ex q̄ extraxit acū vltio in pūcto p̄cedēte. Et mod⁹ iste ē mo
dus prim⁹ suturaꝝ p̄priaꝝ cap: q̄s descripsit Alb. Et sūma
modi h⁹ suture est vt suas sutura pellipārioꝝ q̄ suunt pelles:
ita. ¶ Et ad declarādū q̄uo hic mod⁹ suitiōis sit melior oib⁹
alijs q̄ dicent̄. A. dixit inq̄t Gal. pone intētionē tuā in suen/
do vētrē coherentiā siphac cū mirach fortasse. n. sic suēdo et
coherēdo adherebit et icarnabit̄ .s. siphac cū mirach. Et qm̄
est neruosū .s. siphac: iō si vna margo ei⁹ cū alia margie suat̄:
q̄zuis coherēt suēdo eas adinuicē fortasse nō icarnabit̄: qm̄
siphac est mēbrū subtile et exāgue. q̄re sue p̄tes l3 suicē ɔiun
gant̄ s̄m modū suitionis p̄dictū incarnabit̄: qm̄ in ista sui/
tiōe pānicul⁹ siphac: q̄ p̄p dictas cās est difficilis ɔsolidatio
nis ɔiūgit̄ et heret cū pāniculo .s. mirach: q̄ est facilis ɔsoli/
datiōis: et i tali adherētia et ɔiūctiōe siphac recipit a mirach
inuiscationē qua semp inuiscat̄ vnit̄ et ɔsolidat̄. ¶ Et Alb.

Secūd⁹ modus suendi.

narrauit aliū modū suitiōis p̄priū quez vt dixit. narrauit ēt
Gal. et est vt suat eā s̄m siītudinē q̄ suunt q̄dā medicātiū qui
aggregāt oēm suā p̄tē ɔuenientē ei p̄ nām: et sic applicāt ex/
tremitatē siphac ad extremitatē aliā eiusdē. s. siphac: et extre
mitatē mirach ad extremitatē eiusdē mirach p̄piquā ab ex/
teriori p̄te: et faciūt eā penetrare ad interiorē in eo loco solo.
eo dimitte duas extremitates siphac: deinde reuolue vtrasq̄3
etiam et fac penetrare vtrasq̄3 ab interiore vsq̄3 ad exterio/
rem in duas extremitates mirach alias que sunt in latere
opposito. Et dixit Albucas. q̄ modus iste suture est melior
suturatione facilior quo dicetur: et voluit Albucas. in ver
bis dictis: vt in primo puncto sumatur mirach cu3 mirach
tm̄ dimisso siphac vtriusq̄3 marginis: et in scd̄o puncto acci/
piat̄ mirach cū siphac cū vtraq̄3 p̄te: et sic s̄m istū modū p̄ce

Tertius modus suendi.

dat̄ quousq̄3 totū vulnus suat̄: et istum modum non tetigit.
¶ Et posuit Alb. duos alios modos cōes suitionis q̄ ɔue/
niunt istis vulneribus: et alijs. et q̄ isti duo modi nō differūt
in modo suendi: q̄ eodē mō suunt̄: sed differūt solūmodo in
hoc: q̄ in primo mō dimittunt̄ acus solū infixe: et eis medi/
tibus ɔiūgunt̄ labia vulneris et in mō scd̄o non dimittuntur
acus infixe: s3 ɔiungunt̄ labia mediāte filo: ita q̄ ambo possūt
duci ad vnū modū: et modus iste est idē cū mō posito ab. A.
s̄m quē modū. dixit ipse. suunt̄ ambo margines pāniculoꝝ
s. mirach et siphac ex vtraq̄3 p̄te in vno pūcto, imittere. n. si/
phac acus in mirach: et siphac ex vna p̄te et penetrat̄ cu3 ea
siphac et mirach alteri⁹ p̄tis: ita q̄ ibi nō fiat aliq̄ destructio
labioꝝ siue marginum pāniculoꝝ vulneris: sicut ēt nō fit in
alijs vulneribus: et tūc ista suitione aut dimittit̄ acus infixa
p̄ p̄rio pūcto: et deinde in scd̄o pūcto fit illud idē cū alia acu:
et sic in tertio et q̄rto et donec totū vulnus suat̄ aut nō dimit
tit̄ acus infixa: sed fit cōiunctio marginū cū filo ligādo filū
s̄m qd̄libet pūctū: et hūc modū cōiter moderni sequunt̄ iō
dictos modos s̄m textū Alb. p̄termisi. cū aūt cōparationez
faciēs Aui. inter dictos modos. dixit. q̄ iste mod⁹ suēdi est
melior suitione cōi. s. ea q̄ cōprehēdit q̄tuor margines in pū/
ctione vna: et vt dcm̄ est: intellexit de primo mō p̄prio supradi
cto facto s̄m intentionē Gal. ¶ Et posuit Aui. quēdā aliū

Quartus modus suendi.

modū suitionis s̄m quosdā antiquos q̄ suebāt solū mirach
ex vna p̄te: et ex alia p̄te accipiebant mirach et siphac simul.
Et alij sunt qui accipiunt ex vna p̄te vulneris tm̄ mirach: et
ex alia p̄te tm̄ siphac: et faciunt vnum punctū: postea in scd̄o
pūcto ex opposito accipiūt tm̄ mirach: et ex alia parte tm̄ si/
phac: et s̄m istū modū p̄cedūt vsq̄3 ad suitionē totius vulne
ris. ¶ Et dixit Alb. q̄dā dixerunt. q̄ rectificat̄ sutura vētris

cū duabus acubus: ꝛ oꝫ vt intromittas in eis vtrisqꝫ filum vnū: ꝛ incipe cū intromissione acus ex eo latere qđ est apud te ꝛ fac eā penetrare vsqꝫ ad lat⁹ aliud ſm suitionē coꝝ qui suunt coria equalr̄.s.mō quo suunt sotulares. ℭ Et suas ꝙ qñ disruptio est in medio vētris: tunc sutura eius est difficilior q̄ȝ reliquoꝝ lateꝝ vētris. ℭ De scđo ēt ꝯsiderādo in suitiōe vulneꝝ vētris.s.de spatio distātie pūctoꝝ. dixit Ga. vbi ē.s.spatiū pūctoꝝ suture sit breuissimū ꝙ ꝑ ipa mēbra distantia iūgere ꝛ ꝯstringere volum⁹. Si itaqꝫ multū distarēt non bñ ꝑ ea ꝯstringerent: sꝫ tñ nō ēt debēt eē multū breuia: ne nimia ipsoꝝ vicinitate mēbra frāgant: oꝫ ḡ fieri spatiū mediocre: qđ in oīb⁹ vulnerib⁹ sutura idigētib⁹ ꝯsiderādū ē. ℭ Et Aui. dixit. in mēsura q̄ est iter duo puncta teneat superfluitas in amplitudine ꝛ strictura: qm̄ amplitudo nō tꝫ ſm ꝙ opꝫ ꝛ strictura adiuuat.s.labia: sꝫ disrūpit: scꝫ ea. Et Alb. inuit. ꝙ mēsura inter puncta sit grossitudo digiti auricularis. ℭ De tertio vō ꝯsiderādo. dixit Gal. filū non oꝫ esse nimis asperū duꝝ vel nodosum: qm̄ si tale fuerit cutē rūpit: neqꝫ nimium molle ꝛ subtile ne frangat anteq̄ȝ labia ꝯiungant. Et Aui. dixit. filū nō sit cordosum: qꝛ adiuuat ad disrūpendum: neqꝫ molle: qꝛ abscinditur: sꝫ eligat qđ est lene ꝛ durū.i.nō asperum nodosum: sed lene solidū. Et dicunt quidā. acus oꝫ esse subtilis oblōga sufficienter acuta ꝛ triangularis in summo eius. ℭ De q̄rto aūt ꝯsiderando. dixit Gal. acus in extremo cutis nō mittat ne cutis rūpat: ꝛ nō teneat filū: neqꝫ ēt multū oꝫ accipere de cute: qꝛ tunc ꝑtes nō bene incarnarent: sed mediū inter hec eligatur. Et Aui. dixit. si ꝓfundaueris pūcturā in cute.s. iuxta marginē eius.s. abscidetur sicut abscinditur filum molle. nam prout: sed si fuerit longinqua.s. margo cutis a punctura ꝛ remanserit de vacuitate inter ipsam ꝛ extra carni: tunc non incarnatur: quare seruare debes equalitatem illic.i. in assumptione quantitatis cutis suende. ℭ Pro implēdo aūt tertiā intētionē gn̄alē huius vulneris ꝛ superponēdo medicamē ꝯueniēs. dixit Gal. vbi supra medicamē hoꝝ vulneꝝ.s. solidatiuis: vt ligamētū est eis necīuꝫ. Et. A. dixit. ꝙ Gal. inq̄t. ꝙ deinde post suitionē ponat sup ipꝫ vulnus sutū de medicinis incarnatiuis: ꝛ ꝙ necessitas ad ligādū in his vulneribus est vehemētior q̄ȝ in alijs: ꝛ hoc vt bñ sustentent intestina ꝛ ꝓhibeat vulnus a disruptiōe ꝑꝑ compulsionē intestinoꝝ. ℭ Dixit Alb. indiciū medicatiōis vulneris vētris est sicut indiciū alioꝝ vulneꝝ: qđ est qꝛ qñ tu cōsequeris vulnus vētris recēs cū sanguine suo anteq̄ȝ alteret ipm aer ꝛ reducis intestinū ꝛ suis vuln⁹: ꝛ aptas ipm decenter: tunc pone sup ipm vng^m digestiuum donec faciat pus ꝛ cadant fila ꝛ ꝯsolidet: sꝫ hac ꝛ mirachꝛ: deinde cura ipm curatione alioꝝ vel reliquoꝝ vulneꝝ.s. cū medicinis ꝯsolidatiuis. Et subdit. ꝙ si nō sint tibi p̄ntes medicine: tūc pōe supra vulnus coriū vetus: ꝛ ꝑmuta ipm bis in die. nā tu nō idiges medicamine alio in pl'ibus dispōnibus qñ vulnera sunt simplicia. ℭ Pro iplēda aūt q̄rta intētione curatiua vulnerum vētris Gal. solū exēplificauit qualr̄ ꝓhibeat nocumentum cōicari cerebro ꝑ neruos. Et modus hui⁹ curatiōis est vt cōsilr̄ agat hoc sicut in alijs vulneribus neruoꝝ ꝛ musculoꝝ infundendo vulnus oleo tepido: ꝛ circa alas ꝛ inguina. Et Alb. dixit. sit in hyeme oleū cōe.sup. aut alijs oleū anetinū: ꝛ in estate sit rosatū. Et Auic. dixit. madefac lanā malarotā.i. succidā. lr̄a tñ extra hꝫ.i. capre: sed non vr̄ veritas: cū oleo calido paꝝ: ꝛ inuolue sup alibien. dixit lr̄a extra titilhcū. Et alij dicūt.i. ilia ꝛ alibron.i. inguina.sup. ꝛ in ꝑtibus circunstantibus vulneri. ꝛ hoc fit vt sit dolor ꝛ attractio materieꝝ ad vulnus: ꝛ prohibeat cōicatio lesionis siue rei ledentis cerebro. ℭ Reliquerunt ergo auctores notū modū ꝓhibitionis nocumenti cōicandi cordi ꝛ epati. nā maxime hꝫ fieri talis ꝓhibitio ꝑ diuertentia ad ꝑtes oppositas cū euōnē ꝛ fricatione: q̄ fieri oꝫ put pꝫ ex curatione gn̄ali nisi sit ꝓhibēs vn̄ tñ tm̄ tetigerunt cōe oībus mēbris nobilibus ꝛ est euacuatio ꝑ cristere. Vñ dixit Gal. bonū est vt cristerizet infirmus.s. cristeri mollitiuo. ℭ Dixit Albu. si sentit infirm⁹ dolorē aut punctionē in intestinis suis. naꝫ multotiens accidit illud tunc cristeriza ipm. ℭ Dicunt qdā cristeri lenitiuo. nā vt dicit cristere lenitiuū non solū oꝫ fieri vt ꝓhibeat nocumentū cōicari nobilibus mēbris: sed ēt ad sedandū dolorem pungitiuū. ꝛ ad excludendū feces ꝛ ventositates ne pro ipsis emittendis cogat eger ad exp̄ssionem: qm̄ talis expressio posset suturā rūpere: ꝛ vulnus ampliare: ꝛ sic intestina itez ꝛ plura egredi facere.sup. aut cristeriza ipm. dixit Alb. cum vino stiptico nigro tepido ꝑcipue si putredo iā ꝑuenit in intestino ꝛ facta est excitura penetrans vsqꝫ ad cōcauitatē eius: ꝛ hoc tñ pluries euenit qñ cū vulnere lesum fuerit intestinū: ꝛ ꝙ si videris sanguinē in ventre cōgelatū ꝛ times inde accidētia mala sequi festina in dissolutione eius ꝛ ipsius eductiōe cū eis q̄ superius suo loco dicta sunt. ℭ Si vō vulnus ventris fuerit cū lesione ꝛ disruptione intestini: tūc dixit Ipo. in affo. ꝙ hr̄e intestinoꝝ aliqđ graciliꝫ incisum est mortale: ꝛ verificat hoc maxime de ieiuno. Dixit Gal. 6. de inge. sanita. grossa intestina facilius subtilib⁹ sanant: ieiunū tñ incurabile est ꝑꝑ multas ꝛ magnas venas in eo existētes ꝛ ꝑꝑ subtilitatem sue sb̄e: ꝛ ꝑꝑ vicinitatē eius ad nām nerui: qñ magis est neruosum ceteris alijs intestinis: ꝛ ꝑꝑ purā colerā q̄ ad ipm fluit ex felle: ꝛ qꝛ vicinitas est epati oīb⁹ alijs: qꝛ.n. vene in ipso multe sunt ꝛ magne ipsis incisis multū fluit sanguis: q̄ est cā mortis egri: ꝛ qꝛ est subtilis sb̄e nō est bñ inuiscabilis: ꝛ nunq̄ȝ vel raro valde ꝯsolidat: ꝛ qꝛ est neruosum ꝛ exanguē est difficilis incarnationis: ꝛ qꝛ colera ꝑ ipm trāsit pura: ꝛ ꝯtinue ꝓhibet eius ꝯsolidatio: qꝛ abradit ꝛ mordicat ipm: ꝛ qꝛ vicinū est epati cōicat ei nocumētū magnū: nimis etiā ab ep̄e calefit qđ hꝫ eius ꝓhibere ꝯsolidationem: ꝛ post ieiunū difficilioris ꝯsolidationis est duodenū: ꝛ post duodenū yleon: sed inferiora intestina grossa. dixit Gale. qꝛ sunt de gn̄e carnis securi sumus: qꝛ p̄nt sanari ꝛ nō solū ex hoc: sed est qꝛ medicine p̄nt in eis manere. Silr̄ dixit Aui. intestinoꝝ minutū ieiunū nō sanat oīno ex vulnere qđ in ipso accidit: ꝛ hoc ꝑꝑ subtilitatē sui corporis: ꝛ ꝑꝑ multitudinē eius qđ est in eo de venis: ꝛ ꝑꝑ ꝓpinquitatē suā ad nām neruoꝝ ꝛ multitudinē effusionis colere ad ipm: ꝑꝑ multitudinem caliditatis eius: qm̄ est magis ꝓpinquū epati q̄ȝ alia. Sed intestina grossa inferiora qꝛ sunt de nā carnis iō ns de coꝝ medicatione ꝯsidens: qm̄ ipsa incarnabunt. Et silr̄ dixit Alb. qđcūqꝫ intestinū vulneratū fuerit suspectū ad mortē oīum suū reddit: qđ si aliqđ coꝝ ex trāsuerso totalr̄ rescissum fuerit oīno mortale erit ꝛ nullo mō curationē recipit. Si vō ſm longū in parte vulnus intestini ceciderit facilioris curationis erit q̄ȝ si ſm trāsuersum euenerit: ꝛ ꝑcipue in subtilitatibus intestinis. Quocūqꝫ aūt vulnus intestino ſm ꝑteꝫ euenerit siue in subtili siue in grosso nō erit a curatione desistendū: ꝛ maxime si paruū fuerit: qm̄ aliqñ inuētū est vt sanet in qbusdā quocūqꝫ euenerit intestino. Dixit enim Alb. qñ accidit disruptio in intestinis: ꝛ est ꝑuartūc possibile est: vt restauret in qbusdā hoībus: ꝓpea ꝙ ego vidi viꝝ qui fuit vulneratus in vētre suo cū ꝑcussione lancee ꝛ erat vulnus ad extra Romacī: ꝛ antiquatū est vulnus ꝛ factum est fistula: ꝛ exiuit ex eo egestio ꝛ vētositas: ꝛ posui curationē eius ſm ꝙ ego suꝫ cōfisus in sanatione eius: nec cessaui subtiliare meipm donec sanatus ꝛ ꝯsolidatus est locus: ꝛ qñ vidi locū iā cōsolidatū timui sup infirmū ꝙ accideret ei accidēs malū: sed remansit in melioribus dispōnibus suis: ꝛ exercitatus est i factis suis. ℭ Satagendū igit̄ est vulnera intestinoꝝ sanare: circa q̄rū sanationē q̄druplex surgit intētio. q̄rū p^a est vt labia vulneris inuicē ꝯiungant. Scđa est vt facta coꝝ ꝯiūctione intestinū ad locū suū suauiter reducat. Tertia vt ꝓhibeat ipsū a susceptione nocumēti qđ infert fex ꝑ ipm trāsiens: qm̄ aliqñ ꝓhibet ipsi⁹ ꝯsolidationē. ꝛ aliqñ nō solū hoc facit: sꝫ ēt ipꝫ corrūpit ꝛ putrefacit. Et q̄rta ē sanitas exterioris vulneris. ℭ Prima ēt intētio cōplet duobus modis ſm Albu. vnus

De distātia pūctorū in suitione.

De acu ꝛ filo q̄lia debēt eē.

De ꝓfundatione pūctorū.

De tertia intētiōe q̄ est applicatio medicaminum ꝯuenientium.

De q̄rta intētione q̄ respicit accītia.

Qñ cum vulnera ventris intestina sunt vulnerata.

Cura vulneris intestinorū ꝑ q̄tuor intētiones.

Prima intētio q̄ est vt labia vulneris ꝯiūgant.

est qui fit cū filo intromisso in acū: vel cū acu ꝯm cōez modū
suendi vulnera q modus est qualis est quē seruāt pelliparij
qm̄ talis sutura melior est qm̄ magis durās ⁊ natura iō ma
ius tp̄s hꝫ in gn̄atiōe ligatiōis labioꝝ adinuicē. Dixit itaqꝫ
Alb. iam possibile est vt ligetur intestinum cū filo subtili qđ
assumptū est ex intestino aialis. ℭ Secundus modus est vt
accipias extremitatē huius fili ex intestino: ⁊ excarnet .s. ⁊
subtiliet multū: deinde liga in extremitate eius filū lini sub
tile inuolutū .s. cū eo deinde itromitte istud filū in acū: ⁊ sue
cū eo intestinū. ℭ Quidā aūt hāc suitionē faciunt solū cum
filo lini leni: ⁊ nullo mō nodoso: ⁊ qdā melius eā faciunt cū
muliebri filo de sirico. Et qdā anodant qđlibet punctum p
se. Et qdā sic: ⁊ qūocūqꝫ fiat de filo tm̄ est dimittendū in lon
gitudine due: vt cū intromissum fuerit intestinū extremita/
tem fili extra vulnus mirach pēdeat vt illis mediātib⁹ cū in
testini incarnatio facta fuerit filū extrahi possit. ℭ Ali⁹ mo
dus q fit cū capitib⁹ magnoꝝ formicaꝝ: q q̄uis nō sit suffi/
ciēs in ꝯiūctione labioꝝ vulneris magni: pōt tm̄ sufficere in
ꝯiūgēdo vulnus parui. Dixit itaqꝫ Alb. iā dixerūt qdā expi/
mētatores: q qn̄ intestino accidit vuln⁹: ⁊ est paꝝ tūc oꝫ vt
liget ꝯm hūc modū q est vt accipias formicas magnoꝝ ca/
pitū: deinde aggrega duo labia vulneris: ⁊ pone formicam
vnā q̄ hēat os aptū sup duo labia vulneris. cū ergo capit su
p eas: ⁊ stringit os suum abscinde caput eis adherēs .s. ⁊ reli/
quū corp⁹ formice ꝑijce. cū aūt adheret nō soluit: ⁊ vt adhe/
reat formica os suū opꝫ vt manib⁹ aliq̄tulū ꝑmat: deinde
cū labia ore suo cepit a ꝑssiōe ei⁹ desistat ⁊ forficib⁹ caput ei⁹
abscindat: ⁊ opꝫ vt minister sit q teneat labia vulneꝝ ꝯiūcta:
⁊ medic⁹ operator ꝑparet ⁊ apponat formicas: deinde apposi
ta vna formica apponat ꝯsiliter alia ꝓpe ꝑmā .s. breui iterposi
to spatio: ⁊ sic nō cesset facere operator illud cum formica post
formicā ꝯm q̄titatē tot⁹ vulneris ista. n. capita remanēt an
nexa intestino donec induscet intestinū ⁊ sanet: ⁊ nō accidit
tm̄ infirmo nocumētū penit⁹. Et iste mod⁹ dixit Alb. nō est
nisi ꝯm fiduciā ⁊ spē. q. d. nō approbo hūc modū: tm̄ fac hūc
modū si speras q illa capita sint sufficiētia ad tenēdū ꝯiūcta
vulneris labia. ℭ Dicūt. in hoc mō ꝯfidentia nō est habē/
da: eo q rō ꝑsuadet oppositū: cū illa capita post mortē formi
caꝝ vim nō hēant ꝯstringendi: sic ēt de facili amobilia ēt ex
cōfricatiōe nimia intestini: q̄re nō est credendū q sit sufficiē/
tia: ⁊ si sufficiētia in eis aliqn̄ inueniret tūc illud esset in ꝑuo
tp̄e gracilis intestini. ℭ Qꝫ si intestinū vulneratū ex vulnus
nō fuerit egressū ad hoc vt si possit cū cautela exhi maxime
exhendū erit: ⁊ in suitiōe facienda nō facias ꝯm stoliditatē
quorūdā q anteq̄ȝ incipiant suere intestinū per orificiū vul/
neris intestini imittūt tabellā vel cānulā quādā ligneam fa/
ctā de ligno abietis vel sambuci ꝯm mēsurā vulneris itesti/
ni vt sint fortiora in tolerādo pūctiōes acus ⁊ nō disrūpant
dicētes: q post ꝯsolidationē labioꝝ ⁊ extractionem fili tabella
illa postea emittit in secessu cū fecib⁹: qm̄ hoc est falsū: qm̄ i
intestinis supiorib⁹ ⁊ mediis eo q sūt minoraꝝ iuolutionuꝫ
nō ꝑꝑ quas nō posset illa tabella siue cānula a nā extra expel
lisꝫ remaneret ⁊ eēt cā retētionis supfluitatis in loco vbi de
curreret: ⁊ sic apatij intestini ⁊ mortis. finalr. Quidā tm̄ ꝯce/
dunt loco hui⁹ tabule vel cānule iponi posse portionē itesti/
nalic⁹ aialis ꝑꝑ sustētationē portionū in suitione: ⁊ hoc q̄ꝫ/
uis nō sit necīū esset magis supportabile q̄ȝ iponere aliqđ li
gneū vel asseū: vel aliud silr: ⁊ facta docēt in suitione intesti/
ni ipm ablue̅dū est cū vino pōtico tepido: ⁊ eo exiccato cuꝫ
pāno leni tepido ilico est aspergēdū sup loco suture ⁊ in cir/
cuitu puluerē glutinosū q adiuuet: in adhesionē labioꝝ eiuꝫ
deinde intromittat ⁊ reducat in locū suū. ℭ Medicine aūt
qbus hoies vtunt ad aspergēdū vulnera intestinoꝝ: ⁊ non
nocet. dixit Raſ. 14. ꝯti. sūt barba hyrcina balaustia cuppu
la .s. glādiū cortex granatoꝝ lutū sigillatū galla: ⁊ silia .s. sti/
ptica ⁊ glutinatiua: ⁊ dixit. ⁊ aq̄ ro. ⁊ sumach: ⁊ misceant ēt
eis gūmi arabicū ⁊ dragagātū: ⁊ pñt iste medicine applicari

simplr ⁊ ꝯposite: ⁊ pñt misceri cū aqua rosata: aut cū deco/
ctione citonioꝝ ⁊ arboris masticis: ⁊ mirti aut cum vino sti
ptico. Verūtn̄ vitandū est vinū quotiens cuꝫ vulnere fuerit
apa calīn. ℭ Et de ꝯpositis bonis est puluis q sic fit. ℞. ma
sticis gummi arabici dragagāti. aā. ℥. ij. sang. draco. ℥. i. ⁊ de
isto puluere appōat in q̄titate magna. Pñt ēt postea hmōi
medicine exhiberi p os ⁊ poni in cristerib⁹: ꝯm q regrit in/
testinū qđ vulneratū fuerit. ℭ Dixit. A. post regimē ꝑdictū
oꝫ vt cristerizet patiēs cū vino nigro stiptico. supp. solo vel
decoctiōis ꝑdictaꝝ reꝝ vel alio silr: qm̄ dixit Aui. ꝯfortat in
testina ⁊ iuuat ad incarnādū ⁊ ꝯsolidationē. Et ꝓprie ⁊ di/
xit Aui. cristerizādū est cū vino ꝑdicto si vulnus appropin/
quauerit ad minuta intestina: qm̄ sūt difficilioris icarnatio/
nis q̄ȝ grossa: q̄ꝫuis vt patuit in sermōe 5°. illa q̄ sumunt per
os plus valeāt in vulnerib⁹ intestioꝝ q̄ȝ imissa p cristere: de/
bēt ēt in hoc casu exhiberi cibi stiptici ⁊ ꝯglutinatiui: ⁊ vita
ri debēt acuti absterſiui mordicatiui: ⁊ vētositatum gn̄atiui.
ℭ Dixit Alber. q si caput capre cū pilis eius in aq̄ coquat
deide terat ⁊ supponat intestino iciso q ꝯsolidat ipꝫ. ℭ Se
cūda āt intētio ꝯplet cū itromissiōe intestini suti ⁊ aspsi. cuꝫ
oī facilitate ad locū suū. ℭ Et tertia ꝯplet cū medicinis ⁊ ci
bis qbus mediātibus ꝓhibet fex ab exiccatione ⁊ acuitate.
ℭ Dixit auctor cōpendij. cristere facere in hoc loco bonū ē.
est. n. bonū vt fex q est in intestinis excludat: ⁊ ac ēt si ex vulne
re aliqđ intestinū putrefactū ē. i. est putrefactioni paratū ꝑꝑ
vulnus qđ in ipso accidit: alia lr̄a hꝫ. si aliqđ intestinum pū
ctū est. i. vulneratū nō facimus cristere acutū: qꝛ mordicaret
⁊ maxime loca vulneris ⁊ sic vuln⁹ magnificaret: ⁊ esset cā
attractionis materieꝝ ad locū. sup. neqꝫ ēt fiat cristere molli
tiuū: qm̄ putrefacit ⁊ ꝓhibet ꝯsolidationē. ℭ De q̄rta autē
intētione iplēda .s. de curatōe vulneris exterioris mirach: ⁊ di
uersificati sunt qdā a qbusdā. qdā enim voluerūt vt Brun⁹: ⁊
⁊ alij multi q vuln⁹ mirach dꝫ teneri apertū quousqꝫ intesti
nū fuerit ꝯsolidatū ⁊ filū extractū fuerit: ⁊ q oī die totū in/
testinum dꝫ aspergi puluere supradicto. ℭ Dinus aūt ⁊ alij
multi voluerūt q vulnus mirach nō deberet teneri aptū: sed
statim intromissis intus intestinis debeat sui mō supradcō: ⁊
⁊ hoc ꝑꝑ plura ꝑicula q̄ possent inde seq: de qb⁹ est: qm̄ si re
maneret apt⁹ qn̄ vuln⁹ soluet ⁊ mutabit subintrabit aer ad in
testinū ⁊ ledet ipm ⁊ gn̄abit in eo vētositatē tā ad torsionem
q̄ȝ ad dolorē: ⁊ ad quē seq pñt accn̄tia praua: ⁊ ē qꝛ ex illo vul/
nere aperto possent iteꝝ egredi intestina: ⁊ q̄ꝫuis vtraqꝫ via
possit teneri: ⁊ ꝯꝫ vtrāqꝫ curari vuln⁹. scḋa tn̄ via melior ē ⁊
tutior ⁊ magis ad mētē Aui. cū dixit. q post suitionē itestini
regimē dꝫ esse illud qđ dixim⁹: ⁊ sꝫ ipsi dixerūt. intestinū dēre
itromitti ⁊ suitionē vulneris mirach fieri: veꝝ ēt q hoc dem̄
hꝫ veritatē si cura fcā fuerit an̄q̄ȝ vuln⁹ alteratū fuerit ab ae
re: ⁊ tūc ēt loc⁹ dꝫ dimitti filo q̄ intestinū sutum fuerit vt ex
pēdeat. ℭ Si vō iā ab aere imutatuꝫ fuerit tūc curari dꝫ nō
p suitionē vt vuln⁹: sꝫ cura vlceris: aut vulneris ab aere imu
tati. ℭ Qꝫ si ex vulnere mirach penetrāte zirb⁹ foras exierit
tūc dixit Ypo. 6. afo. si omētū. i. zirb⁹ ceciderit .i. ꝑ rupturaꝫ
ex mirach exierit: necesse est putrefieri: ⁊ hūc afforis. tangēs
Aui. dixit. inqt Ypo. cū egredit zirbus vētris in vulnere tūc
necesse ē vt putrefiat qđ de ipso egredit: q̄ꝫuis moret paruo
tp̄e est. n. zirbus in hoc .s. ad recipiēdū putrefactionē p⁹ eius
egressum foras vehemētius .s. aptus q̄ȝ itestina: ⁊ extremi/
tates eius si nō remanēt ex spatio lōgo donec infrigidentur ve
hemēter cū reingrediunt vētrē ⁊ incarnat vulnus eoꝛuꝫ re
deūt ad nām suā. zirb⁹ eniꝫ si moraret tp̄e ꝑuo tūc nec̄e ē vt
qđ ex eo apparet extra si reingredit vētrē putrefiat: ⁊ ꝑꝑ il/
lud dixit Aui. ꝓperant medici ad incidendū ipm .s. illud to/
tū qđ extra apparuit: ⁊ nō intromittant illud qđ ex eo extra
apparet in ventrē: qm̄ fortasse nō inuenit in zirbo egresso ꝯ
riū eius qđ dem̄ est .s. q non putrefiat si fuerit intromissum
⁊ si inueniat illud est valde paruꝫ. ℭ Causa āt quare zirbus
egressus nō defendit a putrefactione nisi tp̄e valde ꝑuo ⁊ q̄ꝫ

Cura Aūi p vulnus zirbi egredit.

insensibili est: q2 faciliter ꝛ cito ab aere alterat̄ in suo calido
nāli: ꝛ hoc ꝓpter mollitiē raritatē ꝛ discōtinuitatē sue sbe. si
ergo sic alteratus itromittat̄ cū sit debilitatus putret multū
vaporibus multis ad ip̄m eleuatis ab intestinis ꝛ fece i eis
cōtētaꝫ imo vt dicūt citius putret q̄ꝫ si ex extra remaneret. in
testina aūt ꝛ alia viscera nō sic putrent: q̄m ipsoꝝ sba est ma
gis ꝯpacta: quare nō sic patiunt̄ ab aere: ꝛ nō obstat qd̄ qui
dam in ꝯtriuꝫ adducūt. s. q̄ zirbus ab aiali mortuo extract⁹
diu seruat̄ icorruptus: q2 illud est: q2 nō occurrit zirb⁹ siue
intus in aiali mortuo maneat siue extra vaporib⁹ malis cor
rūpētibus ip̄m. ¶ Si ergo vocatus fueris ad vulneratum
in mirach cū egressione zirbi. dixit auctor cōpēdij. oꝫ te hr̄e
signa q̄bus cognoscas an sit corruptus an nō: ꝛ signa corru
pti sunt frigiditas eius ad tactū: ꝛ alteratio coloris eius ad
tie ⁊ subtilitate ⁊ benignitate ⁊ malignitate. pp quā diuersi/
tatē aliq̄ eius ps apta fuit ɔuerti in saniē laudabilē: ⁊ aliq̄ in
illaudabilē: ⁊ aliq̄ in quādā carnositatē: ⁊ aliq̄ in aliā reʒ ex/
traneā: vel alias res ēēneas: naʒ sunt aliqñ multe numero: ⁊
sunt oēs res distincte ⁊ sepate abinuicē: ac si esset vnaqueqʒ
in sua camera vel cauerna. Et humor faciens p̄dictas exitu/
ras ꝫm plus ⁊ maiorē partē eius est fridus grossus crudus.
Exiture. n. a tali humore facte ꝫm plm̄ repiunt cuʒ hmōi di/
uersitatibus ⁊ cauernositatib⁹ siue cellulis: ⁊ sic ēt a multis
cellulose vocate sunt. ɔuertit aūt in saniē laudabilē pars hu
moris illius subtilior ⁊ benignior: ⁊ in illaudabilē pars eius
subtilis maligna ⁊ ps ei⁹ grossior ⁊ rebellis ɔuertit in carnē
illā mollē vel aliā reʒ extraneā. Et scias q he sunt exiture in
quibus medicus cū secauerit eas dʒ sponere digitū vt inue/
niat ⁊ disrūpat cauernas illas: ⁊ dʒ eas p̄cognoscere vt nō fa
ciat sic stolidi medici faciūt intromittētes digitū: in quācūqʒ
exiturā addētes dolorē supra dolorē ⁊ pducāt exiturā ad ma
litiā magnā: ⁊ qñqʒ pducūt ad interituʒ egrotantē. ¶ Scda
vero spēs dictaꝝ exituraꝝ cui est nomē impositū. dixit Aui.
est illa q̄ in arabico vocat abirt: qd latine significat vas fictile
rotūdū: ⁊ ppea dicta est vasalis: vel vt dicūt qdam. significat
granulosam: vñ granulosa dicta est vel granatalis: ⁊ ista exi
tura est rotūda rubea: ⁊ cū apit inuenit intus in ea res q̄ est
ad modū granoꝝ ficus: ⁊ iō nr̄o idiomate ficus appellat. A
multis aūt vocat topinaria: ⁊ de ea dixit Aui. q eius euētus
plm̄ est in capite: qñʒ tñ in aliis repit mēbris: ita q ēt i ano.
Dixit Aui. q hñs hēc exituraʒ ꝫm plm̄ nō expoliat a febre.

De diuersitate exituraꝝ sumpta a situ.

¶ Diuersitas aūt exituraꝝ sumpta a situ est q eaꝝ q̄dā sunt
supficiales: ⁊ q̄dā ꝓfunde: ⁊ q̄dā mediū locū tenēt: ⁊ quedā
sunt in mēbro hñte colligātiā cū principalib⁹ ⁊ nobilibus ⁊
nō carēt suspitione: ⁊ q̄daʒ sunt in mēbro ignobili ⁊ nō hñte
illā colligātiam: ⁊ sunt ex hac pte carētes suspitione. ¶ Hñt
insup exiture diuersitatē ꝫm magnitudinē ⁊ puitatē ⁊ medi/
camē ⁊ figurā. nā alie sunt acute alie dense alie late alie rotū/
de alie lōge vel alterius figure. ¶ Que aūt sint cāe exituraꝝ
satis pʒ ex p̄dictis ⁊ ex his q̄ dicta sunt de causis apatum.

Signa aūt significantia q apa terminabit ad exituram
sunt q apa qd est de humore saniabili plōgat ⁊
durities eius remanet ꝫm dispōnē suā cuʒ calitate sensata in
loco ⁊ nō cōferūt in ea resolutiua: mō tñ addit durities eius:
neqʒ adsunt cū ea alia signa mala de corruptione vel mortifi
catione mēbri. Notāt q durities apatis ꝓlōgata absqʒ cali/
ditate secū ɔiūcta signat q apa terminabit ad indurationē:
q2 signat q resoluta est ps eius subtilis cala ⁊ remāsit gros/
sa infrigidata: ⁊ maxie indurabit apa qñ durities augendo
ꝓcedit. Sʒ durities remanēs cuʒ calitate absqʒ signis malis
de violēta extēsione liuiditate coloris ⁊ aliis signationibus
de corruptione mēbri signat q apa terminabit ad exituraʒ:
q2 ex quo nō resoluit qd declarat duritiei ꝓlōgatio: neqʒ in/
durat qd signat calitas sensata in eo remanēs neqʒ corrūpit
mēbruʒ: qd declarat dictoꝝ maloꝝ signoꝝ p̄uatio: tūc nēcio
seqt p locū a sufficiēti diuisiōe q termiabit ad suppuratiōeʒ.

Signa inceptionis exiture.

¶ Signa aūt inceptionis exiture: ⁊ q iā mā colligit in cupū
sunt inceptio subleuationis cutis exñtis supra apa ⁊ iceptio
aug ̈ pulsationis. mā. n. in cupo collecta ⁊ ampliata a calo/
re agēte in ipsaʒ cutē subleuat ⁊ auget. tumor ēt nullo fluxu
exñte aut additioneʒ faciēte in apate: sʒ intumescit locus: q2
mā rarificat ⁊ rarificata occupat pl⁹ d̄ loco: ⁊ calitas auget: ⁊
q2 mā in cupo magis ɔculcat: ⁊ ɔculcata a calitate ēēnea exi
pit. nā ēt ad digerēdū māṁ mittit illuc sanguinē ⁊ spūm: vñ
in loco calitas valde incēdit q̄ aliqñ est febrē inducēs. Et do
lor auget: q2 auget in loco mala cōplo cala: ⁊ q2 mā amplia
ta ampli⁹ extēdit mēbrū: p cui⁹ extēsionē ei⁹ ɔtinuitas magis
soluit. Et pulsatio i ea magis causat ⁊ causata auget: q2 mā
in cupo collecta magis coartat arteriā ⁊ arrepta a calitate
ēēnea maiorē causat in ea cuētationis nēcitatē: arteria ēt pcu
tit ad rē durā plus: q2 ad locū collectionis mā: ergo fact⁹ dur⁹
pre mā ibi collecta ⁊ extēdēte: ⁊ pp dictas cās est q qñ fit exi
tura si p̄us nō erat pulsatio: tūc cāt ⁊ si p̄us aderat auget.
Dixit g̃ Hal. si in apate calo pulsus fortis ⁊ calor fuerit ꝓcul
dubio in eo virus colligit. ¶ Et Auic. dixit. signa q apa fit
exitura sūt cū videris pulsationē p̄imā aut durinē ꝓlōgatā
⁊ calitatē. tūc extima q apa est in via q fiat exitura. ¶ Et lo
quēs Hip. in affo. de signis saniei fiētis ⁊ fcē dix̄ circa gnōnē
saniei dolores ⁊ febres accidūt magis q̄ fcā sanie. nā vt dixit
Gal. in ɔ̊ : facta sanie qescit actio caloris in māṁ: vñ sedat
ebullitio ⁊ qescēte ebullitiōe qescit iflāmatio ⁊ exalatio ⁊ sic
febris. ¶ Dix̄ Antil. febres q̄ accidūt cū exituris. s. extrinse/
cis erūt nocturne ⁊ rigores i eis nō validi: ⁊ tūc ēt mā est: vñ
qescit pūctio ei⁹ ⁊ dolor. ¶ Et Aui. dixit. cū videris leuitatē
quandā. s. in calitate ⁊ febre ⁊ sedationē doloris: tūc scias q
exitura ē in via maturatiōis. s. in termio ad quē vie matura/
tiōis: q2 tūc cōpleta ē maturatio. Et dixit. nō fiūt isti dolores
in p̄n° exiture vehemētiores: ⁊ q̄to plus approximat status
. s. cōplete maturatiōis q̄ pōt dici stat⁹ exiture minorant nisi
qñ eruptio. s. porositatū mēbri ⁊ solo ɔtinuitatis eaꝝ fit i p̄n°
eius: ⁊ dolor accidit ex ea disruptiōe ⁊ ɔtinuitatis solōne: sʒ
qñ mā est facta sanies: qescit tūc calefactio fortis ⁊ iflāmatio

ad modum ẜm quē cesset caliditas ignis extincti: ꝛ q̄uis in
gñatione saniei semꝑ calitas augeat̄. nō tñ in oī eius genera
tione illa calitas erit febrilis: ꝛ illud est aut ꝓpter paucitatē
māe saniādꝫ: aut pp eius calitatē remissiorē: aut pp longā di
stantiā eius a corde pp quā nō pōt ad cor ꝑuenire putrida fu
ligo neqꝫ mala discrasia cal'a sequēs ad alterationē ptis post
partē: qm̄ prius ipsa putrida fuligo ꝯsumit̄ ꝛ ipsa alteratio
deficit in via. Et scias ꝙ in gñatione saniei laudabilis oīa ꝑ
dicta accñtia erūt remissiora q̄ꝫ in gñatione saniei illaudabi
lis. Et predicta signa debēt referri ad exituras extrinsecas.
Ipse. n. in signis differūt ab exituris intrinsecis: vnde dixit
Aui. ꝙ oē apa in mēbris extrinsecis in q̄ non est pulsatio nō
facit saniē, intrinsecū aūt pōt facere saniē: q̄uis non fit in eo
pulsatio: vt pꝫ plerūqꝫ in ꝑipleumonia ꝛ litargia. ¶ Et scias
ꝙ q̄uis verbū Aui. ꝑdictū de apate extrinseco sit veꝝ semꝑ:
eius tñ ꝯuersum nō est semꝑ veꝝ. s. ꝙ oē apa extrinsecū in q̄
est pulsatio faciunt saniē: qd̄ maxie pꝫ in flōne in quo in ꝑn°
sui ꝛ aug'° est pulsatio: vt patuit suo cap°. ꝛ tñ nō semꝑ post
pulsationeꝫ suppurat̄: qꝛ aliqñ resoluit̄ vel induraf: vel alr
terminat̄. Sꝫ veꝝ est ꝙ qñ pulsatio ꝑexistēs auget̄: tūc sup
purat̄. ¶ Quidā aūt putauerunt iā ꝙ oē apa extrinsecū ma
gnum terminaret̄ ad suppurationē siue fuerit in eo pulsatio
siue nō: ꝛ ecōuerso oē aliud aliter terminaret̄ q̄ꝫ per suppura
tionē. Et h̄ remouens Ras. 13. ꝯti. dixit. Dico exptus sum ꝛ
vidi apata calā magna ad modū vnius palmi ꝛ plus ꝛ mi
nus nulla in eis existe pulsatione vehemēti ꝛ dissoluta sunt.
Et vidi plurīes apa paruū hn̄s locū ad modū panarij: ꝛ eo
ꝙ pulsatio in eo erat magnaꝫ putrefactionē fecit. Et subdit
Ras. quāto pulsatio in apate maior fuerit tāto putredo. i. sa
niatio velocior fit. Et dixit iteꝝ. iuxta quātitatē pulsationis
apatū caloꝝ dꝫ eē putredo copꝛ: qm̄ vbi fuerit magna pulsa
tio erit ibi multa putredo: qm̄ magna pulsatio magnū signi
ficat apa. ¶ Et rursus exitura q̄ saniē fecit aut est supficialis
aut ꝓfunda: ꝛ siq̄dē supficialis fuerit agnosci facilr̄ poterit ꝑ
tactū ꝛ visuꝫ. Et ꝑ tactū cognoscit̄. dixit Aui. qm̄ qñ tangis
locū cū digito vel digitis ꝓprie. tūc obserua ꝛ ꝯsidera cū di
gitis alijs saltē alterius manus an expellat̄ aliqd ex hijs ex
loco in q̄ ꝯtinet̄ sanies quē cōprimis digito vel digitis vni᷒
manus ꝛ moueri ꝛ redūdare ad sub digitos alios. Notāt ꝙ
si exitura fuerit ꝑua sufficiūt digiti vnius manus. s. index ꝛ
medius. al's. pollex ꝛ index: vel ēt ꝛ medius cū vnus ponit̄
in vna pte exiture ꝛ alius in alia: ꝛ ꝑmit̄ cū vno ꝛ obseruat̄
si sentit̄ moueri sanies versus aliū digitū ꝛ redūdare ꝛ ꝑcute
re ipsum. Deinde cū desinis ꝑmere cū digito cū quo ꝑssisti ꝛ
premis cū alio ꝛ ꝑcipis ꝯsilr̄ inūdationē ꝛ motū sub eo cū q̄
nō ꝑmis: tūc in loco facta est sanies. Si vero nec motus nec
inūdatio ꝑcipit̄ sanies nondū ꝑfecta est. ¶ Dixit Anti'. ꝙ si
exitura fuerit manifesta supficialis fiet caput eiꝰ acutū altū
leuis tactus in q̄ signū faciet digitus ꝑmēs ꝛ extēdet̄ pellis
existēs in capite eius. Si ṽo exitura fit magna: tūc debes expe
riri cum digitis ambarū manuū saltē indice ꝛ medio ꝑmere
debes cuꝫ digitis vnius manus ꝛ obseruare si sub alijs sen
tit̄ motus ꝛ inūdatio ꝛ allisio ad eos: ꝛ silr̄ si iudicare volue
ris; ꝛ in exitura magna ꝑssio fortior eē dꝫ ꝛ in tangēdo non
debēt digiti vtriusqꝫ manus ꝯtiguari: īmo dꝫ interuenire suf
ficiēs distātia ẜm magnitudinē exiture. ¶ Per visum aūt co
gnoscit̄. dixit Aui. qm̄ locus saniei declarat̄ ꝑ declinationeꝫ
eius ad albedinē: qm̄ sanies alba est ꝛ colorē suū ꝑtendit: ꝛ
qñ nō est cōpleta saniatio: tunc declinat ad rubedinē pp calo
reꝫ locū rubificantē. ¶ Dixit Tabri. oīs exitura in se ꝯtinēs
rubedinē nō saniabit̄. s. ꝑfecte ꝛ laudabilr̄ nisi prius deficiat
illa rubedo in circuitu eius. Et hn̄t dicta signa sumpta ex ca
lore veritatē in exitura debēte laudabilr̄ saniari: ꝛ in exitura
supficiali. Nā si sanies fieret illaudabilis ꝑtenderet ēt colorē
suū ꝛ nō albū. Et si foret ꝓfunda nō mutat̄ in ea color ab eo
qd̄ fuit nisi forsasse parū. Et iō ne decipiaris ex colore loci in
exituris ꝓfundis vel illaudabilis saniei. dixit Aui. sustēta te
in tactu absqꝫ visu: ꝛ iudica per iudiciuꝫ qd̄ ꝑcepisti ex tactu
predicto ꝛ nō per visum. nā certitudo habet̄ per tactū. visus
aūt coadiuuans. ¶ Cuꝫ aūt exitura fuerit multū ꝓfunda ꝛ
grosse cutis: tunc iudiciū de sanie per tactū etiā erit difficile
valde: sed opꝫ cōsiderare alia signa de diuturnitate apatis ꝛ
sedatione accidentiū ꝛ remissione ꝑexistentis rubedinis ten
sionis ꝛ pulsationis ꝛ soliditatis ꝛ sensu pōderis cuiusdā in
loco. Dixit. n. Paulus. si exitura ꝓfunda ꝛ supposita ei car
ne abūdanti fuerit cognosci poterit eiꝰ maturatio ꝛ gñatio
saniei mediāte longo spatio apatis ꝛ ex mitigatione doloris
ꝛ febris ꝛ diminutione rubedinis ꝛ pulsationis ꝛ ecōuerso
dolore ad modū pruritus ac deficiētibus oībus signis apa
tis calidi. vꝫ. inflāmatione dolore ꝛ extētione solida. Et An
til'. dixit. ꝙ in loco cū pruritu ꝑcipit̄ stupor. s. modicus. cum
eni videris apa qd̄ multū accipit de ꝓfundo mēbri diu mo
rari: deinde augeri in eo doloreꝫ inflāmationē ꝛ rubedinem
pulsationē remitti ꝛ tensionē eius ꝛ soliditatē liniri ꝛ infir
muꝫ inuenire quietē ꝛ pruritū quēdā in loco eius: tūc iudica
certe saniē ibi fore factā quā tactus inuenire nō pōt pp gros
sitiē cutis ꝛ carnis supstantis ei. ¶ Dixit Hip. 6° afo. qbus
cūqꝫ facta sanie in corpe. s. aliquo mēbro extrinseco non ma
nifestat̄ his pp saniei spissitudinē aut loci aut vtriusqꝫ. vt di
xit Gal. in ꝯ°. nō manifestat̄ ꝓfunditas tñ saniei ꝛ eius elō
gatio a supficie est imediata cā incōprehensionis eius ꝛ eius
elōgationis. Cā fuit māe grossities ꝑ quā nō potuit ipsaꝫ nā
facere mām ꝑ illius subam penetrare ꝛ mēbri soliditas: ꝛ aut
est ex densitate sue sube: aut sui grossitie: aut sui multitudine: ꝛ
ꝛ ꝓpea quāto soliditas mēbri: ꝛ maxie que ꝓcedit ex grossi
tie ꝛ multitudine maior fuerit tāto cōprehēsio saniei suppo
site ꝑ tactū difficilior fiet. Et ideꝫ 4' 3°. voluit Aui. ꝛ subdit.
ꝓpterea stat̄ qñqꝫ sup vacuitatē eius. sup. ꝛ nō apit̄: ꝛ qñqꝫ
nō stat̄: qꝛ apent̄. ¶ Scit̄ aūt ꝙ sanies in exitura ꝯtenta sit
subtilis ꝛ fluida qñ ꝑssura facta cuꝫ digitis in vna pte sentit̄
inūdatio velox ad aliā pteꝫ sub alijs digitis ꝑueniēs: ꝛ cum
desistit̄ a ꝑssione retro reuertit̄ ad locū ꝑm̄: ꝛ tactus loci eiꝰ
lenis appet. Et ꝑ opposita signa scit̄ ꝙ sanies est grossa spis
sa: qm̄ nō velociter mouet̄ per cōpressionē nec motu cito re
uertit̄ cōpressa sanie ꝑ alia signa supradicta ꝛ tactus eius nō
est lenis: sicut saniei tenuis: sicut dixit Rasis. 13. ꝯti. ¶ Et in
exituris supficialibus cognoscit̄ sanies laudabilis ab illau
dabili ꝑ colorē loci. nā si fuerit albus aut cū equali ꝑmixtio
ne ruboris sanies erit laudabilis. si ṽo color eius fuerit citri
nus viridis aut liuidus erit sanies illaudabilis. ¶ Dixit Ra
sis. 13. ꝯti. cū exitura extrinseca q̄ lata fuerit carēs capite erit
ex humoribus malis frigidis difficilis digōnis ꝓximior erit
putrefactioni q̄ꝫ putredinis gñationi ẜm lōginquitatē tpis.
Et dixit. illaudabilis est exitura q̄ nō in toto gñat putredinē
equalr̄: sed in pte eius tm̄: qm̄ erit difficilis ꝛ per longū tps
saniatio eius: qm̄ ille q̄ nō faciūt putredinē aliam curā appe
tunt q̄ꝫ ille q̄ faciūt eā. Et dixit. que nō hꝫ eminentiā suā du
ram laudabilior est ea que hꝫ eaꝫ durā ꝛ ea cuius modica ps
est leuis ꝛ pars circūstans ei est dura: qm̄ erit tarde matura
tionis aut nō maturabit̄ oino. Et dixit. laudat̄ exitura si ca
put eius in q̄ putredo est facta velociter fuerit. s. in inferiori
parte eius: qm̄ tūc non faciet loculuꝫ siue cauernā in tpe sue
euacuationis. Et q̄ hēbit vnuꝫ caput laudabilior erit ꝛ salu
brior hn̄te duo. Et q̄ hꝫ duo capita si ps eius media inter ca
pita fuerit dura nō putrida nō erit salubris: qm̄ ps dura pe
ior erit leni. Et iuxta modū soliditatis eiꝰ erit modus malitie
ipsius ꝛ iuxta modū lenitatis eiꝰ modus bonitatis ꝛ laudis
ipsius. ¶ De signis aūt intrinsecarū exiturarū. dixit Aui. ꝙ
qñ accit apa calm̄ in visceribꝰ accidūt horripilōnes ꝛ febreꝫ
ꝛ nō est eis ordo: ꝛ horripilatio est in ꝑmis longioris spatij: ꝛ
deinde nō cessat abbreuiari spatiū eiꝰ ꝛ fit dolor vehemētior
ꝛ addit̄ grauitas apatis: tūc scias ꝙ apa fit exitura ꝛ ꝙ ꝑue
nit ad collectionē sui. i. sue māe in cupo. Dicūt. ꝙ horripila
tio iō accidit: qꝛ materia faciēs apa soluit cōtinuū in mēbro

Saniatio nō fit sine pulsatiōe. nō tñ pul satiōnē ꝯ sequit̄ sa niatio.

Signa sa niei sā fa cte.

De causis difficulta tis cōpre hensionis saniei.

Sig° sub tilitatis ꝛ grossities saniei ꝯtē te in exitu ris.

De signis laudabil' ꝛ illauda bil' niei.

De signis laudabil' ꝛ illauda bilis exi ture.

De signis exiturarū intrinseca rum.

sensibili: et pp hanc cām dolores fiunt vehemētiores etiā: et propter dictā cām in crituris mēbrorum carentiū sensu non fit horripilatio neq3 dolor nisi per aggrauationē. Et febris accidit ex dolore et caliditate additis et effumatione putrida ad cor et nō est dictis febribus ordo. s. in reuolutione paroxismorū et in mō eorum: qr qñq3 semel in die: qñq3 bis: qñq3 plūes: qñq3 citius: qñq3 tardius: qñq3 cū maiori spatio infestatiōis: qñq3 cū minori: verū tñ in primis horripilatio est lōgioris spatij: qr in primis mā diutius durat pungēdo et soluēdo cōtinuū: deinde non cessat abbreuiari spatiū eius quāto plus appropinquat statui. s. sumpto penes dispōnē mātie: qr mā cōtinue lenit et cōtinue pcedit minus pungēdo et minus soluēdo cōtinuū et grauitas addit: qr mā tota in vno loco colligit: que prius sparsa erat: vñ magis percipit pondus eius: qd pz de lorica que posita supra spatulam magis grauat q3 vestita.

¶ Dixit Aui. scias q duritiez pulsus est testimoniū magnū ad significandū q critura fit in interioribus: et verificat qñ durities pulsus aduenit prius nō existens vel qñ preexistens addit. In apatibus. n. mēbrorum durorum vt pāniculorum semper est pulsus serrinus durus. Cū ergo in tali apate durities illa addit: tūc significat q transit in criturā. Et in apatibus mēbrorum molliū est pulsus mollis vndosus semp. cum ergo minuit mollities illa que respectu preexistentis pōt vocari quedam durities: tūc significabit q mā eius colligit et hz dictū signum de duritie pulsus: quādiu apa est in fieri criture et saniationis. nam facta a saniatione pulsus durities tollit: et fit mollis lenis eo q sanies remollit arteriā. Sicut enim voluit Aui. pmi 2°. cap° de pulsu apatis. dixit. n. q qñ adest in apostemate cā mutans pulsum ad serrinū. i. durū: tūc efficit ipm durū: nisi in corpore sit ḡria cā humectans que pprietatē serrini et duri destruat: et loco eius vndositatez supplere faciat: vt est sanies facta. ipsa. n. humectādo arteriā cessare facit pulsus duritiē: et reddit eū lenē vndosum. Sic ergo dicēdum est q pulsus durus est testimoniū magnū criture interioris: q qñ apparent signa criture supradicta si non induraf pulsus non est per illa signa iudicandū q fit critura. nā fortasse nō erit. si enim ibi esset critura pulsus fieret durus. si ergo non erit durus et alia signa collectionis affuerint: tūc nō fiet collectio illa in aliquo viscerū: sed erit in siphac: qd ḡtinet viscera inferiora: aut in pāniculo qui est inter costas. nā in apostematibus talium pāniculorum non induraf pulsus. In apate tñ pleure: que cōtinet viscera spiritualiū: pulsus maxime fit serrinus: vt patuit in caplo de pleuresi.

Signa loci criture intrinsece.

¶ Scif autē locus in q̄ fit critura p grauitatē que pendet ex ea et per dolorē in loco eius sensatū. Et subdit Aui. cū collectionē fecerint apata in visceribus et hm criture seruitam pcesserint: infestabit dolor vehemens et febris exasperabit lingua valde et vigilie fortiores fient et oīa alia accñtia augmētabunf et crescet grauitas: et fortasse sentief grauitas: et si interior est ēt cū in corpore apparet macies et in oculis repentina cōcauitas: et cōtinue oīa accñtia augmētando pcedunt donec cōpleaf digestio. Cum enim illud qd collectū est fit maturū. i. factū est matur febris et doloris fortitudo: et pulsus. i. pulsatio sedatur et loco doloris aduenit res que est sicut pruritus. s. qdā sensus silis pruritui pueniēs ex paruissima cōtinuitatis solone facta a sanie illa sua acuitate: et si rubedo et durities ibi affuerint. in cute exteriori minorabif rubedo et mollificabif durities ita vt cōpressioni cedat vbi prius nō cedebat.

Signa cōplete maturatiōis.

¶ Et signa cōplete maturationis criture intrinsece. dixit Auic. sunt qm qñ accidūt signa pdicta criture: deinde quiescunt accñtia ipsius q̄ sunt ex febre horripilatione et doloris sedatione cōpleta et remanet grauitas: tūc scias q maturatio adest et sanies iam ḡfirmata est.

Signa eruptionis criture intrinsece.

¶ Et signa eruptionis eius sunt. dixit Aui. q post pdictā quietē accñtium redeūt dolores: et fiunt punctiones et mordicatio et grauitas vehemētior et similanf febribus q̄ fuerāt in generatione criture intētione earū vel similanf febrib⁹: qr sunt sicut hebitiuate et velut ethice: et sic intellexit alia lra. q dicit. et figant febres: tūc eius eruptio iam est ppinqua. cuz. n. tūc accidit rigor subito et sedaf grauitas et dolor. tūc iam eruptio facta est: et pprie qñ appet sanies euāta q̄ mordicat mēbrum per qd trāsit. ¶ Dixit Rasis. 13. ḡtinē. q rigor accidit pprie semp cū emanatione criturarū occultarū et pcedit hic rigor ex solutione cōtinuitatis q̄ fit in eruptione ac mordicatione mēbrorum sensibiliū facta sanie cadēte sup ea. ¶ Et dixit Aui. necessariū est vt in eruptione fiat arefactio virtutis. i. debilitas eius ḡñs resolonē spirituū factā in ruptura et fit illa debilitas arefactionis vel arefaciens. i. fit debilitas illa v̄tutis cū arefactione corporis sicut cōtingit in alijs debilibus resolutis vt in syncopi resolonis frequenter appet. ¶ Dixit Rasis. 13. ḡti. et sunt verba Gal. 6° de interioribus. sequunf crituras intrinsecas magnas syncopis citrinitas coloris pulsus puus debilis et spissus et calefactio patientis et laxitudo. ¶ Paulus aūt recitat pdicta signa dicēs signū terminationis apatis calidi in visceribus corporis ad faciendū putredinez habef ex eo q fiunt horripilationes et febres cronice currentes ordinē. alr. carētes ordine et dolores vehemētes: et erit horripilatio q̄ fit in pn° lōgioris spatij: sed cuz pfecta fuerit sanies cessabunt febres et horripilationes et dolores erūt modici. aduenientē aūt tpe emanationis saniei subuertētur dolores et fient vehemētiores acutiores et crudeliores: et in tpe febriū erūt nociue extētiones valde: tñ facta inanitiōe saniei fiet rigor: et ac manāte ipsa sanie: et postea cessabit pōderositas et dolor penitus. ¶ Dicūnt. cā accñtium eruptionis criture intrinsece est: qm qñ mā mouef ad erūpenduz et soluendū ḡtinuū cū punctione mordicatione et corrosione accidit dolor: et mordicatio et vnif tota mā et tēdit in vnū locū. s. illū in quo querit eruptionē facere: et iō addit grauitas: et qr dolorē efficit et in motu ebullit et effumat addit febris. et qdā volunt q febris addit in ipsa eruptione: qr tūc pōt fieri maior effumatio. et cū facta est eruptio rigor accidit pp spartionem māe sup mēbra sensitiua. ¶ Et dixit Aui. erit pulsus vacuitati et diuersitati aptus: qr erit vacuus et diuersus: et lēs ostēdit: dilatabif pp vacuitatē et diuersificabif et incedet hm viā paruitatis debilitatis et raritatis et cadit appetitus et sepe calefiunt extrema. ¶ Dixit Auicē. qñ fit eruptio subito et egredif res plurima subito: fortasse accidit sputū saniei plurime subito: et fortasse accidit vomitus et vētris solo. sup. aut solo vrine plurima pre diuersitate membrorum ad que fit eruptio et meatuū p quos fit ipsius expulsio. ¶ Dixit Ras. 13. ḡti. ex p epidimiarum. sanies et supfluitas expellif de mēbro ad mēbrū nō in mēbris hñtibus cōcauitatē sensibilē tñ: sed in mēbris solidis: sicut neruis chordis pelliculis et ossibus. ¶ Et Gal. dixit. 6. de interioribus. et ponif a Rasi ibidē. meatus p quos ascēdunt sanies et putredo sunt aliq quorum cōcauitates sunt cōcaue: qm sanies mūdificaf in maiori pte per eos sicut mūdificanf criture pectoris per sputū et stomaci p vomitū et egestionē et ptes gibbi epatis et renuz et meatuū vrine et vesice p vrinā vel egestionē: aut loca stomaci per vrinā. Et dixit Gal. ego vidi plures hñtes saniē in pectore et mingere eā et sanos remanere: et alios egerere saniē et sanos remanere per illud. Et hoc vidi oculata fide non solū vna vice. Et dixit. putredo veniens de pulmone ad renes habuit meatus certos: qm sicut pcedunt ad renes ramiculi de vena magna pulsatili sic euātio pōt de pulmone p vrinā fieri: qr est ibi meatus eius: et sic et euātio putredinis de pulmone per egestionē manifestabif qñq3 in anatomia: qm vena concaua inuenif: qñq3 cōmunicata cū vena sibi radici arboris cōtinuando cū eis per venā alterā interpositā eis: et iō putredo que est in parte interiori diafragmatis pōt puenire ad vesicam: tñ hec fiunt raro: qm he forme raro accidūt. ¶ Ait Ras. dico qñ passiones fiunt in meatibus cōsuetis pbibitiue cogitur materia seq meatus alios: et ego etiā legi. dixit ipse. in aliquo libro q si inter duo membra nō fuerit aliud nisi os aut neruus ad ipsum os aut neruū nā expellit supfluitatē et quāto magis ad carnem ...

non dz ēt si ipsa apāta sanguinea fuerint. ℂ Rasi. aūt ait. 13. ɔti. Dico q̄ minutio tardare facit maturationē exiturarū: vn̄ si volueris aliquā exiturā maturare noli sanguinē minuere: q̄m inde debilis erit maturatio. nā erit tarda aut mala fiet ꝛ ꝑcipue si flōmia fuerit magna diminuēs calorē inatū. ℂ De eūatione aūt ꝑ farmaciā post ꝑn[m] exiturarū. iā dixerūt qdā. obserua exeūtia patiētiū: ꝛ si videris ea croceo vel alio innaturali colore infecta: tūc euacua humorē illa inficiētē. Si vero exeūtia fuerint ꝫm cōsuetudinē ipsorū sanorū nō erit ꝑ farmaciā euacuatio neccāria: sz sola localis curatio que ꝑ extractū fit. ℂ Attn̄ anq̄z extractus fiēdus sit fiēda est extrahēde mãe ꝑparatio: vt facilr̄ ꝛ sine molestia exhibeaᷤ. hec aūt mãe ꝑpatio digestio siue maturatio dr̄. hāc āt maturationē: imo ꝛ extractionē aliqñ nã ꝑ seipsā facit: verū vt pluries est q̄ ipsa auxilio indiget medicine. Et ob hāc cām necciū fuit medico adinuenire medicinas ꝑparantes mãz ꝛ maturātes: ꝛ ēt mãm preparatā de loco extrahentes. Extrahiᷤ aūt mã de loco duobus modis. s. aut ꝑ resolōnē q̄ est eūatio isensibilis aut ꝑ eruptionē ꝛ aptionē ptis in qua mã ɔtineᷤ q̄ ē euacuatio sensibilis: ꝛ qñq̄z fit vtroq̄ modo. s. insensibiliter ꝛ sensibiliter.

De maturatiōe ꝛ q̄liter debēt eē medicine ad ipsam.

ℂ Ad maturādū aūt mãm apātis opz nãe ferre auxiliū cū medicinis tēperate calidis modū sube viscosū hn̄tibus: ꝛ si fuerit eorū caliditas iuncta humiditati ɔuenientiores erunt. Debēt aūt eē calide tēperate vt nō ipetuose agāt segregādo ptes siccas ab humidis: sz equalr̄ ptes mãe de coquēdo cōmisceāt. Et debēt eē sube viscose vt poros extrinsecus opilēt ꝛ calorē vniant nālē: ꝛ cū hoc ptes mãe subtiles exalare nō ꝑmant: imo trāspirationē ꝓhibeāt vt trāspiratione ꝓhibita mã a calore extraneo apprehēdaᷤ quo coaduneᷤ calor innatus ad saniē gn̄andā. ℂ Habēt aūt medicine maturatiue in caliditate latitudinē a ꝑma mãsione ꝑmi gradus: in qua latitudine variari debēt ꝫm varietatē mēbri patiētis ꝛ mãe saniāde ꝛ caloris extranei in ipsa reperti. Et ēt aliorū coindicātiū vt cōplexionis cōpōnis mēbri ꝛ etatis ꝛ tēporū anni ꝛ siliū. cū eniz mã saniāda radicalr̄ calida fuerit ꝛ apprehēsa a multa caliditate extranea ꝛ mēbrū fuerit cōplexionis calide ꝛ rare texture ꝛ etas patiētis fuerit adolescētia vel iuuētus ꝛ tēpus anni ꝛ regio calida fuerint: tūc medicina remissioris caliditatis administrari dz: ꝛ quāto plus apā in ꝑdictis ɔditionib⁹ a caliditate remotū fuerit. tāto plus addēdū erit in caliditate medicine maturatiue: ꝛ qñ nō repirenᷤ medicine maturatiue remisse caliditatis: tūc aliq̄ ex medicis fridis tēperate ꝛ humidis cū medicinis maturatiuis calidiorib⁹ admisceri debēt vt farina ordei psiliū ꝛ siliā: imo dicunt. q̄ posset esse mã apātis tāte caliditatis ꝛ radicalis ꝛ extranee: q̄ sola aqua calida in eius maturatione ɔueniret. ℂ Et est sciēdum q̄ nulla medicia maturatiua dz apāti supponi actu frigida. Dixit eniz Hipp. 5° affo. frigidū. s. actu dolorem sine saniē. s. laudabilē facit. Et h̄ notāt qdā q̄ dictū Hip. est verū de ꝑ se: q: sanies gn̄aᷤ calido: ꝑ accidēs tn̄ posset frigidū actu eē cā gn̄onis saniei ēt laudabilis: ꝛ hoc iuuamētū prestādo calori nāli in gn̄one illius. Pōt aūt iuuamētū illi prestare duplr̄. vno mō caliditatē ipsā nālē superfluētē respectu mãe saniāde remittēdo: aut caliditatē preter nāz caliditatē nālē ipediētē in gn̄one saniei abijciendo. Scdo mō mãm nimia subtilitate saniationi inobedientē ingrossando. ꝛ sic eā aptā reddēdo. Et ꝓ̄ hec iuuamēta auctores docuerūt medicias saniatiuas aliqñ actu frigidas ꝛ in apātib⁹ ꝛ in vlcerib⁹ approximare. hoc aūt raro cōtingēs est. Et idcirco dz eas medicus actu calas: plus tn̄ ꝛ minus ꝫm ɔsiderationē in cōditionib⁹ supradictis approximare. Calidū eniz. dixit Hip. ibidem est saniē faciēs intelligēs de calido actu. Ad qd̄ calidū actu etiā reduciᷤ aer calidus ꝛ aqua calida. Ubi notāt q̄ aqua calida nō ꝓprie neq̄ per se dz dici medicina digestiua respectu cibi neq̄ maturatiua respectu mãe saniāde: cū sit relaxatiua mēbri ꝛ virtutis ei⁹: verū tn̄ aqua cala ꝛ oē calidū actu tn̄ iunctū humiditati pōt dici iuuamētū facere in maturatione cōfortādo calidū naturale: ꝛ ꝓprie si in loco fuerit mala cōplexio cala pura aut cū mã calida subtili ꝛ acuta.

Frigidū actu pōt iuuare generatiōē saniei duplicater.

ℂ Et est sciendū q̄ calida actu maxie q̄ sunt in caliditate magis eleuata ꝛ aq̄ calida nō dz approximari corpi repleto nisi precedēte vnīūatione. Uerū tn̄ optime faciunt: q ante appōnē empl̄ maturatiui locū apātis fomētant cū calidis ꝛ humidis mollificatiuis vt cū aqua cala in qua decocta fuerint altea semē lini malua passule liq̄ritia: ꝛ siliā. ꝑñt aūt ex maturatiuis simplicibus fieri medicamina cōposita multifaria variata in caliditatis latitudine. ℂ Ponunᷤ aūt cōiter duo empl̄a maturatiua: quorū vnū est puls. s. facta ex farina tritici ꝛ olō cōi ꝛ aq̄. de quo dn̄t qdā q̄ debēt tn̄ decoqui q̄ acquirāt spissitudinē paste panis vel q̄si. ℂ Aliud est qd̄ sic fit. ℞. folia ꝛ radices altee ꝛ radices lilij ꝛ semē lini ꝛ carices pingues iuiubas liquiri abijciaᷤ liqui. ꝛ iuiube: alia vero optime teranᷤ ꝛ addantur eis post ɔtritionē farina fenugreci seis lini ꝛ ordei ꝛ coquanᷤ donec fiant sicut puls supaddito oleo cōi: de quo supponēdū est apāti premissa inūctione cū butyro recēti vel adipe anatis. h̄ tn̄ empl̄m: vt dicūt ꝛ bn̄: potissime valz in apāte hn̄te duritiē ꝓ̄ quā timeaᷤ ne in duritiē terminenᷤ.

Empl̄a maturatiua.

ℂ Emplastrū bo[m] in maturatiōe flegmonū. ℞. radicū lilij ꝛ euisci ꝛ radices malue vel foliorū eius. añ. M. j. decoquanᷤ ꝑfecte ꝛ mundenᷤ ꝛ ꝑfecte cōteranᷤ ꝛ post cōtritionē incorporentur cum assungia porci sine sale ꝛ butyro ꝛ supponaᷤ tepidum. ℂ Aliud maturās flegmones ꝛ ademenas: ꝛ est vtile. decoquanᷤ radices euisci in aq̄: ꝛ post decoctionē optie manib⁹ malaxenᷤ in eadē aq̄ donec pinguescat ꝛ i hac aq̄ sic pingui decoquaᷤ farina tritici cū oleo ꝛ in fine decoctiōis remoueatur ab igne ꝛ addaᷤ euiscus ꝛ incorporeᷤ bn̄ cū eis facit. n. saniem in flegmonib⁹ ēt duris ꝛ sedat dolorē. ℂ Folia autē altee cū sale masticata aut decocta in vino vel mellicrate supposita vtilia sunt oi exiture. ℂ Aliud bonū. ℞. furfur triticeū ꝛ decoque in aqua decoctionis apij cū assungia anatis vel anseris aut cū oleo de lilio: ꝛ valet in flegmone si esset ꝑmixtio alicui⁹ hūoris frigidi. ℂ Aliud ɔsilr̄ valēs. ℞. farine fenugreci ꝛ seis lini ꝛ decoque in lacte vaccino ꝛ aqua. mirabiliter eniz mollificat ꝛ maturat ꝛ dolorē sedat. ℂ Aliū maturatiuū bonū. ℞. folia malue ꝛ altee ꝛ brance vrsine ꝛ decoque ꝛ pista cū assungia galline anseris ꝛ anatis incorpa maturat. n. ꝛ dolorē sedat. ℂ Maturatiuū valēs in flōne herisipillato. ℞. radices euisci ꝛ folia malue ꝛ violarū ꝛ decoque ꝛ incorpa cū farina ordei lacte vaccino ꝛ oleo viol. ℂ Aliū valēs silr̄. ℞. folia violarie malue ꝛ brance vrsine ꝛ decoque ꝛ pista cū farina ordei ꝛ assūgia porci ꝛ butyro mixtis mollificat ꝛ maturat ꝛ aperit sed post rupturā ad augēdū eam supponaᷤ empl̄m de fermēto melle ꝛ vitello oui. ℂ Aliud. ℞. ceparū lilij coctarū. ℥. j. ß. farine tritici. ℥. j. ß. assūgie porci recētis. ℥. j. olei cōis. ℥. iij. aq̄ q̄ztū sufficit: ꝛ bullianᷤ adinuicē ꝛ supponaᷤ. ℂ Et ad bn̄ aperiendū supponaᷤ empl̄m de ficubus de fermēto aut de fermēto ꝛ oleo ꝛ sale aut superponaᷤ empl̄m de caulib⁹ cū assungia ꝛ butyro. Et triticū masticatū maturat furunculos ꝛ aperit.

Exempla in exituris colericis.

ℂ Ut aūt supra patuit medic⁹ nō dz querere deducere apāta colica ad exiturā: si tn̄ cōtingat aliqd̄ eorū terminari in exiturā: tūc maturatiuū bonū est vt tollaᷤ radix iusq̄ami albi cū folijs eius ꝛ cōquassentur ꝛ in stuppis madefactis aq̄ ꝛ expressis iuoluaᷤ ꝛ sub prunis decoquaᷤ. ꝛ cū assūgia galline incorpeᷤ ꝛ supponaᷤ. mitigat. n. dolorē ꝛ bn̄ maturat. ℂ Dixit Aui. de apātib⁹ calidis que indigēt saniositate. s. q̄ debēt iuuari ad saniandū est vt emplastreᷤ caput eorū cū psilio ꝛ cū extinctiuis. s. caliditatis illorū apātū in circuitu eius. s. capitis. Nā vt supra patuit q̄uis frigida ꝑ se nō sint faciētia saniē per accidens tn̄ iuuāt ꝓpter causas superi⁹ assignatas. equant eniz cōplexionem membri que in gn̄one saniei est ꝑncipalius instr̄m. Si enim in talib⁹ apātib⁹ supponerenᷤ maturatiua calida in tn̄ discrasiareᷤ cōplexio mēbri q̄ nō esset idoneū instr̄m ad saniei generationē: sz inflāmareᷤ mēbrū ꝛ traherenᷤ ad ipz mãe q̄

facerent in apate augmētū. ¶ Et posuit Aui.cañ.in approximatione localiū his apatib⁹ multū calidis. Et dixit. q cū hō apata medicant epithimatib⁹ et emplis oz illud fieri cū pēna et nō cū manu: qm digiti man⁹ supducti ledunt ipsa. talia enim apata pp excessum male complonis calide sunt valde dolorosa.i. nō patiunt tactū digitoꝝ: et multo minus tactum alioꝝ corpoꝝ duroꝝ et ponderosoꝝ: quare liniri debēt cū oī leuitate qztū possibile fuerit. ¶ Emplm maturatiuū in apatib⁹ multū calidis cōferēs. ℞.folia malue et violarie folia iusquiami albi et decoque in aqua decoctionis liquiri. et ordei et incorporent cū mucillagine psilij et oleo papauerino et lacte: sedat.n.vtilr dolorē et maturat. ¶ In maturāda aūt herisipilla flonide cōpetit emplm qd sic fit. In aq ordei decoquant radices et folia morele sil cū passulis enucleatis iuiube sebestē ligritia et post decoctionē sumant dicta folia et pistata incorporent cū mucillagine altee seis lini et psilij et butyro. est enim vtile et cōueniēs. ¶ In exituris aūt ex hūorib⁹ flaticis frigidis et duris maturatiuū bonū est emplm qd sic fit. ℞.farinā fenugreci et frumenti et cepas lilij et narcissi et passulas enucleatas et caricas pingues: et decoque sicut opz cū oleo cōi et fiat emplm: et qdā addūt pdictis dialteā marciaton et butyrū. ¶ Aliud cōferēs et vtile. ℞.folia apij et brance vrsine et radices ceruse lilij et narcissi et ficus siccas pingues et decoque in vino albo debili: deinde cōtere et pmisce cū farina tritici fenugreci: seis lini et orobi: et iterū decoque in vino predicte decoctiōis cū oleo de lilio et butyro. ¶ Et qdā dicūt. q emplm factū de succis ebuli sambuci lapatij leuistici et maratri decoctis cū melle dialtea et oleo et butyro maturat apata flegmatica et melica. ¶ Radices porri cepe et allia decocta sigillatim vel cōmixtim cum melle et oleo maturant apata frigida. ¶ Emplm Ga.positū 13° cti.factū ex pice et cera pice.i.mum. et qdā accipiūt picē naualē. et qdā picē siccā et mum est cōueniens in maturatione apatū frigidoꝝ. ¶ Dixit Pau.si apa fuerit difficilis saniationis fomēta locū cū decoctione altee et sillium deinde superpone ei fic⁹ dulces siccas et pingues coctas bn̄ et tritas cū farina ordei et sale vsto, et erit ad hoc medicamē violētū. ¶ Facta maturatiōe et pparata mā deueniēdū est ad extractū ei⁹ p patiēte particulā. fit aūt aut resolone aut ruptione et aptione, vt dictū est. et sm Gal. et alios resolutio pcedere oz eruptionē et apertionē. Dixit enim Gal. vt ponit.14.cti.cū maturū fuerit apa calidū pcedere debes ad dissoluēdū saniē cū medicinis. Et dixit. si pus aut aliqd dignū rōne sm eā que suppurat partē cōtētū fuerit: nō opz incidere cōfestim: sicut qdā gerūt: sed euaporare conet his q hō facere apta sūt farmacis. Si vo dixit Gal. farmaca euaporabilia vincent a multitudine puris et vīr nō euaporare tūc incidere opz q ita destitit. ponit aūt hoc dictū.13.cōnē.sic. si in apate calido fuerit putredo apertio cū ferro nō oz fieri velociter. sz pcede ad dissoluēdū illud cū medicinis hoc facientibus. Vn̄ Gal. innuit in verbis supradictis. et ēt in alijs vbis eius q ponunt a Rasi. vbi supra vbi dixit. si putredo fuerit abundās apiat cū ferro vt extra emanet sanies: qr resolo nō oz queri neqz fieri nisi cū sanies fuerit pauca. Dixit enim Rasis ibidē. dico cōsiderare debes in hoc superiori dicto Gal. qm dimissio māe saniose est peccatū, et pp̄ue in hīs in qbus erit corruptio ossis et in articulis. ¶ Et auctor cōpēdij dixit Ga. inquit. si in saniē calida cōuertant apata ne festines cū incisione occurrere: sed opz q dissoluant cū medicinis. Nos aūt dicim⁹ q miramur pdicta verba Gal. maxime qr ea absolute dixit. Sanies enim si in hoc loco remāserit vulneris qztitatē augmētabit carnē rodet et loca circūstātia per illius rosurā tum facient et putrida efficientur. Si vo festinabimus in excludēda sanie fiet cōtrariū eius qd dictū est. nā qztitas vulneris et diminuet et oē qd in eo vel circa illud coadunatū est ad incisionis locū fluet, vnde cito detumescet. ¶ Insuper medicina saniei dissolutiua necesse est vt sit calida. nil.n. dissolutiuū inuenit: qd nō sit calidum, nec qdē mā illa in paucis diebus dissoluet: vn̄ necessario calor in apate augebitur. Et ppterea dico me nunqz vidisse saniē dissolui nisi bis aut ter: quare audacter dico nō opz incisionē negligi vel tardari in apate saniē habēte: sz festinanter fieri debere: maxie si mēbris nobilibus aut alicui cōcauitati vel cōcatenationi fuerit vicinū. nā magnus error cōtinget si negligētia huius rei dabitur. Et dixit. tardare et negligere incisionē et curare cū dissolutiuis etiā si apa fuerit in extremitatib⁹ corporis remotum in nobili mēbro a neruis ossibus et arterijs: et similib⁹. et a cōcauitate nō est securū. ¶ Et dicūt qdā. tardare exiture saniose apertionē multa parit incōmoda dissolutiua supponendo: qm apa furiosum efficit et corrosiuū et fistulā qnqz causat vel cancrum: et maxie qn sanies intus cōtenta ex longa mora aut dissolutione subtilis ingrossat et indurat. Dicunt. in quibusdā casibus pōt cōcedi resolonē māe fieri vt si esset sanies laudabilis subtilis pauca et in supficie posita. ¶ Ait Ras.13.cōtinētis. oēs medicie q dissoluūt velociter absqz pūctione dissoluunt saniē et nō cōburunt cutē. Et dixit. q medicina expta que resoluit eā et nō cōburit cutem: fit de aristol. et de lana vsta et thure et nitro et modico terbētine oleo d kerua et cera. ¶ Medicamen aliud eiusdē. ℞.picis et baurach rubei et adipis tauri et baccaꝝ lauri et calcis viue et pumicis. añ. partes eqles. ¶ Medicamē aliud eiusdē qd dissoluit saniē et apata mellina. ℞.galbani.ʒ.ij. salis armoniaci.ʒ.vij. litargirij.ʒ.viiij. et olei vetusti.ʒ.xij. et fiat ex eis emplm. ¶ Notādū q antequā medicina dissolutiua loco applicet loc⁹ fomētādus est cum mollificatiuis calidis et humidis ad hoc vt cadat resolutio in tota sanie equalr et non resoluat subtile et remaneat grossum. ¶ Emplm vtile resoluēs hūidit^{tes} in pfūdo cutis et saniē collectā sub musculis. ℞.marcasite subtilissime pulueriçate p.j. calcātis ptis vni⁹ tertiā rasine pini qztū ois et icorpa cū medulla cruris vituli et suppone. ¶ Eruptio aūt exiture duobus modis hz fieri. Vno mō pz seipsaꝝ cū cutis fuerit subtilis et sanies fluida et corrosiua et in supficie posita: aut fit ipsa erupta auxilio medicie eruptiue. ¶ Exiture aūt q p seipsas erūpunt sunt exiture pinealis acutoꝝ capitū de sanie subtili et acuta. ipsa.n.paꝝ indigēt pforatiōe nec añ pfectā maturatione nec post ipsam: qm rōne subtilitatis et acuitatis māe ipsaꝝ: et qr supficiales, et qr nā ipsaꝝ mordicationē et pūctionē sentiēs mām ipsaꝝ fortiter vsus exteriora ipellit: q̄re p seipsas rūpunt. vn̄ tales exiture nō sūt ferro pforāde sz dimittende sūt vt p seipsas rūpant: qm in expectatiōe eruptiōis eaꝝ nō existit timor sz timor est in pforatiōe ipaꝝ cū ferro ne pter dolore augmētent et inflāment. Que aūt nō sūt tales egent vt apiant cū ferro aut cū auxilio medicie aut vtroqz mō. ¶ Et medicinaꝝ eruptiuaꝝ, qdā sūt debiles, et quedā sūt fortes. ¶ Et exiture q nō multū distāt a pdictis q p seipsas apiunt iuuari debēt ad aptionē cū medicis eruptiuis debilib⁹, de quibus intellexit Aui. cū dixit. regimē p incisionē cū ferro. tūc fiēdū est cū nō inuenim⁹ excusationē de pforatiōe cū ipsos si aūt speram⁹ q pforet p se aut sup. auxilio medicie eruptiue facilis nō pforet cū ferro: et silr si speram⁹ q rūpat p medicinas faciētes eruptionem q stant loco pforationis. Dixit aūt fortasse, qr q sūt debilr erūpētes aliqn pnt eruptionē facere et aliqn nō. Et est hic mod⁹ melior qz apire cū ferro, cuius opp^{m} est in exituris q multū distāt a supradictis: qm aperire eas cū ferro meli⁹ est et tuti⁹ qz cū medicis eruptiuis fortib⁹: et hoc iō, qr in breuiori tpe et cū dolore remissiori et minus durāte et min⁹ attrahēte mās: et cū his pōt medicus incidēdo cū ferro locū eligere in quo vult incisionem facere et qztitatē incisiōis facere. ¶ Est aūt modus eruptionis p medicinas fortes timorosus: maxie in trib⁹ spēb⁹ exituraꝝ: in quaꝝ apertione eligi oz incisio cū ferro. ¶ Et pma spēs est exituraꝝ pfundaꝝ grosse cutis. cū.n. cutis grossa et solida et caro multa exiture supposita fuerit non sperat q medicine eruptiue pueniāt ad sufficiētē eruptionē eaꝝ nisi cū nocumēto multaꝝ partiū circūadiacentiū et in tēpore longo in quo

Exempla maturatiua in exituris flaticis frigidis et duris.

Facta maturatione quibus tēptāda est saniei dissolutio q̄ apertio exiture.

Medicine saniem dissoluentes.

Exiture eruptio duobus mōis fit.

Tres spēs exiturarū apiēdaꝝ cum ferro et nō cū medicinis.

ꝓpter longitudinē more saniei timet̄ de corruptione aut cor
rosione. De hac aūt spē. dixit Aui. cū inueneris exiturā gros
se cutis cū maturatione: qꝛ facta est sanies: cui⁹ nō speratur
eruptio. s. ꝑ medicinas eruptiuas: etiā fortes tūc nece est vt
ferro aperiant̄. ¶ 2ª spēs ea℞ q̄ q̄uis non sint grosse cutis:
sunt tñ de mā corrosiua: ꝑ cui⁹ corrosionē timet̄ ne in tpe i q̄
meⁿᵉ eruptiua suā fecerit opōnē mēbra vicina ledant̄ ꝛ cor/
rodant̄: qre cū ferro apiri debēt. ¶ Et 3ª spēs ea℞ q̄ sūt pro
pinque mēbris nobilib⁹ ossib⁹ neruis venis vl' arterijs: aut
ꝓpinque iuncturis pp quā ꝓpinqtatē exigūt vt añ ꝑfectam
maturationē apiant̄. he. n. apiende sunt cū ferro ꝛ nō cū me
dicinis: qm̄ timor est ne añq₃ meⁿᵉ eas eruperint accidat mē
bris illis lesio magna. Et de his dixit Auic. si sint illic vene
aut nerui aut chorde: tūc op₃ vt ꝑfores. s. cū ferro: qm̄ si di/
miseris saniē corrūperet̄ ꝛ corrūperet ꝛ corroderet venas ꝛ
villos neruo℞: ꝛ istud vehemēti⁹ erit cū fuerit ꝓpe iunctu/
ras. Et hñt p̄dicta veritatē nisi fuerint exiture in aliquo mē

De medi/
cinis exi/
turis ape/
rientibus

bro℞ q̄ ꝓhiberēt ab incisiōe cū ferro. ¶ De medicinis autē
debilr erūpētib⁹ multe scripte sūt ab auctorib⁹ ꝛ valētibus
exꝑimētatorib⁹: ꝛ sup⁹ alique scripte sūt. Dixit Aui. Exitu
ras saluas: in qb⁹ nō est maligna malītia aperit aq̄ calida. s.
sepi⁹ embrocata vel fomētata: ꝛ ꝓpue si fuerit subtilis cutis.
nā cutē emollit poros aperit ꝛ saniē plus exteri⁹ trahit ꝛ vt
qdā dicūt. humores ēt ad locū exiture attrahit q attracti sa/
niē versus supficiē cutis ꝓpellūt: vñ accidit cutē apiri. Et di
cūt. ꝙ iuuamētū attractiōis illo℞ humo℞ est mai⁹ nocumē/
to: qꝛ q̄uis trahant̄ illuc nō corrūpunt̄ pp benignitatē taliū
exituro℞. Sꝫ in exituris malignis ēt si fuerint subtilis cutis
aq̄ cal'a nō d₃ approximari. Dixit. n. Aui. ꝙ exiture putrefa
cte. i. maligne de mā mala putrida ledunt̄ ex aq̄ cal'a vehemē
ter ꝓp illud qd̄ attrahit eis ex mā que putrefactiōe putrefit.
Supplēt ēt: qꝛ aq̄ calida sua caliditate ꝛ hūiditate addit in pu
tredinē. Bñ ergo dixit Aui. Cū vides exiturā quā aq̄ cal'a re
ctificat ꝯsidera tūc de bonitate ei⁹. ¶ Et de p̄dictis. s. medi/
cinis sūt fermētū ꝛ radix lilij ꝛ narcissi p̄cipue cū ipse radi/
ces in aqua cū melle bulliūt ꝛ miscent̄ cū oleo lilij no. ꝛ ra/
dix cāne recēs aliquātulū in aq̄ decocta: deinde optie trita ꝛ
supposita. ꝛ qdā ꝑmiscēt eā cū melle trita. ¶ Medicamē ꝙ
dr̄ eē expertū in rūpēdo velociter exituras sic fit. ℞. medul/
lā grano℞ cocti ꝛ fermētū ꝛ caules decoctos ꝛ cepe decoctū
ꝛ sinapi₃: ꝛ ꝑmisce oia sil' ꝛ suppone. ¶ Et de vtilib⁹ est vua
trita cū modica assungia. rūpit eni₃ ea ꝛ postea mūdificat ꝛ
cicatriçat. Et radix narcissi cōfecta cu₃ farina orobi vel lolij
vel vtriusq₃. ¶ Et semē vel flos vrtice cū sale tritū rūpit exi/
turas sine dolore, in quacūq₃ pte fuerint: aut misceant̄ semi/
na vrtice vel folia ei⁹ terēdo cū radice rafani. ꝛ sūt hec val/
de vtilia. ¶ Et ex vtilib⁹ est farina lolij decocta in vino ꝛ mi
xta cū stercore colūbino ꝛ modico sulphuris. ¶ Enā galba
nū corio supinductū ꝛ suppositū ꝛ gūa felliū exiccato℞ sunt
erūpētia exituras supposita ꝛ morela cū assūgia porci mira
bilr exituras paruas maturat aperit ꝛ mūdificat. ¶ Dixit
Alkindus. ad curādū exituras terant̄ lupini ꝛ distēperent̄
cū aqua ꝛ supponant̄ ei: qm̄ si cōgregauerit velox erit cōgre
gatio ei⁹: sin aūt dissoluit eā. ¶ Et qdā dixerunt. ꝙ herbena
alligata sup exituras: aut dispergit eas: aut aperit ꝛ sanat. Et
idē dicūt de spergula: ꝛ tu eligere debes de p̄dictis debilio/
res ꝛ min⁹ debiles ꝫ dispōnē exiture ꝛ mēbri. ¶ Medicie
ēt q̄ sūt fortes in rūpēdo exituras multe sunt ꝛ cū latitudine
magna: de qb⁹ est medicamē Almā. ℞. liquoris anacardi
aut vt qdā dicūt. mellis anacardi ꝛ picis liqde. añ. ptes equa
les: ꝛ in mortario ferreo optime terant̄ donec ex eis vnum
fiat: ꝛ dū apa sine ferro apire volueris locū in quo foramen
vis facere cōsidera quē p̄dicto vnguēto inunges: ꝛ per diml
diū diē dimitte. corrodet. n. illud fortiter ꝛ bene. ¶ Quida₃
aūt ponūt mel anacardinū ꝛ picē liquidā in olla super ignē
lentū donec incorporet̄: ꝛ dicūt esse mirabile ꝛ posse poni in
fistulis. Hoc vlcerat. ℞. cantarides abiectis capitib⁹ pedib⁹
ꝛ alis fac puluerē subtilissimū. deinde. ℞. lytargirium. ꝛ fac
bullire in oleo veteri donec dissoluat̄ ꝛ nigrescat, deinde po
nat̄ in eo puluis cantarida℞ ꝛ agitent̄ donec incorporent̄.
¶ Unguētū qd̄ cōposuit Ras. positū. 13. ꝯti qd̄ est penetra
bili⁹ ferro bonū ꝛ laudabile. ℞. cinerē alkali ꝛ calcē viuā ꝛ
dissolue ea in aq̄ ter aut quater renouādo illa: ꝛ donec fiat li
xiuiū valde forte: postea in hoc lixiuio infunde nasturtiū do
nec faciat mucillaginē: deinde coque ipsa₃ mucillaginē dōec
deficiat maior ps ipsi⁹ ꝛ declinet ad grossitiē: deinde incor/
poret̄ cū lytargirio ꝛ oleo dissolutis ꝛ icorpent̄. ¶ Et dixit
Ras. si op⁹ fuerit ad aperiēdū velociter ꝛ violēter suppone
ei medicamē diaglon mixtū cū mucillagie sinapis aut sapo/
ne mixtū cū ficub⁹ siccis. ¶ Et dixit. ℞. cātarides abiectis
capitib⁹ alis ꝛ pedib⁹ ꝛ infunde eas in oleo: deīde coq̄ in eo
donec cōburant̄ ꝛ suppone loco. ¶ Aliq accipiunt cantari/
des ꝛ terūt ꝛ cōficiūt cū aceto ꝛ oleo vetusto: deinde calefa/
ciunt ad ignē ꝛ supponūt loco. ¶ Medicamē rūpēs exitu/
ra₃ celeriter. ℞. elaterij ꝛ farine ordei. añ. ptes eq̄les ꝛ cōfice
cū oleo ꝛ albumine oui ꝛ suppone. ¶ Aqua q̄ fit ꝑ sublima
tionē salis nitri ꝛ vitrioli equaliū ptiū mirabilr causticatiuꝰ
tñ que exit est debilis. 2ª fortis. ꝛ 3ª est fortissima. Et fex que
remanet in alembico est vehemēter exiccatiua. ¶ Dixit Ra
bi auc̄te Gal'. de tyriaca ad cesarē. sup apa cuidā puero appo
suit: de cuius apitione pene desperabat: ex theriaca aliqd fuit
oppositū tanq̄ vngᵐ qd̄ penetrauit cutē loci citi⁹ penetra/
tione ferri ꝛ qd̄ inclusum erat in eo putredinis: tunc exiuit.
¶ Dixit Aggregator. vidi quēdā pati exiturā magnā in spa/
tula plenā saniē cui cōsului qd̄ supponeret ꝛ qd̄ pparet ipsa₃
ad apertionē cū ferro ꝛ discessit: ꝛ post duos dies reuersus
est ad me ꝛ inueni exituram defecisse in toto ꝛ adherēs erat
pellis cū carne ad modu₃ dispōnis sanitatis p̄me nulla pre/
missa aptura ꝛ miratus sum: ꝛ interrogaui qd fecerat: q dī/
xit. ꝙ qdam dederat ei medicamē qd̄ supposuerat: ꝛ deinde
ampulle facte sunt ex hoc medicamine ꝛ defecerat illud apo
stema. ¶ De apertione aūt exitura℞ cū ferro sciendū est qd̄
q̄nq₃ fit cauteriçando: ꝛ q̄nq₃ fit incidēdo vel secādo. Veru₃ De apertio/
tamē ista cura ꝑ chirurgiā nō pōt eque fieri in oib⁹ mēbris. ne exitu/
oculi eni₃ l₃ patiant̄ exiturā nō tollerāt incisionē neq₃ vstio rarū cum
nē. Et dixit Arist. p̄mo. ꝓbleumatū. ꝓbleumate. 33ᵒ. ea que ferro.
fiūt in subascellis ꝛ bubomb⁹. i. in inguinib⁹ medicina cu/
rare op₃, nō vrere nec incidere. Inguina eni₃ sunt multi sen/
sus: quare nō inciduntʳ absq₃ periculo spasmi ꝛ in incisione
subascellarū est timor de incisione vena℞ arteria℞ atq₃ ner/
uo℞ illac trāseuntiū: ꝛ ac etiā pp ꝓpinquitatē ꝛ cōitatē quam
habēt cū corde. Et intellexit Arist. nō debere vrere vel inci/
dere loca p̄dicta nisi in casu necessitatis. vt qñ medicina cu/
rari nō pñt. ¶ Dixit Ras. 13. ꝯti. exitura si fuerit vicina ali/
cui pti nobili nō d₃ aperiri cū ferro pre timore ne tangat̄ cū
ferro ipsa pars nobilis ꝛ incidat̄: sin aūt apertionis cum ferro
laudabilioris finis erit. Et dixit. ex libᵒ serach. quelibet exi/
tura accñs in laterib⁹ mirach ꝛ gula et locis musculosis nō
d₃ tangi cū ferro: et precipue in infantib⁹ et senescētib⁹: qm̄
in his duob⁹ nullo mō d₃ aperiri cu₃ ferro. Amplius dicet̄
in ꝓcessu hui⁹ capituli. ¶ Cauteriū vō nō solum pp aperire
exiturā fit: s₃ ēt aliqñ pp iuuare saniationē ei⁹. Un dixit Al/
buc. cū aliqs h₃ dubeleth et tardat̄ in maturatiōe aut pp su
perfluitatē faciētē eā aut pp etate₃ infirmi qñ est decrepitus
pauci sanguis: aut pp tēpus anni. sup. aut pp aliā causarum
supradictarū: ꝛ et tu vis festinare in maturatione ei⁹: tunc cau
teriça in circuitu cu₃ cauterijs paruis multis punctādo: de/
inde dimitte eā. na₃ ipsa festinabit cū maturatiōe. ¶ Si aūt
vis ꝑforationē eius cū cauterio. tūc accipe cauterium et de/
pone ipsu₃ in medio adubelati donec penetret cutē et fit cau
teriu₃ ab eo qd̄ sequit̄ ip₃ vt alleuiet̄ cutis pure. ¶ Apertio
aūt cu₃ ferro d₃ fieri cū sagitta vel lanceola aut cū spatumuli
siue pilo vel agamati aut alio instrumento apto ad incisionē
exiture cōsiderata magnitudine et dispōne eius et membri,

Instrū ad incidēdū exituras melius ē de ere q̄ᷓ de ferro fm̄ Arist. cōtrarium visū est in cōmuni.

¶ Et Arist. ꝑ ꝓblematū ꝓblemate. 34. innuere vr̄ q̄ instr̄m
ad incidendū vel secanduꝫ exituras oꝫ esse de ere: q: facilius
sanaꝭ q̄ᷓ si cū ferro fiat. Et soluit hoc Arist. tripl'r. ꝑ q: es est
leuius quolibet alio metallo: vt ondit eius caliditas ⁊ sicci/
tas: quare minus scindit ⁊ minus vulnus efficit sic minoreꝫ
dolorē inducit: nō. n. facit tantā cōpressionē quātam ferruꝫ.
¶ Scd̄o q: ferrū magis accipit tactuꝫ. i. magis imprimit in
sensuꝫ tactus q̄ᷓ es: ⁊ hoc est: q: cōplexio ferri est magis ꝯria
neruis q̄ᷓ cōplexio eris. Est. n. materiali⁹ ⁊ grauius ere: ⁊ pp̄
hanc cām ēt intēsiorē causat dolorē: quare erit incisio cū ere
facilior ⁊ magis tolerabilis. ¶ Tertio dixit Arist. q: es est
magis medicinale q̄ᷓ ferrū. est. n. es ꝓn^m forte. s. ad cōsolida/
tionē incisi. nā illud cōfestim simul cū incisione ꝯsolidat. i. cū
hoc q̄ incidit: est ēt medicina cōsolidatiua ⁊ magis medici/
nalis: ⁊ sic eis velociorē efficit ꝯsolidationē: ⁊ ꝑ ꝯn̄s melius
ad incidendū. Oppositū tn̄ tꝫ cōis vius practicantiū q̄ inci/
dunt cū instr̄o ferreo nō cū eneo. Dicūt. n. cōiter medici inci/
sionē cū ferro eē laudabiliorē ⁊ magis eligēdā: qm̄ q̄ᷓuis es
leuius sit ⁊ magis paulatī incidat ⁊ cū minore errore ⁊ mi/
nus intēsum causat dolorē ⁊ magis cōfortet cōplōnē ptis q̄
incidiꝭ cū sua stipticitate: tn̄ ferrū citius ⁊ velocius incidit: ⁊
cū sua actuali friditate sub qua semp̄ repiꝭ fere fluxui māe re
sistit. ¶ Et dicūt. q̄ magis eligēdus est dolor intēsus q̄ᷓ extē
sus: q: ad dolorē extēsum magis sequiꝭ virtutis resolō ma/
teriarū defluxus: nō dolorē extēsum causat incisio cū instr̄o
eneo: q: tardius incidit ⁊ paulatim: dicūt tn̄ cōiter medici q̄
si eger tolerare posset incisionē diuturnā ⁊ doloris intēsionē
ipse esset incidēdus cū instr̄o eneo potius q̄ᷓ cū ferreo: vt ra
tiones Arist. innuūt.

Incisio fienda est egro inscio

¶ Et dicunt. incisionē fiendā esse egro
inscio: qm̄ inde minus lediꝭ cū nō pcesserit in eo suspitio ⁊ ti
mor: vn̄ Rabi in 15^a pticula. aucte Gal. dixit. cū plꝫ tibi inci/
dere ⁊ eger est timidus finge te velle tangere vel fricare loca
vicina egritudinis: ⁊ tunc incide egro ente nescio huius rei.

pondus.ʒ.j.de epitbimo cuȝ cado vno aq̄ casei.ℭ In albaras & baras cōfert eūatio h.℞.mirabol.kebul.& emblicorū.aā.℥.j.& turbitb.ʒ.iij.& penidiorum rotul.5.& Auic.addit ginge.ʒ.j.dissoluant penidie in aq̄ & remota spuma ei9 ponatur sup ignē & ingrossef modus subie ei9:& tūc alie medicine distemperenf in eo & fiat electuariū:cui9 dosis sit.a.ʒ.iij.vsq; ad.v.ℭ Medicine eūantes raro educūt de mā cōiūcta barā dispōnū.Et iō nō est eis vtēdū in corporib9 mūdis aut iam mūdificatis a cā ante.Et ppterea ait Ras.25° cōti.maior pars huius passionis est in locis in quibus non potest agere potus medicinalis. Et qdam periculū taȝ cōsecuti sūt ob hanc cām existe sanguine eorum bono lȝ alteratio in locis ipsis. Et Aui.dixit.cū corpus est mundū & cōplexio corporis equalis tūȝ dimitte medicinas q̄ bibunf:quā fortasse ipse afferūt nocumēta.Et vnuȝ ex illis est q ipse faciunt fluere sanguinē & minorāt ipȝ q̄ ambo sunt de illis qb9 indigef in curatione baras.ℭ Et dixit Ras.cōfert in morphea & baras albis puocatio vrine:q: minuit aquositatē sanguis valde. Et Aui.dixit.administref vomitus:deinde diuretica & solūnē vētris faciētia sicut yeras magnas pprie de pulpa collogn. Et pillulas q̄ similanf eis. Et in granis nil est proprietas mirabilis in eūando humorē residuū morphee albe & baras. Et dixit Aui.potare tyriacaȝ & comedere carnes vipere est iuuatiuū valde. Et de cōferētib9 sūt troc.tyrice lȝ cōferūt in vtraq; morphea & baras.ℭ Et qn̄q; respicit curatio cām cōiunctā magis:& pprie iplef cū medicinis localib9:de qb9 q̄dā sunt abstergetes fortiter:quedā resoluētes fortiter.q̄dā attrahētes ad locū sanguinē bonū:& q̄dā sunt vesicatiue loci:& q̄daȝ sunt vlceratiue & excoriatiue eius. Et harū q̄dā sunt simplices:& q̄dā cōposite.Et de abstergētib9 fortib9 simplicib9 sunt staphisagria lupini spuma maris gētiana radix capparis folia fici sicca & viridia orobū radix affodelorum.& silia.ℭ Et de fortiter resoluētib9 & calefacientib9 sunt elleborus niger & alb9 nigella condisi sulfur laureola rubea tinctorum piretrū pip granū nil semen radicis sc.caulīū.sc eruce ginge.castor.& assa harmel sauina aristo.flos papaueris russi brionia radix cucumeris asininū cordumeni cepe narcissi:& silia. Et ista ēt sūt sanguinem attrahētia.ℭ Ait Ras.vbi supra.dico iuxta dictū Gal.q solatrū siluestre melius est alijs ad attrahēdū sanguinē:vñ fiat illinitio cū eo sup baras & morpheā.vñ attenuat & nō vlcerat.ℭ Et dixit.fiat illinitio in sole sup morpheā cū cepis tritis in aceto & tollūt eā vehemēter.ℭ Et de rubificātibus & vesicantib9 sunt anacardus taptia sinapis sitragi.als.setaragi lac ficus euforbiū lac titimali radix affodelorum cepe albū bulbus radix enule & folia ei9:& silia.ℭ Et de vlcerātib9 sūt cātarides arsenicū ruffuȝ & albū & citrinū calcantū calx viua & silia.ℭ Dixit Dios.q radix dragontee trita & mixta cū aceto & suplinita tollit morpheā.Dix Ruffus bulbus narcissi trit9 cū aceto abstergit morpheā.ℭ Et de expertis ad morpheā albā est vt infundaf sulfur albū in aq̄sitate lactis valde acidi:& fiat illinitio cū ea:& de cōuenientib9 fortasse cū ea est sanguis serpētis nigri illinitus.ℭ 25° cōtinētis.illinitio cito sanās eā.℞.fumiterre sicci vel recētis q̄ātitatē sufficiētē & scinde serpetē fm longū & euiscera eū & imple ventrē ei9 ex eo.deinde sue euȝ & assa sup carbones:donec bn̄ coquaf cū illo & fumiterre & empl'a baras & sanabif in vno die aut in biduo. Et Aui.h idē dixit.ℭ Ex medicinis aūt simplicib9 dictis pn̄t multe medicine fieri cōposite vnius intētionis & plim fm necessitatē.ℭ Ante tn̄ appositione medicinarum localiū siue simpliciū siue cōpositaruȝ opȝ pparare locū ad recipiēdū impressiones eap.hoc aūt fiet dixit Pau.si fiat fricatio loci cū folijs ficus dum rubefiat & q̄si sanguis egrediaf de ea aut fomentef loc9 cū aqua calida donec rubeat. Aut punge locū cuȝ acu in locis multis. Et Aui.hoc idē dixit & addidit q ex adiuuātib9 est vt administrenf medicine in sole.dixit symeon.cū fit cura cuȝ calefactiuis paulatim fiat.ℭ Et medicie oēs pdicte debent eligi fortiores in baras q̄ȝ in morphea & diuti9 tenere sup loco.ℭ Dixit Mes.radix cucumeris asinini cū aceto forti supfricata morpheaȝ tollit.Dn̄t qdā.idē facere puluerē cornu vacce cū aceto mixtū. Et dn̄t.q stercus merulorum vel turdorū cū aceto distēperatū & illinitū morpheā nigrā lentigines impetigines & oēs faciei malitias.als.maculas tollit. Dix Pau.fiat illinitio cū luto russo carpētari ij.s.cū magra vl'tinopis dissoluto cū aceto aut melle.ℭ Ait Ras.fiat illinitio h.℞.cātarides & rubeā tinctorum & teranf in aceto & addaf eis sitaragi.ℭ Dixit Oriba.fiat illinitio cuȝ nigella spuma maris sulfure arsenico ru.rubea tincto.siteragi ginger & cātaridib9 tritis cū aceto:& post illinitionē dimittaf loc9 discoopert9. Et si fiat illinitio cū tyriaca & yeralogodion cuȝ aqua cantabri frequēter pfecte sanabit. Itē.℞.calcē viuaȝ ablutā & pmisce eā cū vtroq; electuario & informa trocis.& reseruā:& cū opus fuerit dissoluaf in aqua & illiniaf cū ea.ℭ Dixit Gabriel.℞.sulfuris euforbij.aā.ptez vnā.piretri sitaragi.aā.aur.j.& fiat cū eis illinitio cū aceto.ℭ Ait Rasis.dico qd p experiētiā vidi. Tere sal armoniacū cuȝ oleo ouorum:& fiat cū eo illinitio qnq̄es & tollef. Et.A.h idē dix. Et dix Ras.ad morpheā albā fiat illinitio cuȝ sinapi taptia succo squille & sulfure. Et ad morpheā antiquā fiat illinitio in sole cū sulfure calcanto & nitro tritis in aceto.ℭ Dicunt quidā.ad morpheā lauef cuȝ vino in quo cocta fuerit celidonia aut radix lapatij acuti.ℭ Deinde illiniaf cū vnguento hoc.℞.succi celidonie & lapatij acuti & fumiterre enule campane & scabiose adipis gallīne vel anseris argenti viui extincti & sinapis q̄ȝtum sufficit.ℭ Ait Ras.pcede fiducialiter in cura baras cū medicinis que ampullosaȝ reddunt cutem:postea crepenf ampulle & curenf deinde prouideaf ad curā. Et Aui.dixit.cū vesicaf locus quiescat dieb9 aliquibus:donec cadat cutis.s.excorata:deinde itereſ si fuerit necessitas. Et qn̄q; nō dimittif cutis cadere.imo quotiēs medicamē incipit mordicare auferaf:donec qescat mordicatio:deinde iteraf.ℭ Et scias.q vesicatoriū est diutius dimittendū in baras q̄ȝ in morphea vt pfundi9 imprimat & reitereſ si fuerit opus donec fluat mā eius tota.ℭ Dicunt qdam.q post vesicationē lauef locus cū aqua decoctionis fumiterre ciperi & florum camomille. Et aliqn̄ caustícaf cuȝ medicinis vim cauterij habētib9.ℭ Cum passio nō tollif per medicinas:tūc ad chirurgiā recurrendū est cauterizando locū. Dixit eniȝ Paulus.plures patiētes hui9 vitiū cocturā fecerunt in loco & sanati sunt penitus.ℭ Dixit Alb.qn̄ antiquaf baras & nō cōfert ei curatio cū medicinis:tūc cauterizef sup ipsaȝ cauterio pfundo pari per duplā q̄ātitatē spissitudinis cutis:donec remoueaf albedo & mutetur color eius.deinde cura locū cuȝ farina orobi lentis & olerorum.& folijs arnoglose:& sanguis colūbe & sāguis hyrūdinis. Et fit de vnoquoq; pars vna.misceanf ois & super pannū liniaf q adhereat loco:donec sanef. A.idē dixit.qd Pau.& subdit.h possibile est in ea que est parue q̄ātitatis.ℭ Cū vero non fuerit possibilis cura morphee & baras:aut quia sunt de insanabilibus:aut q: noluerit patiēs tolerare curam:tūc ad curā mendosaȝ & pallientē colorē ei9 recurrendum est.ℭ Dixit.A.de medicinis sunt que administranf ad hoc vt tingāt. Dixit Ras.25.cōti.illinitio:videlȝ ad tingēdū baras nigrā in colorē russū.℞.sataragi indi nigri squame ferri vitri cyatorum pelliū gingir rubee tinctorum & cortici cū granatorum.aā.tere misceanf cū aceto p vnā diē dū nigrescat & sepe vtendū est eo:q: bona erit illinitio cuȝ eo. Et in alio exemplari erat.addaf cū predictis papauer siluestre.ℭ Tincture tingēs albā ad nigredinē fiat illinitio cū succo corticū nucis viridium expressorum & dimittanf:donec ēt ingrossetur:deinde illiniantur & non lauetur & fiat hoc sepe quia tingit bene. Oleum fraxini morpheaȝ albam soluit & ipsam pilosam denigrat. Amplius autem tincture dicenf

De localib9 ad eā cōducib.

Nō appōnēdē medicinarū localiū oz fieri separatio loci.

De cauterizatione loci.

Cura mēdosa.

in coloratione capillorum que sunt in hoc loco.

¶ De gutta rosacea faciei. Cap. xv.

itrin Ras. 25. ꝯtinētis hoc vitiuz appellat in libris .s. medicorum vestigiū rutīum. Et qdā nominant hāc egritudinē sabbati: sed non recte. Et arabice vocat alguasem. Ab. A. vo dicit albedinē. Et est triū spēꝝ nā aliquando e s rubedo preter nām absqz pustulis vesice vel vlceribus: ꝛ vocat absolute rubor faciei. Et qñqz est cū pustulis vel vesicis ꝛ vocat rubedo pustulosa vel vesicosa. Et qñqz est cū vlcere ꝛ vocat rubedo vlcerosa. Et queliz rubedo faciē deturpat ꝛ reddit eā leprosaz quasi ꝛ pcedit lepraz: ꝛ est

Gutta rosea ē ītā speci.

sicut pn^m eius ꝛ maxime pustulosa ꝛ vlcerosa. ¶ Et accidit ista passio. dixit Ras. vbi supra. vt plm tpe hyemis: ꝛ nō accidit in estate vt plm: qꝛ ipsa accidit ex frigore ledēte faciē: de qua ꝓpꝛie nō dissoluit vapor abundās: quare facies sīlis est faciei leprosi. ¶ Dixit. A. hec passio est rubedo extranea silis rubedini eius in quo incipit lepra que apparet sup faciē eius ꝛ sup extremitates .s. in manib^9 ꝛ pedibus: ꝛ maxime sup digitos ꝛ ꝓpꝛie in hyeme ꝛ frigore. Et fortasse sunt in ea vlcera: ꝛ hec rubedo declinat ad nigredinem: ꝛ fortasse ad colorem melongianum.

Et causa eius dixit. A. est qꝛ frigus coartat vaporem plm sanguineū. Et mā oium specierū ei^9 est sanguis malus ꝓpulsus ad faciē ad extremitates grossas in seipso: ꝛ aliqñ permixtionem colere grosse vel flatis salsi aut hūoris melēci mali: ꝛ si malitia sanguinis nō fuerit multū magna faciet ruborē sine pustulis ꝛ sine vlcere. Et si fuerit grossities ei^9 maior cū acuitate nō multa faciet ruborē pustulosū. Et si fuerit cū acuitate multa faciet ruborē vlcerosū.

Signa generis ꝛ spēꝝ eius pmarū habent ex sensu vi sus ꝛ relone. ¶ Sed signa spēꝝ sm mām sūt qꝫ si fuerit dominiū sanguinis multū supra hūorem secum mixtum erit rubor pustulis declinis ad quādā nigredinē: aut erit cū pustulis cū sili colore in circuitu eoꝝ que pustule cito apparēt: ꝛ cito ēt maturant ꝛ egredit ex eis sanies multa ad ruborē declinans. Et sensus pruritus eis est cum quadā delectatione. ꝛ si cū sanguine fuerit admixtū flegma pustule erunt latiores ꝛ rubor ad albedinē ꝛ cineritatē ꝛ sensus pruritus mediocris: ꝛ circa pustulas: ꝛ qñqz sup eis appent alique cruste parue. ¶ Et si cū sanguine fuerit admixta colera rubor in facie: ꝛ circa pustulas declinat ad claritatē vel citrinitatē. Et pustule sunt acutoꝝ capitū sed puoꝝ corpoꝝ: ꝛ sunt sicce aut que humiditatis valde nullā emittentes saniē aut valde paucā. Et sentit in loco caliditas acuta ꝛ sensus pruritus qꝫ mordicatione ꝛ punctione. ¶ Et si cū sanguine fuerit admixta melā rubedo declinat ad fuscedinē ꝛ siccitate, pustule erunt dure: ꝛ quasi nō saniant: ꝛ si aliqd ex eis erit est virus grossuz. Et sensus pruritus debilis. ¶ Amplius cōplo etas habitudo ꝛ regimen pteritū sup cognitione spēi humoris auxiliū prebet. ¶ Et scias qꝫ sm plm h passio incipit cū rubore nō pustuloso neqz vlceroso. Et incipit rubor ille aliqñ sup nasuz ꝛ aliqñ sup poma maxillaruz: deinde sequunt pustule: ꝛ qñqz vlceratio: aliqñ tñ incipiūt pustule a lateribus nasi ꝛ in pomis maxillarū declinantes ad albedinē. Et postea sequit rubor: ꝛ plm accidit inordinate bibētib^9 ꝛ potātibus vinū plm supra cibū.

Cura huius passionis dietā complet ꝛ potione. ¶ Et dieta pōt haberi ex dictis in cura scabiei ꝛ aliis capitulis pcedētib^9: fiat tñ vt declinet ad frigiditatē in cibis ꝛ potib^9 ꝛ aliis oibus preter aerē. aer enim doz declinare ad caliditatē. ¶ Cura vo per potionē est duplex .s. vera ꝛ mēdosa. ꝛ vera cōplet digestione euatione diuersione ꝛ localiū approximatione. ¶ Digestionē que qzin his materiis faciunt syrupus de epithimo de fumoterre syrupus acetosus simplex ꝛ cōpositus sm nām. Et maxime syrupus q sic fit. ℞. endiuie epatice lupuloꝝ capil. ve. buglose boragis ꝛ

De dig^e, ne matꝫ ꝛ cap iā ceratione.

scariole. añ. M. j. fumiterre scabiose solatri. añ. M. ij. viol. ros. floꝝ boraginis ꝛ buglose. añ. ʒ. ij. ordei mundi liquiri. passulaꝝ berberoꝝ seminis endiuie ꝛ portul. cuscute. añ. ʒ. ß. sene epithimi polipodij. añ. ℥. j. sticados anisi feniculi radi. cū capparis. añ. ʒ. ij. decoquant ꝛ syrupus fiat acetosus cū zuccaro. ¶ Et digesta mā euet sm exigentiā eius ꝛ fiat reiteratio purgationis sm necessitatem. ¶ Et scias qꝫ flōmia cōuenit: ꝛ est necessaria ex basilica vel cōmuni. ¶ Et qñqz sm Rasim. 25. ꝯtinētis. flōmant ambe cephalice. Et vt plz incipiēdū est a flōmia. Et qñqz est necessaria iteratio ipi^9. Hemorroide ꝓuocent ꝛ mēstrua maxime si retēta fuerint. ¶ Et post vniuersalē euonē .s. flōmiaz ꝛ sufficiētē purgationē fiat euacuatio pticularis ex loco ipso vel propinquo ei. Dixit Haly. sup loco apponant sanguisuge ꝛ dimittat sanguis exire. Dicunt. sanguisugas iuxta nares ꝛ iuxta aures ex vtraqz pte apponi debere. pone ergo sanguisugas in calamo canne subtilis ꝛ appone calamū loco vbi vis eā adherere eo prius cum vino fricato ꝛ statim adherebit. Et sic appone vnā post aliā donec sufficienter qñqz flōmant vene nasi ꝛ labioꝝ ꝓut vidēt medici expedire. ¶ Diuersio vo cōplet cū suppositoriis ꝛ enematib^9 acutis trahētib^9 mām.

De diuersione.

Et cū appositione vētosaꝝ ꝛ ꝓpꝛie cū scarificatione retro in occipitio ꝛ spatulis. Et fiant fricationes ꝛ ligature diuertētes. ¶ Localiū vo appositio diuersificat sm diuersitatē spēꝝ. Rubor nāqz nō pustulosus neqz vlcerosus curatur cū fomentatione faciei cū aq̄ calida sola aut decoctiōis palee ordeacee: postqz illiniat facies cū aq̄ sua sublimata ex scabiosa bethonica celidonia plantagine ꝛ silere montano simul mixto. Aut cū aq̄ apij ꝛ fiāt ista bis in die ante cibū.

De localiū appositione.

¶ Aqua expelliens rubedinē supfluā malā de facie humana que vz significare pncipiū lepre. ℞. sulfuris viui. ℥. j. thuris albi. ʒ. iij. myrrhe. ʒ. ij. camphore. ʒ. j. pulueriȝentur hec oia optime ꝛ ponant in lib. j. aque ros. ꝛ misceant: ꝛ cum hac aqua facies lauet ꝛ in mane facies cū aq̄ pura sulfuris lauet. ¶ Et oleū ouoꝝ mire ꝯuenit inunctū. ℞. oua mollificata in aceto ꝛ cōquassata cū aq̄ seis lini ꝛ fenugreci ꝛ melle ꝛ illine cū eis. ℞. thuris amidi masticis boracis cerusse. añ. ʒ. ij. camphore argenti viui extincti. añ. ʒ. ß. ꝛ cōfice cuz assūgia porci gallinacea ꝛ anatina ꝛ oleo ro. ꝛ pauca cera. ¶ Unguētū qd in pn^o per duos vel tres dies ruborē intēdit: ꝛ deide dealbat sic fit. ℞. sulfuris viui valde triti par. ij. butyri. pt. j. ꝛ incorpa ꝛ illinias faciā de sero ꝛ mane laua cū aqua furfuris. ¶ Et si cū rubore fuerit in facie caliditas acuitas ꝛ mordicatio inunge cū vnguēto qd sic fit. ℞. semperuiue vermicularis ꝛ nenufaris ꝛ oleū ro. ꝛ aquā ros. ꝛ bullire fac quousqz medietas sit ꝯsūpta. postea adde assungiā agni recētē ꝛ cerā albā ꝛ puluerez olibani ꝛ liquefacta agita oia in scutella vitreata. Et deinde cola supra vas aq̄ plenū vt mundū habeat ꝛ caliditas acqsita p ignez tollat. Et valet ablutio cū succo semperuiue plantaginis nouelle sine cōsolide minoris ꝛ aceto. Et fricatio cuz caseo recenti ꝛ presertim q fact^9 est de mēse maij. ¶ Rubor aūt pustulosus ꝛ est q ꝓpꝛie accidit in pncipio lepre ꝛ nūciat eā curat cū vnguēto Ga. p miemir. ℞. gūmi arabici spume maris ꝛ baurach thuris ꝛ sulfuris viui. añ. p. equales liquefiant liquefaciēda ꝛ alia terant ꝛ fiāt inde troc. ꝛ siccent: deinde aliquotiēs frica cū eis dissolutis in aqua faciē ꝛ dimitte donec siccet. ¶ Itē. ℞. saponis rotul. i. thuris masticis. añ. ℥. iij. armoniaci rotul. j. nitri. ℥. iij. coque saponē ꝛ armoniacū cū rotul. iij. aq̄ duz liquefiant ꝛ misce tunc alia puluerizata ꝛ cribrata cū eis ꝛ repōne in vase vitreo ꝛ ablue faciē cū eo ꝛ dimissa illinitione p horā modicā laua eā cū aq̄ tepida fricādo moderate. ¶ Dixit Pau. ℞. piperis. ʒ. ij. rutbe. ʒ. iiij. arsenici rufi. ʒ. iiij. ꝛ citrini. ʒ. j. ꝛ mellis qz tū sufficit ad colligendū ea. Et lauet facies cū nitro: deinde illiniat cū eis ꝛ dimittat p triduū: postea bñ fricet locus ꝛ abstergat ꝛ illiniat iterū nā tollet vitiū per. x. noctes absqz lesura in

Ad rubores pustulosum.

vlceratione ipsius loci ⁊ absq; vestigio illato in eo. ¶ Et sciaſ ꝙ solatrũ silvestre positũ in emplo̾ tollit hoc vitiũ: ⁊ siſr faciũt folia capparis ⁊ ablutio faciei: ⁊ siſr eruca aq̃ cõtusa ⁊ empla̾ta ꝑ noctẽ si mane laueť cũ tepida ⁊ frumẽtuʒ coctũ cũ ſgngibin delet pustulas faciei. ¶ Dicũt. laueť facies cũ aceto sqllitico de sero ⁊ supponať vngm̃ qđ sic fit. ℞. piretri nigelle ellebori nitri. añ. ʒ. ij. ⁊ incorporenť cũ terbẽtina ⁊ mane laueť cũ aq̃ ordei, in q̃ sit decocta radix raffani. ¶ Ungm̃ bonũ. ℞. cãphore. ʒ. j. boracis farine cicer̃ nigrorum. añ. ʒ. iiij. incorpenť cũ melle ⁊ oleo roſ. ⁊ illiniať de sero: ⁊ mane fiat ablutio cũ aq̃ furfuris. ¶ Ungm̃ qđ i ꝑmis diebus inunctũ pustulas augetsʒ deide eas aufert. ℞. sanguinis porci recẽtis cere ⁊ baccar̃ lauri. añ. ʒ. ij. sulfuris viui ⁊ argẽti viui extincti. añ. ʒ. iij. ceruſſe. ℥. ſ. lytargirij. ℥. ſ. aceti vini albi. ℥. j. cãphore. ʒ. j. ſ. olei ro. ℥. j. ſ. fiat vngm̃ quo de sero facies illiniať ⁊ mane laueť cum vino albo tepido. ¶ Illinitio vtilis. ℞. aq̃ ro. lib. j. ⁊ aque foliorũ. al's. flor̃ lilij celestis. lib. ſ. misceanť ⁊ in eis ponanť pulueres sulfuris cãphore ⁊ ossis scipie. añ. ʒ. ſ. ⁊ ponanť in vase vitreato sub sole: bñ tñ obturato, ⁊ oi die multotiẽs ꝯq̃ssetť ⁊ post mẽseʒ fiat illinitio sepe cũ ea. ¶ Ungm̃ vtile. ℞. olei d vitellis ouorũ ⁊ olei de frumẽto ⁊ olei de raffano. añ. p. j. ⁊ olei de seie citri. al's. cotti ꝑtes. ij. ⁊ misceanť ⁊ ad oẽs. ℥. iiij. ipsor̃ misceanť pulueris ossis scipie. ʒ. iij. sulfuris viui. ʒ. j. ſ. ¶ Aliđ qđ pustulas grossas ⁊ turpissimas inunctũ in ꝑmis multiplicatsʒ postea eas delet. ℞. cere noue. ℥. ij. baccarũ lauri. ℥. ij. sanguis porci recẽtis. ℥. vj. sulfuris ⁊ argẽti viui extinctis. añ. ℥. iij. ceruſſe lytargirij. añ. ℥. ſ. aceti vini. ℥. j. cãphore. ʒ. j. ſ. olei roſ. qđ sufficit vt fiat vngm̃ qđ sero inungať ⁊ mane laueť cũ vino albo calido. ¶ Illinitio vtilis q̃ in breui tpe tollit ruborẽ ⁊ pustulas ⁊ oẽm ipsor̃ saniẽ siue virulentiã desiccat ⁊ faciẽ perlustrat. ℞. aquã roseã ⁊ in ea dissolue sulfur viuũ ⁊ illine ex ea faciẽ. x. dieb⁹ quolʒ sero: ⁊ post dies fiat eius illinitio rarius. ¶ Illinitio optima. ℞. boracis. ʒ. ij. farine cicer̃ rubeor̃. ʒ. ij. cãphore. ʒ. j. subtiſr trita misceanť cũ succo cepe aut melle despumato ⁊ fiãt ide troc. ⁊ desiccenť in vmbra. Et cũ vti volueris distẽpenť cũ succo ꝑdicto vel melle ⁊ illinianť. ¶ Q. si pustule fuerint cũ calitate ⁊ vlceratione pone saponẽ nigr̃ de sero sup pustulas ⁊ dimitte vna hora: ⁊ postea laua cũ aq̃ ꝺcoctiõis polipodij ro. ⁊ postea vnge faciẽ cũ vnguẽto qđ sic fit. ℞. olei ro. ℥. iij. cere. ʒ. ij. ⁊ liq̃fac ad ignẽ ⁊ depone ab igne ⁊ icorpa cũ eis ceruſſe. ʒ. j. ſ. bñ agitãdo ⁊ cũ ifrigidatũ fuerit incorpa cũ eis vinũ ⁊ albumen oui ⁊ post. ℥. j. argẽti viui ⁊ extincti ⁊ vtere mõ ꝑdicto quousq; pustule amote fuerint. Et post earũ amotionẽ nõ fiat amplius suppõ saponis. ¶ Aliud qđ est magis alteratiuũ acultatis. ℞. succi limonũ vel acetositatis citri vel arancior̃. ℥. vj. ⁊ ceruſſe q̃ʒtũ sufficit ad incorporãdũ dictũ succũ. postea ꝯficiať cũ eis argẽti viui extincti. ℥. ſ: ⁊ fiat inũctio cũ eis post ear̃ ablutionẽ cũ sapone. nã cõsolidat pustulas vlceratas. ¶ Aliud ad idẽ expertũ. ℞. radicũ alkekangi ⁊ ossis scipie. añ. ℥. ij. ⁊ assũgie porci recẽtij lib. j. ⁊ aceti. ℥. j. fiat vngm̃ quo de sero inũgať ⁊ mane laueť cũ aq̃ vio. ¶ Aliud vtile ad pustulas ruta agrestis sicca puluerizata subtiſr ⁊ cũ butyro mixta locis rubeis pustulosis illiniať ⁊ dimittať per noctẽ. mane si loc⁹ inflat⁹ ⁊ aliqualiſr vesicatus inueniť: tũc sup vesicas ponãť folia caulis ⁊ emanet ex illis aq̃. Et post q̃ʒ sic factũ fuerit plurib⁹ vicib⁹ in plurib⁹ dieb⁹ vngas loca cũ vngto qđ sic fit. ℞. butyri cãphore boracis argẽti sublimati euforbij olibani ossis scipie gũmi arabici sarcocolle aluminis ⁊ ameni. añ. ꝑtes eq̃les. ⁊ coaguli leporis ꝑtẽ mediã. terãť terẽda ⁊ in aq̃ roſ. madefiãt. Et postea accipe. ij. vitellos ouor̃ parũper coagulatos in aq̃ feruẽti ⁊ cũ eis ꝑdicta incorpa. Cũ opus fuerit de ꝑdcõ parũ dissoluať in aqua roſ. ⁊ illiniať. ⁊ fiat hoc frequẽter. ¶ Quidã dicũt. infallibile eẽ vngm̃ hoc. ℞. sulfuris. ℥. j. argenti viui extincti succi edere terrestris. añ. ℥. ſ. succi lapatij

⁊ fellis porcini. añ. modicũ. ⁊ cõficianť cũ sepo arietino vel yrcino. ¶ Et dicũt. ꝙ ad guttã rosaceã inueteratã valet hoc vngm̃. ℞. piperis ⁊ boracis. añ. ꝑtes equales puluerizа ⁊ distempera cũ succo cepe ⁊ melle ⁊ vtere.

¶ Cura aũt mẽdosa est palliãs ⁊ occultãs ad tẽpus guttam rosaceã faciei. Et cõpleť cũ appositione vẽtosar̃ retro ⁊ submẽto cũ scarificatiõe deide cum emplatione loci de puluere solear̃ antiquar̃ cõbustar̃ mixto cũ melle. hec enim cura facit occultare guttã rosaceaʒ ad tẽpus ita ꝙ ẽt aliqñ vsq; ad annum nõ redibit: ⁊ deinde iteretur. Cura mẽdosa.

¶ De pãno maculis ⁊ asperitate faciei.


Annus faciei est macula q̃ ꝑlm accidit mulieribus ꝑgnãtib⁹ in puerperio. Et tollunť pãni ⁊ macule de facie si lauetur facies cũ aceto in quo dissolutũ fuerit lytargiriũ: ⁊ postea cũ aq̃ salsa mixtũ aut cũ aq̃ que sic fit. ℞. tartari cõbusti. lib. j. masticis. ℥. j. camphore. ʒ. ſ. pistenť ⁊ cũ albuminib⁹ ouor̃ incorporenť ⁊ ponantur in alambico ⁊ distillenť. Illiniať facies cũ oleo siue aq̃ tartari aut cũ oleo de frumẽto. ¶ Aut liniať cũ vnguẽto hoc. ℞. olei amigdalarũ dulciũ. ℥. j. mellis. ℥. iiij. yreos. ʒ. ij. boracis ʒ. ſ. incorporenť. ¶ Et facies vtiſr fricať cuʒ farina mixta cũ melle. Et vitellus oui assat⁹ trit⁹ sup faciẽ posit⁹ abstergit eã ⁊ oẽʒ maculã ab ea vtiſr amouet. Fel galline inunctũ tollit maculas ⁊ oleũ d vitellis ouor̃ est vtile. Et semẽ altee siue viride siue siccũ cũ aceto ⁊ oleo tritũ ⁊ ꝑmixtũ maculas abijcit. ⁊ saliua matutina bñ opať. Radix brionie aut yreos trita cũ oleo ⁊ iducta pãnũ delet. Et aq̃ casei illinita ⁊ bibẽta. Et radix brionie mixta cũ orobo ⁊ fenug. mũdificat ⁊ abstergit ⁊ aufert pãnũ ⁊ vestigia nigra. ⁊ sãguis leporis inũctus maculas nigras ⁊ pessimas abijcit: ⁊ idẽ facit sanguis tauri: ⁊ aq̃ sublimata de folijs ⁊ florib⁹ brionie maculas nigras ⁊ pessimas tollit ⁊ lẽtigies. Dixit ꝙ absinthiũ cũ melle mixtũ oẽs maculas faciei fugat. Aq̃ sublimata ex florib⁹ fabar̃ faciẽ ⁊ oia mẽbra mũdificat subtiliat ⁊ clarificat cuʒ ea lauanť: ⁊ max⁹ remouet maculas colicas. Et succ⁹ limonũ illinit⁹ idẽ opať. ¶ Ponẽ oua itegra in aceto fortissimo ⁊ dimitte in eo donec ampulle fiãt: deide. ℞. albuginẽ ouorũ ⁊ misce cũ melle ⁊ sero illine ⁊ mane micã panis fricar̃ ⁊ postea cũ aq̃ laua ⁊ cutẽ mũdat ⁊ ꝑlucidã reddit. ¶ Aliud. ℞. lytargirij lib. j. tere subtilissime ⁊ decoq̃. in. viiij. lib. aceti boni vsq; ad ꝯsũptionẽ 3ᵉ ꝑtis: postea dimitte refrigerari ⁊ cola ꝑ filtrũ. Et iter̃. ℞. salis gẽme. ℥. j. ⁊ decoq̃ in nouẽ lib. aq̃ clarissime ad ꝯsũptionẽ 3ᵉ ꝑtis ⁊ dimitte refrigerari ⁊ cola. Deinde. ℞. de dcã aq̃ ꝑtes. ij. ⁊ de dicto aceto ꝑtẽ. j. ⁊ ꝑmisce ⁊ coagulabunť siř vt lac: ⁊ de isto illiniať sepe pãnus ⁊ ois macule et serpigo vbicũq; fuerit tolletur totaſr. ¶ Alij cõficiũt aquã aliã sic. ℞. aluminis de rocho et tartari vini albi. añ. ℥. iij. et pone in media 4ᵃ aq̃ cale et dimitte aliquãtulũ: postea cola ꝑ filtrũ. Et. ℞. lytargirij puluerizati. ℥. vj. et pone in lib. iiij. ſ. aceti boni ⁊ bulliãt donec remaneant ꝑtes due: deinde dimitte refrigerari: deinde cola per filtrũ ⁊ misce cũ illa aq̃ ⁊ vtere. ¶ Succo artanite vtiſr illiniť facies. tollit. n. maculas ⁊ faciẽ lucidã reddit. ⁊ aqua sublimationis caprifolij est bona faciei. ¶ Ad faciẽ mũdificãdã. dixit sabor. fiat illinitio cũ fabis lupinis ⁊ orobis ⁊ seminib⁹ melonis in cinerib⁹ excorticatis ⁊ amido cuʒ aq̃. ¶ Ioãnitius. mala ⁊ turpia vitia de facie tollit ista illinitio ℞. amig. excorticatar̃ numero sex: thuris albi. ʒ. j. zuccari q̃ʒtitatẽ cõpetẽtẽ: ⁊ fac illinitionẽ cũ eis ꝑ dies septẽ. Mundificatiuũ faciei vtile. ℞. farine similaginee ⁊ cicer̃ alborũ ⁊ fabar̃ amigdalar̃ dul. ⁊ dragaganti. añ. ʒ. ij. brionie. ʒ. j. ꝯficianť cũ albumine oui ⁊ fac trocis. ⁊ sicca. ⁊ cũ volueris line vnũ ex eis sup faciẽ cũ aq̃ ordei: ⁊ dimitte ꝑ duas horas: ⁊ postea laua cũ aq̃ sulfuris. al's furfuris. ¶ Aliud ⁊ vtile. ℞. radicũ serpẽtarie: ⁊ deide fac eã in frusta ꝑua ⁊ sicca eaʒ in sole: postea puluerẽ fac ex ea subtilissimũ ⁊ misce lr̃ʒ cuʒ

aqua ros. ⁊ dimitte siccari in sole: postea iterum tere ⁊ adde ei quantum est tertia pars ipsius de cerusa: ⁊ iterum incorpora cum aqua rosa. ⁊ exicca: deinde iterum tere ⁊ adde modicum pulueris ossis sepie: ⁊ illiniatur cū eis facies dissolutis in aqua ros. ¶ Asperitatem cutis ⁊ faciei remouet oleum radicum iuncti ⁊ oleum amigdalarum dulciū idē facit. Et oleū etiam amigdalarum dulcium: ⁊ oleum de frumento. ¶ Et ex vtilibus est vt fiat fomētatio ⁊ humectatio cum aqua calida: deinde illiniatur locus fricando cum puluere pumicis vsti vel non vsti mixto cū melle. ¶ Aliud bonum. ℞. cere ⁊ pinguedinis hyrci. añ. lib. s. medulle cerui. ℥. ij. olei viol. ℥. iiij. ⁊ liquefac ad ignē: ⁊ postea permisce cū eis depositis ab igne quattuor vitellos ouorum. postea incorpora cum eis myrrhe. ℥. s. ⁊ vtere. ¶ Et asperitatem a sole vel a vento factam remouet vnguentum quod sic fit. ℞. sepum ceruinum ⁊ in aqua bullire fac ⁊ liquefactum sup aliā aquam cola: deinde manibus agita: deinde in mortario. ℥. i. cristalli puluerizati pistando cum eo incorpora ⁊ cerusa ⁊ vernicis. añ. ℥. s. ⁊ vtere. Custodit faciem ⁊ manus a sole ⁊ vento ⁊ frigore. ¶ Dixit Auic. illinitio facta cum albumine oui aut cum aqua gūmi. s. arabici vel dragaganti, sicut dixit Rasis. 25. continentis. dragagantū dissolū cū albumine ouorū ⁊ ipsa albugo prohibet adustionē solis ⁊ vēti. Et adeps ceruinus prohibet vstionē solis ⁊ factam tollit ⁊ flauescit. Infunde similam in aqua ⁊ cola eam ⁊ permisce ipsam cum tātūdem de albumine oui ⁊ illine quotiēs adusta fuerit facies a sole vel vento, ⁊ postea lauetur.

¶ De coloranda facie. Cap. xvij.


ispositiones faciei quedam sunt ei naturales ⁊ quedam sunt ei preter naturam. Et que naturales sunt conseruari debēt si pulchre fuerint: decorari vero turpes: plerūq̧ enim colorē faciei naturaliter ei inherentem vt pulchram amenam albedinē custodire licet turpem vero colorem cuiuscūq̧ modi vt superfluā albedinem vel rubedinem naturaliter faciei alicuius inherentem palliare non licet: quāuis ars decoratiua illud agere doceat. ¶ Dispositiones vero faciei preter naturam euenientes ⁊ corrigere ⁊ amouere licet, ⁊ ars hoc facere docens curatiua vocatur. Et hec ars quāuis licita sit: non tamen nisi gratia honestatis. Propterea Gal. primo meimir. quecunq̧ in delitijs existentes decorant seipsas nulli⁹ earum deprecanti aliqđ tale farmacum sibi dare feci quecūq̧ honestiores fuerint ⁊ senij ⁊ turpitudinis vitia effugere cupientes: ⁊ ne a suorū maritorū eriperentur molestijs aliquibus cōsului. ¶ Cum igitur color faciei preter naturā malus fuerit scias illud esse aut causa alicuius egritudinis in corpore existentis colorem naturalem a corpore ⁊ facie auferentis ⁊ fedū inducentis: ⁊ tunc illam egritudinē curare ⁊ amouere oportet. ¶ Aut scias illud esse causa sanguinis in corpore existē- tis qui est aut qui fuit aut erit malus ⁊ infectus a seipso aut ratione alterius humoris secum mixti. Et opꝫ tunc sanguinem euacuare corruptum ⁊ ab inficientibus ipsum humoribus mundificare cū eis que ex dictis multotiens nota sūt. Et de conuenientibus in hoc dixit Auic. sunt trifera minor ⁊ mirabol. Et mirabolani kebuli. dixit Judeus proprie habent rubificare colorem magis q̄ trifera. ¶ Aut erit quia sanguis in corpore est paucus aut grossus. Et tunc oportet sanguinem laudabilem subtilem generare ⁊ ea que ipsum dilatent ⁊ ad cutem peruenire faciant exhibere. Sanguis nāq̧ bonus cum generatur ⁊ multiplicatur ⁊ aspergitur. dixit Auicenna. consequitur ipsum omnis locus aut consequitur ipsum omnem locum. s. interiorem ⁊ exteriorem ⁊ quālibet particulam. Et res bonum ⁊ subtilem sanguinem generantes ⁊ ipsum multiplicantes sunt cibi boni ⁊ subtilis chimi generatiui sumpti in quantitate artificio ⁊ ordine qđ bene digeri possint. ¶ Et ex istis que multiplicant ipsum sunt cicer aqua carnis oua sorbilia ⁊ vinum odoriferū. Et de expertis. dixit Auicenna. est vt bibatur diebus cōtinuatis in ieiunio vinum ⁊ lac. Dixit. n. Rasis. 25. continentis. q̧ bibere de mane per dies de lacte ⁊ vino venustat faciem. Et in dactilis ⁊ caricis est proprietas generandi sanguinem subtilem ⁊ expandendi ipsum ad cutem: propterea dixit Auicenna. si color alicuius conualescentis turpis fuerit ⁊ voluerit, vt reuertatur ad colorem pristinum iuuabitur cum ficubus siccis ⁊ aqua dactilorum immaturorum: ⁊ de dilatantibus ⁊ spargentibus sanguinem ad exteriora. dixit Auicenna. sunt sicut balasce ⁊ piper ⁊ ciperi ⁊ agare. cum ponuntur in cibis. Et sicut crocus cum vino coctus, multus tamē vsus croci tingit sanguinem. Et ysopus ⁊ similia, ysopus enim sicca sumpta cum vino sanguinem mundificat ⁊ ad exteriora spargit: ⁊ sic colorem clarificat. Aut. ℞. ysopi. ʒ. ij. ⁊ croci. ʒ. s. cum zuccaro. ⁊ ponitur inquit Rufus. frequens comestio caulium venustat colorē. Dixit Paulus. potus vini boni bonū colorē efficit. Dixit. yerapigra gūmi cerasorū mane sumptus cū vino lymphato colorem malum rectificat. ¶ Et quando ꝓpter frigiditatem ⁊ opilationem venarū in capitibus accidit color malus. Tunc confert assa assumpta de mane cū sorbili ſm q̄titatē ciceris. Nā calefacit ⁊ aperit ⁊ sanguinē ad cutē portat. 25. continentis venustat colorem potata cū aqua granatorū dulcium. Et vtendū est in cibis radice ⁊ porris. Dixit de oleribus cōuenientibus sunt raffanus porrum cepe allium ⁊ caulis ⁊ ꝓprie assiduatio eius. ¶ Electuariū vtile ad venustandum colorem corporis ⁊ faciei. ℞. rorismarini ⁊ menthe. añ. ⁊ confice cum melle despumato cocto dum aliquantulū fit durum. ¶ Dixit Rasis. 5. epidimiarū. Ire aut impetus rubificat colorē: vnde toto studio laborans ipsum colorē habere prouocetur ad hoc cum subtili ingenio cum luctatione facta cū eo vt appositione in disputatione ⁊ cum venatione canis ⁊ rixa gallorum ⁊ similibus: q̄m hmōi sollicitudinibus inducitur manatio sanguinis ad supficiē cutis subito. Sed gaudiū ⁊ letitia inducunt manationem eius paulatim: ⁊ tunc sanguis expandet in toto corpore. Et dixit. tollit infectum colorem faciei ⁊ citrinū gaudium ⁊ cibus delectabilis. Et Aui. dixit. iracūdia ⁊ ira ⁊ alteratio ⁊ exercitium tēperatū ⁊ luctatio ⁊ gaudiū ⁊ letitia ⁊ qđ asperare aliquid delectat de actionibus ⁊ operationibus ⁊ cantilena cū instrumentis ⁊ gaudere ⁊ sedere cum pulchris mulieribus decenter indutis ⁊ aspicere aspectus litigantium de pugnatoribus in victoria ⁊ similia, sanguinē ad cutem dirigunt ⁊ colorem clarificant. ¶ Et adiuuāt ad venustationem ea que trahunt sanguinē ꝓ de interiorib⁹ ad exteriora sicut sunt fricationes totius corporis. aſa. faciei totius. Dixit Rasis. vbi supra. si in membro aliquo tollitur color vtendū est fricatiōe eius ⁊ rubificatione ⁊ illinitione cū pice ⁊ motibus eius moderatis ⁊ suspensione. Et maxie conuenit fricatio cū medicinis abstersiuis leuibus: ⁊ aliquā rubificatiuis ſm ꝯditiones mēbri ipsius. ⁊ abstergētia maxime necessaria sunt q̄si cutis in se esset infecta sordida aut multū grossa. nā talis cutis nō recipit de facili colorē bonū etiam a sanguine bono ⁊ multo. ¶ Sunt aūt ex mundificātibus ⁊ de abstergētibus leuibus que ꝓprie ꝯueniunt delicatis iuuenibus cōe est colatura furfuris positi in aq̄ bullienti. Et aqua calā in qua positū fuerit ordeū confractū. aq̄ decoctionis caricarū. Ouū coctū durum ⁊ totū inter man⁹ malaxatum. Aqua lactis. pānus lineus leuis in aqua calida madefactus. Colatura infusionis farine fabarū cicerū ⁊ oroborū lentium risi vel amidi. Et fricatio cū ficubus siccis; aut cum carne ostracorum ⁊ fricatio cum amigdal. dulcib⁹ vel amaris excorticatis: ⁊ similia. ¶ Mundificatiua vero fortia sunt sicut olibanū mastix rasura eboris mel glutē piscium cortex oui bdelliū yreos radix cucumeris asinini medulle seminū cōium frigidorū radix serpentarie litargirium semen radicis ossa vetusta baurach ⁊ silia. ¶ Et mundifican-

Color faciei malus preter naturā multas habet causas.

Hic ondicat q̄ sunt medicinas mūdificātes infectionē cutis iuuenibus delicatis ꝯuenientes

tis mediocria sunt sicut decoctio fenugreci decoctio mellilo ti os scipie spume supnatans in colatura aceti in quo modicū bullierit cerusa pulverizata, ⁊ decoctio vngule vitulorū. Dicunt ꝙ saphyrus gestatus in anulo bonū colorē gestanti prestat. Et dr̄ ꝙ radix yringorū collo gestata sua ꝓprietate corporis ⁊ faciei decorū prestat colorē: gluten piscium dissolutū in aqua faciem dilucidat ⁊ spasmū ⁊ contractiones ex siccitate humectādo tollit. Et qm̄ necessarie sūt medicine fortiter sanguinē trahētes suprapposite faciei ꝓdest cepe lilij ⁊ eruca cū melle ⁊ bulbus ⁊ similia, verū tm̄ hmōi cum diu dimittunt vlcerant cutē. Et ideo cū volueris solū rubificare dimitte paruo tēpore vsq̧ ad sex horas. Si aūt volueris vlcerare ⁊ cutē excoriare dimitte pluri tpe. Et scias hmōi vlcera que eueniūt per dictas medicinas sanari illinitio facta cū litargirio ⁊ tollit vestigia eorū. Et siīr vnguentū de lilio qđ dicet in sequēti capitulo. Et dolorē aut punctionē si fecerit predicte medicine vel alie vstiue vel vritiue sedat illinitio fcā cum succo radicū lilij mixto cū albumine oui crudo ⁊ oleo viol. nenufarino vel papauerino. ¶ Cum mulier faciē decorare voluerit pimitus os eā stuphare supra vaporē aque, deinde cū sapone lauare dissoluto in aqua tepida elicita per distillationē florum fabarū lilij aut sambuci aut lambrusce deinde exicceturː ⁊ deinde illinita cū aqua gumerea ⁊ dimittat per noctem ⁊ de mane lauet cū aqua furfuris aut viol. ⁊ stet tunc facies modicum cooperta cū panno. postea si voluerit colorare poma maxillarū linianꝰ poma ipsa cū aqua in qua modicū de rasura ligni brasilij sit tēperata. Succus radicis brusi inunctus rubificat. ¶ Modus dealbandi faciē. ℞. dragagantū albū ⁊ pone in aqua roſ. donec aqua ingrossescat, postea cola eā ⁊ in colatura pone faldellas de bōbace carminato ⁊ desicca eas imbibitas in sole. Et cū vti volueris madefac vnā ex eis cū sputo ⁊ sup faciē duc. ¶ Modus alius. facies cū aqua ⁊ sapone prius lauet ⁊ cum subtili panno exiccetː deinde illiniatꝰ cum vnguento qđ sic fit. ℞. radices vtriusq̧ serpentarie. añ. ⁊ tere eas in mortario ⁊ distempera cum aqua calida ⁊ cola per pannū bene agitando ⁊ dimitte per noctē residere vnā mane suauiter aquam supnatantem abijce, ⁊ aliam aquā calidam infunde ⁊ agita bene ⁊ iterum dimitte residere ⁊ aquā postea abijceː ⁊ aliā infunde ⁊ sic facies quinq̧ dieb⁹ vt reprimatur ois earū acuitas ne possit faciem lederė: postea aquā abijce ⁊ radices ad solem desicca. deinde. ℞. ceruse partes. iij. cāphore baurach ⁊ gummi arabici. añ. partē vnam ⁊ distempera boracem cū aqua rosata manibus fricandoː postea ipsa ⁊ alie res dicte. ⁊ ipse radices optime pulverizate cū aqua misceantur. Cū autē faciem dealbare volueris de predicto ad quātitatē fabe sumeː ⁊ cum pauca aqua frigida inter manus liquefacː ⁊ cum ipsis ambabus manibus fricando faciem illinire ⁊ durabit iste dealbatio tribus diebus. ¶ Vigesimoquinto continentis. Lauatorium albificans ⁊ venustans eā valde. Recipe chimolee rotulum vnum yreos. ℥. i. nitri assi cypressi ⁊ spice. añ. ℥. s. confice cū aqua roſ. vel frigida ⁊ faciem illine. Amplius socula multa pōi possunt. Sed ipse matrone multa nōscunt que eis relinquo.

Dealbā tio facie. [margin note beside "Modus dealbandi faciē"]

¶ De lentiginibus. Cap. xviij.



Entigines dixit Auic. est sanguis fluēs in cute aut propter sanguinē egredientē ex orificio vene facientē aperire ⁊ euomere aut per scissuram euenientē vene ex percussione casu, ⁊ similib⁹: aut propter aliud, scilicet propter dilatationem pororum vene resudat sanguis extra venam positus sub cute suffocat⁹ ibi: ⁊ apparet in loco illo color eius ⁊ figura ipsius: verum tamen cum sanguis extra venā positus sub cute est corpulentus siue grossus ⁊ vnitus vocatur sanguis mortuus: ⁊ dictum est de eo supra. Cum autem fuerit subtilis vaporosus ⁊ sparsus cutem inficiendo vocatur lentigo. ¶ Dixit Auicenna. iste color sanguinis qui est ad rubedinem declinis ⁊ rubedo eius est splendida ⁊ lentigo. Iste vero qui est ex ipso sanguine lenitus ⁊ aspersus super superficiē cutis vocatꝰ pānus, quamuis nominēt econuerso. quidam ponunt illud qđ non est sparsumː ⁊ est in figura rotundum pannum. Et cū econuerso nominant brasan. Et Auicē. per pannū hic intelligit sanguinem mortuū. ¶ Dicunt. ꝙ lentigo est duplex. s. parua ad quantitatem lentis que nominatur barasen. Et scias ꝙ sanguis faciens lentigines est flegmaticus siccus declinans ad materiam melancolicam. ¶ Dixit Halyabes nono theorice. lentigines fiunt ex vapore sanguinis melancolici adustiː ⁊ hinc innuitur causa quare lentigines maxꝰ fiunt in rubeis ⁊ colericis sm̄ habitudinē. quia in eis maxīe sanguis aduritur ⁊ cōuertitur in vaporē, ⁊ quia de natura vaporis est petere sursum ⁊ ascendere ad caput ⁊ ad faciemː hinc est ꝙ lentigines maxīe apparent circa caput. Et qꝛ partes genarum sunt rariores alijs partibus faciei: hinc est ꝙ quamuis ad eas plures vapores perueniantː non tamen in eis retinenturː sed respirant ⁊ euaporant ⁊ lentigines parū fiunt. Sed quia partes frontis sunt magis depresse ⁊ obtuse vapores in eis non sic recipiuntur recepti tamen magis retinentur: hinc est ꝙ in fronte non multum manifestātur. ⁊ quia partes circa nares existentes mediū tenent inter predictas in raritate ⁊ densitate, hinc est ꝙ multi vapores recipiuntur ⁊ multi retinentur. ⁊ ideo lentigines magis manifestantur q̄ in alijs partibus faciei. manifestantur etiam precipue propter eandem causam in collo ⁊ in gula ⁊ superioribus partibus thoracis ⁊ manibus: breuiter in omnib⁹ partibus aeri discoopertis: quia frigus aeris coartat vapores interius. ¶ Dixit Auicēna. multoties accidit habenti lentigines scissura labiorū. ⁊ hoc propter siccitatem complexionis sue que sic facta est ex dicto vapore sicco sursum eleuato. ¶ Signa nota sunt per visum ⁊ relationem.

Lētigines ex q̄ mā fi ant ⁊ q̄re magis in vno loco q̄ in alio. [margin note beside "Dixit Halyabes nono theorice"]

Vide q̄ lētigines hñtibus multotiēs accidit scissura labiorum. [margin note beside "Dixit Auicēna. multoties accidit"]

¶ Dixit Auicenna oportet vt properet ad curationē omnium illorum sanguinis mortui lentiginis ⁊ barasen antequā vehemens fiat nigredo sanguinis ⁊ denigretur: quia post illud cura eorum est difficilis. ¶ Dixit Auicēna. ꝙ folia mandragore fricata super lentigines ⁊ alia vestigia hebdomada sanat vna. ¶ Oleum amigdalarum amararum conuenit lentiginibus inunctū. ¶ Et similiter sisimbrium coctum vel crudum superpositum. ¶ Succus vngule caballine sepe illinitus curat lentigines. ¶ Oleum de semine cotti inunctum vtile est lentiginibus. ¶ Cortices peduū gallinarum ⁊ pullorū admoti ab eis per impositionē eorum sub cineribus calidis dū adhuc sunt calidi lentiginibus superfricantur. ¶ Et stercus columbinum dissolutum cum aceto ⁊ illinitum lentigines ⁊ impetigines ⁊ alias maculas tollit. ¶ Radix brionie assa ⁊ pistata cum farina orobi ⁊ fenugreci incorporata ⁊ superposita mundat faciem a lentiginibus ⁊ omnibus maculis nigris. ¶ Dixit Ysaac lentigines ⁊ impetigines cum succo pomi citrini destruuntur. Cuius signū est ꝙ panni in incaustro madefacti si confricentur ad pristinum redeunt colorem. ¶ Fac puluerē de radice serpentarie osse scipie ⁊ olibano ⁊ de eo cum opus fuerit cum pauca aq̄ distempera ⁊ sero faciem ⁊ manus ⁊ partes lentiginosas fricando illineː mane laua cū aq̄ furfuris. ¶ Decoque in aceto fortissimo semen sinapis fel caprinū ⁊ fel caponū ⁊ vitellos ouorum ⁊ laua cum illo aceto sero, ⁊ mane laua cū aq̄ calida. Aut simili modo lauetur cum aceto in quo bullierit. ¶ Aut vngatꝰ facies cū melle mixto cū puluere peucedanꝰ ⁊ dimittatur sic per diē ⁊ noctēː postea lauetur cū aqua furfuris. ¶ Aut distempera succū serpentarie cum lacte asine ⁊ sanguine passerinorū ⁊ fiat lotio cū eis. ¶ Aut. ℞. amigdalarum amararum partes tres: seminis angurie partes duasː argenti viui extincti partem vnā: misce omnia in mortario ⁊ cum pistello diu terendo incorpora ⁊ de sero vnge ⁊ mane laua cum aqua furfuris.

¶ De prohibitiōe rugaꝝ ⁊ curatione factarū. Cap. xix.



Dicunt quidā ꝙ si hō vel mulier sepe vtaṯ balneo ⁊ balneatione cum aqua cuius vna medietas sit aqua pluuialis: ⁊ altera sit aqua clara dulcis: ⁊ in q̄ bullite sunt radices yringorum ⁊ calx de corticibus ouorum miliuꝫ balaustie non rugabitur facies eius vnq̄. Et dicunt. ꝙ si sumanṯ vinū album ⁊ aqua casei ⁊ bulliant in eis de corticibus granatoꝝ: donec deficiat medietas ⁊ vngatur de residuo facies sepe prohibebitur euentus rugationis ⁊ ↄtractionis faciei ante tp̄s. ¶ Dicunt. ꝙ si quis frequenter vsus fuerit sisamo in cibis suis ⁊ inungi cū oleo eius aut oleo lilino recedent ruge ab eo. ¶ Linimentū quo facies illinitur vtiliter si fiat tribus diebus cōtinuis qualibet die ter sic fit. Infūde radicē cucumeris asinini subtiliter puluerizatā in aqua casei ⁊ dimitte in ea postea cū ea bene prius agitata fuerit illine faciem ⁊ dimitte per se siccari: postea laua cum aqua frigida. tollit. n. rugas ⁊ oēm maculaꝫ. ¶ Aliud vtile. sumatur litargirium rubeum ⁊ dealbetur, ⁊ permisceatur cū pinguedine anatis vel galline ⁊ cū oleo de semine lini ⁊ succo radicū canne ⁊ illine. ¶ Aut illiniaṯ facies de sero cū melle in quo bullierint radices spatule fetide contuse, ⁊ mane laueṯ cuꝫ aqua calida. ¶ Si facies de sero vngaṯ cū succo gladioli siue yreos inueniṯ mane cutis rupta ⁊ eleuata: ⁊ tunc sanabis eam cū vnguento lilij: ⁊ sic pluries agendo ruge cessabunt. ¶ Quidā aūt illiniunt cuꝫ succo spatule fetide ⁊ mane inueniṯ consimiliter cutis rupta sanatur cum eodē vnguento. hoc aūt vnguentū scriptuꝫ est supra. cap. de desudationibus. ¶ Linimentū valens ad rugas ⁊ maculas faciei bonū reddens colorem eius. ℞. ceruse dealbate seu preparate partes quinq̄ margaritarū cristolli nitri boracis. aā. ptem .i. camphore sarcocolle myrrhe clare argenti sublimati. aā. ptem .i. terantur subtilissime: ⁊ postea molliantur super lapide marmoreo cum aqua ros. ⁊ postea fiant ex eis trocisci ⁊ seruentur: ⁊ cum necesse fuerit distēperentur cū aqua siue oleo tartari ⁊ fiat illinitio. ¶ Dicunt. ꝙ si cornu bouis vstum teratur cum aceto ⁊ oleo recenti diu agitetur ⁊ incorporetur si illiniaṯ facies mulieris multū iunior apparebit. ¶ Cerusa sic dealbaṯ siue preparaṯ teratur ⁊ distemperetur cum aqua limpida ⁊ per mensem ad solem calidum teneatur quolꝫ die colando ⁊ aquā renouando ⁊ dimittatur exiccari ⁊ coletur prius.

Preparatio ⁊ dealbatio cerusse.

¶ De saphati tinea ⁊ alijs pustulis capitis. Cap. xx.



Saphati 25° ↄtinen. aliq̄ vocaṯ impetigo capitis ⁊ a q̄busdā vocaṯ tinea. Et apud vulgus lactitium vocaṯ: aut q: plurimuꝫ lactentibus eueniat: aut q: eis eueniat ꝓꝑ lactis acuitatē inducentē salsedinē in nutrimētū ipsoꝝ. Vñ materia nutrimenti efficiṯ putrida ⁊ viscosa. Et ꝙ ita sit demonstrat asperitas ⁊ tenacitas crustaꝝ saphati. nā asperitas significat sup adustionē materie: ⁊ tenacitas super viscositatē eius ⁊ nostro ydiomate lactimen a lacte: vt dictū est. ¶ Et Aui. dixit. ꝙ a q̄busdam vocatur cruste siue scabies capitis. Et dixit ꝙ saphati est de sūma bothor vlcerosoꝝ. Et cum ipse est incipiens est bothor parue: ita vt similenṯ formice: ⁊ sunt fixe ⁊ sunt ambulatiue multum manifeste sicut formica ambulatiua manifeste perambulat ⁊ sunt lenes ⁊ plane nō aspere ⁊ nō multū eleuate, ⁊ sunt lente. s. in accñtibus suis, ⁊ sunt diuerse in numeratione locoꝝ: q: sūt multe ⁊ multiplicis numeri: deinde post principiū ⁊ in ꝓcessu vlcerantur ꝓꝑ materie acuitatē. Et fiunt sup ea cruste ꝓꝑ materie siccitatē ⁊ viscositatē: Et sunt ad rubedinē decliues: q: ad mordicationē aliqua portio sanguinis colerici trahiṯ ad locum. Propterea dixit Zoar. ꝙ saphati est egritudo rubedinis que accidit i carne: ⁊ ista rubedo est coloris pulmonis. Rubedo tñ eius variaṯ multū ſm intensum ⁊ remissuꝫ penes diuersitatē materie facientis ip̄m. Et apparet ista rubedo q̄nq̄ super ipsis bothor anteq̄ vlcerenṯ ⁊ in locis qui sunt in medio ipsorum q̄nq̄ apparet post vlcerationē in ipsis crustis ⁊ locis adiacentibus eis. ¶ Et q̄dam dicunt. ꝙ tinea ꝓp̄ie est saphati. est. n. defedatio cutis cuꝫ crustis. sicut cum humido fluente cum casu capilloꝝ vel eorū diminutione cum fit in capite. Jam. n. vt dixit Gal. ē. 6° epidimiaruꝫ. plurimū fit in capite: aliquādo tñ vt dicunt. accidit in alijs membris precipue inferioribus: ⁊ maxͤ in cruribus. Zoar. tñ voluit ꝙ tinea sit passio grauior ⁊ difficilior ⁊ prolixioris curationis. ¶ Et Aui. diuidit saphati in duas sp̄ēs. s. in humidam ⁊ siccaꝫ. Unde dixit. saphati q̄nq̄ emittunt virus: ⁊ nominatur serengi siue saphati humida. Et q̄nq̄ incipiunt squāme sicce. s. ⁊ non emittunt virus ⁊ vocaṯ saphati sicca. ¶ Et Gal. de saphati humida posuit tres sp̄ēs: duas in p°io metmir. ac primā vocat acaros: ⁊ est tinea cutis capitis subtilibus foraminibus perforatis quādam humiditateꝫ subtilem cum parua viscositate emittens. Et alia est predcē similis: sed eius foramina sunt maiora ⁊ latiora emittētia humiditatē fauo mellis similē. ⁊ tertia est inter predictas mediuꝫ tenēs: quā tetigit in lib. de apostematibus. Et est hūs foramina nō ita subtilia vt p°ia sp̄ēs: nec ita lata: vt secūda a quibus fluit fauositas non subtilis vt aqua neq̄ grossa: vt mel fluēs ab vlcere fauoso. Et tetigit has tres sp̄ēs Rabi sr 23° particula. ⁊ oēs predicte tres sp̄ēs pñt appellari acoros ⁊ tinea. ¶ Halyabbas vero 8° theori. ponit plures sp̄ēs. ⁊ p°ia est fauosa: de qua exit per foramina humiditas fauo mellis similis. Et scḋa est ficosa in qua cōtinetur q̄ddā simile grāis ficuū: ⁊ hec est rotunda dura in qua est rubor in summitate eius. Et tertia est aquosa ex qua exit humiditas aque carnis similis per foramina minora q̄ que sunt a fauosa. Et quarta est vberosa similis papillis vberum mulierū cū rubore a qua humor fluit sanguini similis. Et q̄nta est lupinosa similis i colore ⁊ figura lupinis a qua q̄si cortices squāme fluūt albe ⁊ sicce. Et sub ista cōprehendit sextā que dr̄ furfurea: a qua fluunt corpora subtilia ſm plīm furfuri similia, inter que sunt aliquādo quedā corpora aliquātulū grossiora. Et iste due species possunt dici sp̄ēs saphati. Et ego vidi ābas simul cōtinentes caput ⁊ faciē totā barbam aures gulam ⁊ pectus ⁊ femur ⁊ pectinē. Et erant cū pruritu leui ⁊ patiens faciebat admouere cortices latos ⁊ subtiles sicut sunt cortices lupinorū: ⁊ a quibusdā ꝑtibus ex omni leui tactu cadebant ꝑtes minute sicut furfures ⁊ erant oēs iste squāme citerini coloris: ⁊ cum remouebanṯ remanebant partes rubee sicut excorticate post quaꝝ amotionē ad paucas horas alie de nouo erant generate: ⁊ durauit iste passio sic mensibus duobus, deinde liberatus fuit. Et est ēt quedā sp̄ēs saphati sicce que nr̄o ydiomate ruticla vocaṯ vel russula multū eueniens pueris dum lactanṯ. ¶ Dixit Aui. multotiēs. i. q̄nq̄ ⁊ nō q: frequēter apparēt saphati in hyeme. Nā pole est ꝙ aliqua mā in hyeme acuta ꝓpellatur ad cutē: sꝫ auferunṯ velociter. Nam q̄uis frigiditas hyemis resolutioneꝫ ꝓhibeat: multū tñ māe acuitateꝫ remittit, ⁊ eā inspissando desiccat. ¶ Et a saphati q̄dem q̄nq̄ est in capite vel alia ꝑte ꝓ proprietatē: ⁊ q̄nq̄ per cōitatem ab alijs membris vel corpore toto. Vñ dixit Serap. ⁊ ponitur. 25. ↄtinentis. quotiēs humores corporis fuerint boni, tunc impetigo. i. saphati in capite fit ex mā ꝓp̄ia eius: sed ⁊ q̄nq̄ fit ex humoribus vel corporibus ad locū defluxis. ¶ De causis sciēdū est ꝙ alie sunt intrinsece ⁊ alie extrīsece. Intrinsece sunt humores mali salsi nitrosi acuti ⁊ corrosiui q̄nq̄ subtiles quandoq̄ grossi ⁊ vt plīm ex vtrisq̄ permixti qui aliquando faciunt hanc ꝑ̄tionē in vtero ante natiuitatē: ⁊ aliquādo generatur post natiuitatē ex malitia alterius regiminis. ¶ Dixit Auic. cā eius est humiditas mala acuta corrosiua que permisceṯ sanguini. Et subdit. humores grossi mali. s. per adustionē ocē hūiditatis corrosiue sunt ēt causa quare grossuꝫ fit apostema ⁊ exiccaṯ subtile. Et intellexit ꝙ humores grossi mali ꝑ̄dicti

Saphati q̄dā ē humida q̄dā sicca: humida est mitior.

De cāis.

qñ continentur in cute capitis faciunt in ea apostema ꝛ homor grossū cuius subtile exiccat: ꝛ nō exiccat: qꝛ resoluat: s3 qꝛ virus subtile ab ea extra emittit. Et pdci humores sūt cā spērum saphati humide, verū tñ in pria eius spē humores sunt subtiliores ꝛ acutiores. ꝛ in scda grossiores ꝛ min⁹ acuti. ꝛ in tertia medio modo se hñt. Sed cā saphati sicce ē humor melācolicus siccus malus ꝑmixtus humiditate colerici acute que est cā ꝙ expellat ad cutē ꝛ corrūpat ꝛ corrodat crustis grossis. Et hi humores qñ olū sunt in corpe vel capite preter cutē tenent locū cause añcedētis: ꝛ qñ sunt in cute actu causantes egritudinē tenent locū3 cause ꝯiuncte. Ex dictis patent ēt cause extrinsece que sunt malū regimen in sex rebus non nālibus precipue in cibo ꝛ potu.

ex eis in vino stiptico ⁊ oleo myrthino vel masticino: aut cū
aqua myrthi: aut cū succo foliorum alsesanagi ⁊ cinis ligni
arboris eius vste cū semine suo mixtus cum oleo myrtino ⁊
vino stiptico ⁊ cortex nucis ossiū oliuarū ⁊ papauer rubeū.
oleū costinum cōfirmat capillos ⁊ reddit eos pulchros iniū
ctū ⁊ decoctio emblicoꝝ super illinita loca capillos confor/
tat ⁊ a casu ⁊ lesione preseruat. Et succus nasturcij domesti/
ci bibitus ⁊ illinitus ꝓhibet capillos a casu. Et ↄuenit lotio
ex aqua decoctiōis sene aut rorismarini. Et ablutio fcā cum
lixiuio facto cū cinere pedis colūbini: aut cū aqua decoctio
nis folioꝝ fagi ꝓhibet capillos a casu. Et illinitio facta cū
lacte caprino in quo trita fuerit agrimonia. Et ablutio cum
aqua decoctionis fenugreci confortat capillos ⁊ mūdat eos
a furfurib⁹. ¶ Ablutio vtilis.lauet caput cū aqua decoctio
nis psidie balaustiaꝝ myrthi cypressi ⁊ similium. Et post ab
lutionem inungant radices capilloꝝ iuxta cutē cum oleo
myrthino. ¶ Prohibēs casum capilloꝝ ex inuentione nr̃a.
℞.corticū canne vstaꝝ ⁊ corticum auellanaꝝ vstaꝝ ⁊ gra/
norū myrthi.añ.ʒ.iiij.absinthij: ⁊ gallaꝝ.añ.ʒ.ij. ↄfice post
triturationē ipsorū cum oleo myrthi ⁊ vtere: qm̃ est exper/
tum. ¶ Dixit Auic. ℞.grana myrthi gallas ⁊ emblicos: ⁊
decoque in oleo ro. ⁊ administra inungendo. ¶ Medica/
mē ↄseruās pilos supcilioꝝ. ℞.ro.papaueris rufi.añ.pt.ʒ.
fumiterre cū radicibus suis ⁊ extremitatē valeriane: lre mī
extra hꝫ.atriplicis: añ.pt.j.laudani ptes.iij.cap.ve.pt.ij. te/
rant ⁊ administrent cū oleo masticino. ¶ Aliud. ℞. myr/
re ptē.j.laudani pt.ij. ⁊ misce cū oleo myrthino q̄tū suffic.
ad illiniendū. Et si eget desiccatiōe multa ⁊ resolōne addat
nitri vsti vel non vsti ptem.ʒ. ¶ Aliud.apes multas in olla
reclude ⁊ oleo tere ⁊ caput inunge. ¶ Ung^m ꝓhibens casū

capilloꝝ ⁊ inceptam caluitiē sanat. ℞.foliorū myrthi galla
rū cypressi cap.veñ.corticum thuris puluerizatoꝝ subtilr.
añ.p.j.laudani.ptes.ij.vini stiptici ⁊ olei myrthini q̄tū suf
ficit ad h̃ vt fiat liqdū ⁊ inungant cū eo radices piloꝝ de se
ro ⁊ mane lauent cū lixiuio dulci in quo bullierint stiptica.
¶ Ait Ras.25.ↄtinē.ad casum capillorū ⁊ ↄualescentibus
non credo fore melius medicamen q̄3 hoc.s.q̄3 laudanū dis/
solutū in oleo masticino. Si tamē capilli ceciderint valde ⁊
fuerint modice soliditatis in radicibus eorū pone loco olei
masticini oleum myrthinū: quia tunc indigebis maiori sti
pticitate: ⁊ rege eos regimine conualescentiū: sed tamen vi
tare debes in eis illinitiones frigidas multe stipticitatis ⁊
ꝓprie in catarrosis ne forte inducas eos ad detrimentum.

¶ De coloribus capillorum ⁊ canitiei. Cap.xxiiij.



De pilorum vtilitate iam in trac. p̃ hu/
ius sermonis dictū est: sūt
eni in corpe vtiles, quēadmodū lupini in terris
seminandis qui trahūt nitrositatē a terra. Un/
de Cōstantinus in agricultura dixit. si fertilem
terram volueris facere lupinos in ea sere: qm̃ nitrositatē ab
ea attrahunt: ⁊ ita pili ex corpore fumosas ⁊ nitrosas mate/
rias ex corpore hauriunt que in ipsis ↄuertunt. Unde coll.
2°.ait Auer.mihi vr̃ q natura adducit hunc vaporē: vt fit mā pi
li ad hoc vt pilus trahat illā malā māṁ ex corpore ad mun/
dificandum ipsum per hoc: sicut videa q faciunt artificiali/ *Color pilorū diuersas variatiões recipit.*
ter laboratores terrarum, qui quādo volunt q ipse fructifi/
cent seminant in eis semina que habent trahere partē ter
restrem vstam.

Color capillorum varijs causis variationem recipit, ⁊ p̃
ex varietate ↄplōnis. Nam alius est color pilorū
in cōplone tēperata: ⁊ alius in cal'a: ⁊ alius in frida. Cōplo
eni cal'a capillos ⁊ pilos nigros ꝓfert: ⁊ frigida subalbidos
⁊ tēperata ꝓfert eos declinantes ad citrinitatē ⁊ rubedinē:
⁊ frigiditas cum vehemēti siccitate pilos ꝓfert albos: ⁊ sic
citas ēt sola vehemens. Et accidit ex ea simile eius qd acci/
dit plantis cū siccant: quarū folia albescunt. Et h̃ accidit ꝓ
ꝓprie in fine egritudinū exiccantiū. ¶ Scdo variat color pi/
lorū rōne etatis: qm̃ pueritia flauos: siue subalbidos ꝓfert
pilos: iuuentus vo nigros ⁊ senect⁹ me^m inter p̃dictos du/
cit colorē. ¶ Et variat 3° ex parte humorum corporis. Ait
Ras.25° ↄti.ex libro iubal.color capillorū fit semp ad mo^m
coloris sanguinis: si.n.sanguis fuerit tenuis ⁊ aqueus erit
color eoꝝ citrinus ⁊ albus. Et si sanguis fuerit niger ⁊ cali/
dus ⁊ color eoꝝ manifeste niger erit. Et ↄsilr variabit' bm
varias dispōnes sanguinis ⁊ mixtionē cū alijs humoribus.
¶ Et variat 4° varietate regionum. Nam regio cal'a meri/
dionalis pilos profert nigros: frigida vero septētrionalis
subalbidos, orientalis vero medios cū declōne ad rubedi/
nem, ⁊ occidentalis medios cū declinatione ab albedinem.
¶ Et variatur 5° rōne accidentiū anime. ¶ S3 6° ratione
extrinsecus occurrentium: vt ex mora sub sole. ¶ Et 7° ra
tione infirmitatum ⁊ maxie exiccantiū. ¶ Et qñq3 permu/
tatur vel variat color piloꝝ rōne māe ex qua fiunt: cum.n.
vapor fumosus ad cutem peruenerit vstus pp calitatē cor/
poris multā adherentē: tunc color piloꝝ erit niger, cum ve
ro vapor ille non erit vstus, q2 caliditas in corpe est debilis
non adurens erit color nō niger: sed declinans ad colorem
sanguinis ⁊ humoris a quo ille vapor est subleuat⁹. ¶ De
variatione coloris pilorum ꝓpter dispositionem cutis. di/
xit Aristo.5° de generatione animaliū.color pilorū ex cau/
sa dispositionis cutis variatur, sed hec variatio magis in
alijs animalibus contingit q̄3 in hominibus. Et hoc est ꝓ/
pter subtilitatē ⁊ imbecillitatem cutis hominū: habent enī
homines subtilissimam pellē pre omnibus alijs aialibus: ⁊
ꝓpter qd bm plurimū non operat pellis eorū in alteratiōe
coloris pilorū ipsoꝝ. Aliter tamē euenit q operatur vt pa
tet in caluitio nō naturali. Unde dixit. A. hominibus nihil

scilicet. pellis operatur in coloratione pilorum suorum nō ca/
norū non ꝓpter senectutē: sed eorū qui ꝓpter infirmitatem:
noua enim alba pelle albefiunt pili: si autem pili fuerant al/
bi non cōsequetur inde pili albedo: et quia pili ex pelle nascun
tur. languente igitur et subtiliata pelle et pilus simul languet:
languor autem est pili canities. Et in dictis Aristo. tetigit
vnā de causis canitiei nō nālis: et pp quod sciēdū est quod canities
et pilorum dealbatio est duplex. s. nālis et innālis. Nālis accidit
in senectute et est vexillū siue insigne quod supra caput mors ap
plicat. Innālis vero est illa que preoccupat pilos añ senectutem.

Canities et pilorum dealbatio est duplex. s. nālis et innālis.

¶ Et de canitie nāli loquēs. Ari. 10ª ꝓbleu^m^. 64. ꝓbleu. di/
xit. hō solū aialiū canitiē hʒ. Et cā est quia mlta aialia hñt pilū
fluxibilē: quia oī anno fluit et renascitur: vt bos equus et alia plu
ra: et multa que nō hñt pilū fluxibilē: vt ouis et capra et plura
alia sunt breuis vite et canities nō accidit: nisi post longum
tempus ita quod ꝑueniunt a morte añ tps canitiei. Et iō dixit Ar.
quecūqꝫ nō sūt senescētia. i. lōgo tpe viuētia nō canescūt. Et hic
est quod senectus canitiei denotatur. Hō aūt quia nō hʒ pilū fluxi/
bilē annuatim: imo ꝑ se nūqꝫ quāuis aliqñ ꝑ accñs: vt ex aliq̄
egritudine pilus fluat ab hoīe ēt vite longeue canescit. In 5°
de gñone aīa. dixit Ar. equū canescere q̄ quāuis possit dici ca
nescere respectu aliorum aialiū: respectu tñ hoīs nō ꝓprie cane
scit. ¶ De ꝓprijs aūt cāis canitiei. dixit Ar. eodē 5° de gñō
ne aialiū. causatur albedo in pilis ex defectu caloris nālis: vt
in senectute: ex h. n. canities accidit. Nam nutrimētū quod ad
vnāquāqꝫ ꝑticulā ꝑtingit ꝓpria caliditas digerit: ea aūt nō
potente illud digerere corrūpitur: et fit orbatio et languor. qui
buscūqꝫ ergo dixit Ar. nō parū est caloris et humiditas in/
grediēs amplior est ꝓpria caliditate: tūc cū nō possit illa humi
ditas ab ea digeri corrūpitur a caliditate que in ꝯtinēti est aere.
In pilis. n. pilorum radicibus tale exñs nutrimētū nō digestum
putrescit et fit vocata canities. ¶ Et cā albedinis in predicta
putrefactione. dixit Ar. est quia multū hʒ aerē: nā secū miscetur
ois terrestris vapor hñs virtutem aeris grossi. Et quod talis pu
trefactio et albedo fiat est defectu caloris innati. dixit Aris.
apparet: quia ex languoribus multis aianti curatis languoribus
nigrescit aliqd corporum: et hoc qdē est: quia in infirmitatibus totum
corpus in defectu caloris nālis est pp quod indigestio in carne
canos efficit. Sed postq̄ curati validi facti sunt ꝑmutantur:
et fiunt ex senibus iuuenes. vere ergo hʒ quis dicere languores
esse acqsitā senectutē nō languorē esse nālē: faciunt. n. aliqñ
languores aliq eadē q̄ senectus. Et di ab Ar. quod ex eisdē cau
sis inficiuntur in multis multi capilli tēpore iuuētutis: et aliqñ
post: lʒ nō habeant infirmitates magnas: nā ex causis mul/
tis notis fit languor in cuti: vñ et languor fit in pilis. ¶ Ga.
vero 2° de cōplonibus dixit. quod canities hʒ fieri in illis in qbus
cutis capitis nō cōsequitur finē siccitatis. Et voluit Gal. ibi quod
canities presupponat debilitatē capillorum et albedinē eorum.
Et debilitas eius accidit pp minorationē nutrimēti cōueniē
tis eis. Et albedo accidit eo quod res ex qua nutriuntur exit a
flāte qñ putrescit fm longitudinē tēporis quod contingit: qñ
cū porus fuerit strictus et supfluitates fiunt pauce et visco/
se et caliditas ꝓpellens eas anterius fuerit debilis: tūc acci/
dit canities. Et sic vr̄ velle quod cāe canitiei: siue albedinis pilo
rū sit putrefactio illius supfluitatis flātice. Et pp hoc dixit. A.
quod dū sanguis ꝑmanet pinguis spissus calidus et viscosus ca
pilli sunt nigri. Cū vero ad aquositatē tēdere incipit declināt
capilli ad canitiē. Et Ar. vbi supra dictā corruptionem: siue
putrefactionē appellauit elixir. Gal. vero appellauit acatani/
gi: et est idē quod mussulentia a nobis vocata: quia nō est vera pu/
trefactio. Et. A. ꝑmi. 2°. ca° de signis ꝯplonū recitans dicta
Aris. et Gal. de canitie dixit. quod cū opiniones consideraueris
inuenies eas ꝓ certo ꝓpinquas: imo dicūt qdaʒ. quod in sentē
tia sunt penitus eedē. Et hoc quia cā in albedinē coloris fleg/
matis: et cā acatanigi albedine est vna. s. debilitas caloris nā
lis agētis illas mās. Et dealbantur tēpore mãe añqꝫ descendant
in pilos et si ipsi albi nascuntur. ¶ Ex dictis patere potest

De causis ꝓprijs canitiei.

quod canities nālis properat in cōplone frigida flātica et vtenti
bus cibis flegmatis gñatiuis. Et eis q̄ multa vtuntur capitis
coopertura et econuerso tardat in cōplone calida: maxime co
lerica et vtētibus regimie calido et colere gñatiuo. ¶ Et scias.
quod sunt alie cāe albedinis pilorum: siue canitiei innālis. Et est
siccitas multa corporis: siue cuti adueniēs absqꝫ aliqua putrefa/
ctione eueniēs: aut pp cām intrinsecā siue extrinsecā. Corpe
ēt et maxime cute exiccato exiccantur radices pilorum: quia ꝑuantur
mā nutriente eos: et cōicatur ipsa siccitas ipsis pil. et sic exic
cantur in suo hūido et dealbantur: sicut accidit albedo segetibus
cū siccātur. Et cā qdē intrinseca talis siccitatis fm plm vt su/
pra patuit sūt egritudines exiccantes. Vñ q̄rti 2° ca° de dis/
positionibus accidētibus cōualescētibus. dixit Aui. accidit eis
vt albificentur eorum capilli: ꝓpterea quod capilli ꝑuantur nutrimēto: et
ꝓpterea quod spargitur siue exit ab eis hūiditas innata cū qua stat
nigredo. ¶ Cā aūt extrinseca pōt esse multiplex. s. lōga et ma
gna tristitiā faciēs sua exiccatione: et intēpestiui funduntur
vertice cani. Et magnus timor et subitus: sicut accidit his qui
sup se vidēt repētinā mortē: sicut ego vidi in puero Matheo
lippi de scarpia: et in Cecbio sartore in burgo sci Laurētij: nā
et quāuis pili nō sint aiati et nō trāseat nutrimētū eorum ꝑ ipsorum
corpulētiā: nihilominus ex magnis alterationibus et corporis et
cutis alterationē recipiūt. mō in vehementi et subito timore
calor intrinsecus multū retrahitur et vnitur: et de hūiditatibus ibi
reptis multū cōsumitur: et ptes ēt extrinsece sanguine et spiriti/
bus depauperate multū exiccantur: vñ transfigurantur corporum fa/
cies et tornatiles fiūt: et albedo pilorum ex subito eueniēte timo
re subito accidit: et ois alia cā extrinsecus cuti adueniēs et pi/
los calefaciēs et multū exiccās eos est cā albedinis eorum: pili
enim sicci sunt. calor agēs in siccū dealbat. Et sic dealbantur
pili et capilli ex fumo sulfuris. ¶ Differt aūt canities innālis
a nāli: quia in ista innāli albedo incipit a pilorum extremitatibus et
ꝓcedit vsqꝫ radices: sʒ in canitie nāli incipit a radicibus et ꝓ/
cedit vsqꝫ extremitates. Et differūt. quia canities nālis quāuis
posset retardari: tñ facta fortasse nō sanatur. Innālis vero sana/
ri pōt: vñ sicut supponitur ex verbis. Ar. curatis īfirmitatibus
exiccantibus reumectatur corpus: et sic reumectantur pili: sicut et
multe res sicce in aere humido humectantur: et sicut accidit se
getibus cū pp siccitatē et hūiditatis carentiā exiccantur: postea
ipsis aqua irrigatis iterum. humectantur et vsqꝫ suā ꝯsuetā et nā
lē nigredinē: siue viriditatē rēdūt. Sic similiter et pili cū hūectā/
tur vsqꝫ nigredinē vel ad pristinū colorē rēdūt. Quidā dicunt.
quod sicut ipsi pili innāliter albi facti sūt: ita nigrescūt q̄ sic albi fue
rint facti. Sʒ quia oēs tales multū subtiliati sūt pp oppilationem
pororum et siccitatē factā factis poris latioribus et nutrimēto re
humectāte decidūt. et alij q̄ loco illorum renascūtur nigri exeūt.

De causis extrinsecis canitiei.

Differentia inter canitiem nālē et nō nālem.

Cura retardās canitiē ꝯpletur dieta et potiōe. et dieta qdem
cōsistit in euitatiōe ois frigidi et humidi: siue aeris
siue ciborum et potuū potētia vel actu taliū: siue multi ocij lō/
ge dormitionis post repletionē cibi multe balneationis cuʒ
aqua dulci et applicationis ab extra rerum frigidarum et hūidarum
taliū potētia vel actu multe potationis vini vaporosi: ꝓpterea
dixit Aui. sit sufficiētia in potādo vinū parum cito: dixit Ras.
ducit ad canos frequēs vsus vini: et nō hʒ cōpōnē in hoc: aut
comestionis rerum vaporosarum et potētiū replere caput vapori
bus humidis. Et gñalr in euitatione ꝯsistit oium multipli/
cātiū indigēnē et flegma plm: de qbus est multus coytus. Et cōsi
stit in administratione regimis exiccātis: siue sicci actu: siue
po^a^ bonū tñ sanguinē gñans. Et de appropriatis ad retar/
dationē canitiei est vsus carniū serpētis. ¶ Cura vero ꝑ potio
nē cōpletur cū interpolata flātis purgatione cū educētibus fleg
ma: et ꝑcipue a capite cū cochijs et silibus. Et dixit Aui. et cuʒ
vomitu ēt ꝓprie supra cibū et ꝑ clysteria iterū. Et cōfert vsus
trifere minoris et electuarij de mirabol. et vsus kebulorum cō/
ditorum marie: et ꝑ interualla sume troc. de tyro: et vsus tyria/
ce et metridati et vsus electuarij anacardini dr̄ esse vtilis et cō
ueniēs. Dixit 25. dī. cito ducit ad canos abundās extractio

ſanguinis. ¶ Dixit Tabri exptū fore ꝙ ſi ſumat̄ vnus mira
bol' niger abſqꝫ nucleo in cibo ꝑ annū ſumēs ipꝫ obtinebit
capillos nigros vſqꝫ ad finē vite ſue. Et qdā dicūt. retardari
canitiē ꝑ inunctionē factā in radicibꝰ capilloꝝ ⁊ piloꝝ bar/
be cū oleo coſtino vel nardino ⁊ ſimilibꝰ: ⁊ ꝑ vſuꝫ tingētiuꝫ
pilos aliquo colore ⁊ ſpūalr nigro. Et oleū nigelle denigrat
capillos ⁊ ꝓhibet ipſoꝝ albificationē fieri. De cura autem
palliante dicet̄ in ſequēti capꝰ.

¶ De tingendis capillis ⁊ pilis flauificandis rubificandis de
albandis denigrandis ⁊ pulchrificandis. Cap. xxv.



Regimen tincture capilloꝝ ⁊ piloꝝ ⁊ co
lorationis eoꝝ duplex eſt. ſcilꝫ
vle ⁊ particulare. Uniuerſale cōſiſtit in prepara
tione eorū ad recipiendū tincturā ⁊ coloratio
nem: ⁊ particulare conſiſtit in approximatione
rerū tingentiū eos. ¶ Et vniuerſale qdē germentū maxie
neceſſariū eſt cū voluntas fuerit vt tinctura acquiſita perdu
ret. Ad inducendū etiā durabilē tincturā opꝫ ꝙ prius lauen
tur cū aliquo lixiuio ſtiptico dante capillis cauſaꝫ retinendi
tincturā: quēadmodū fit in pānis ⁊ aliis tingēdis rebꝰ: opꝫ
ergo vt pili tingēdi ꝑus bene lauent̄ cuꝫ lixiuio ⁊ cum aqua
infuſionis aluminis rocbe pulueriȩate: de quo ponat̄ lib. ſ.
⁊ de cinere cōmuni. ℥. ij. que infundant̄ in aqua poſtea colē
tur per pannū: ⁊ lauent̄ cū ea pili ⁊ anteqꝫ perfecte ſiccent̄
ipſos tinge: ⁊ quidā dicūt ꝙ pili madefacti aqua mixta cuꝫ
alumine rocbe ⁊ exiccati melius colorē ſuſcipiūt; plures tñ
cōcordāt ꝙ capilli predicto mō loti cū fuerint exiccati meliꝰ
tincturā ſuſcipiant ⁊ ſuſceptaꝫ diutius teneant. Et maxime
neceſſaria eſt ꝑparatio iſta cuꝫ volueris colorare eos colore
nigro: aut colore itēſiori recedēdo ab albedine: ⁊ ad nigredi
nē accedēdo: verūtñ in coloratione capilloꝝ: ꝑcipue in ipſo/
ruꝫ denigratione opꝫ cauere nimiuꝫ vſuꝫ rerum frigidaruꝫ
⁊ ſtipticarū quibus maxime eget̄ in denigratione capillorū
ſuper caput: qm̄ propter hoc multi iam mortui ſunt: ⁊ multi
iam incurrerunt apoplexiaꝫ vel paralyſim vel aliam ſimileꝫ
egritudinē: vt dixit Gal'. ꝑmo miemir. Uerūtñ preparatio ſu
pradicta nō eſt neceſſaria: imo eſſet inutilis, cum aliqñ volue
ris colorē preexiſtentē remittere a nigredine vel alio colore
medio tendendo verſus albedinē: ſꝫ dꝫ ablutio tunc fieri cū
aqua dulci ſimplici nō habēte aliquā ſtipticitatē oīno. Qui
dam tamen dicunt. nō poſſunt capilli nigri albi fieri: ſꝫ bene
poſſunt in nigredine remitti. ¶ Et modus albificādi capil/
los ⁊ remittēdi intenſionē coloris verſus albedinē eſt iſte. la Vide hic modum albificādi capillos.
uent̄ bñ cū aqua calida cū lixiuio dulci ⁊ ſapone: ⁊ cuꝫ fue/
rint medie exiccationis ſuffumigent̄ cū ſulfure ⁊ inungant̄
capilli cū vnguento: qḋ ſic fit. ℞. ſtercoris hyrundinis enule
ſicce ſulfuris floꝝ capparis ſiccorū mes ⁊ ſeminis ebuli ſicci
⁊ terant̄ ꝑfecte ⁊ incorporent̄ in modū vnguēti cū felle vac
cino ⁊ aliquātulo aceti. Et fiat hoc multis vicibus iterādo
lotionē ſuffumigationē ⁊ inunctionē: donec nigredo minua
tur: deinde vngat̄ ſepe cum oleo de lilio vel ſambucino. Ait
Raſ. capilli ſiue pili equoꝝ ⁊ pellium ⁊ pannorum ex ſuffu/
migatione ſulfuris dealbant̄. ¶ Et dealbant̄ capilli ſi lauet̄
caput cuꝫ lixiuio de cinere vitis facto: in quo poſitus fuerit
puluis lupinorum myrrhe ſtafiſagrie ⁊ fecis vini. ¶ Lotio
alia. ℞. radicem celidonie ⁊ rubie tinctoꝝ. añ. tere ſubtilr ⁊
diſtempera cū oleo in quo iam cocta fuerint raſura ligni ra/
dicis celidonie ⁊ crocus. Et cuꝫ ea caput vnge ⁊ dimitte ſic
vnctū nocte tota ⁊ mane laua cū lixiuio facto de cinere cau/
lium cū palea ordei lotum. ¶ Alia. ℞. celidoniā ⁊ agrimo/
niam ⁊ raſurā ⁊ folia bruſci: ⁊ in aqua decoque poſtea ha/
beas ollaꝫ in fundo ꝑparatā, ⁊ in eius fundo pone ciminū:
deinde cinerē auene ⁊ vitis ⁊ fac cū dicta aqua lixiuiuꝫ ⁊ ex
eo laua caput. ¶ Dicit̄. 25. dri. ꝙ fex aceti in vna nocte capil
los nigros facit blundos: ⁊ ſilr facit fex vini. Et ſi capilli ni
gri illiniant̄ cū ſtercore hyrūdinū ⁊ dimittant̄ ſic per noctē
mane exiſtēt albi. Et dī. ꝙ illinido cū aqua venaꝝ citrinarū
facit capillos aurei coloris. Dixit Alber. ꝙ aq̄ decoctionis
talpe dealbat equū nigrū. Et dicūt qdā. ꝙ pulegiū in lixiuio
bullitū caput inde lotū pulcherrime dealbat. ¶ Capilli aūt Mo⁹ faciendi capillos flauos ⁊ ſplēdidos.
flaui ⁊ ſplendidi fiūt ſi poſt ꝑꝑonē ipſoꝝ ad recipiēdū tinctu
ram illiniant̄ cū illinitione facta ex aqua decoctionis exte/
rioris corticis viridis fructus nucis: aut corticis arboris
eius mixta cū albumine oui galla ſil' incorporatis in moduꝫ
vnguenti quo capilli illiniant̄ ⁊ ſuperponant̄ folia blitis ⁊
faſciant̄ cū binda ⁊ dimittant̄ ſic vſqꝫ ad diem tertiuꝫ: tunc
ſoluant̄ ⁊ pectinent̄ vt ſi qd ex vnguento capillis inheſerit
abijciatur: ⁊ tunc illine eos cū tinctura facta ex croco orien
tali ſanguine draconis ⁊ alkanna: ſed maior pars ſit alkāne
diſtemperatis cū decoctione praſſij ⁊ dimitte hanc tincturā
ſic per duos dies: deinde laua cū aqua calida. Nā h̄ tinctura
nō remouet̄ de facili. ¶ Dicunt quidā. cum melle feceꝫ vini
decoque ad ſpiſſitudinē: ⁊ tūc cola ⁊ cuꝫ capillos flauos ha
bere volueris ex eis vnge eos. ¶ Lotio ſemel facta cuꝫ lixi/
uio facto cum cinere ligni edere excorticati facit capillos fla
uos durantes ſic mēſibus tribus. ¶ Si frequenter laueris
caput cum aqua in qua coxeris flores geneſtre exiccatos:
aut flores taſſi barbaſſi auroſi fient capilli ⁊ flaui. ¶ Et cō/
uenit ad hoc lixiuiū in quo infuſi fuerunt flores ſticados ci
trini ⁊ geneſtre ⁊ raſura bruſci ⁊ cortex citri: aut radix gen/
tiane: vel radix berberis ⁊ flos cartami. ¶ Aut accipe thu/
ris coſti ⁊ folij nardi. añ. ʒ. ij. ⁊ olei ro. lib. j. piſtata miſceāt̄ ⁊
ꝑ elambicū ſublimentur: ⁊ ex aq̄ que inde exierit caput liniat̄
poſt lotionē ⁊ eiꝰ exiccationem. ¶ Aut. ℞. alumiꝭ rocbe lib. j. alu/
miniꝭ ſcariole. ℥. j. alumis fecū. ℥. ij. drag. gūmi. arabi. amidi
ſaponis albi. añ. ℥. ij. piſtent̄ ⁊ bulliāt in lib. x. aque recentis
⁊ clare donec remaneāt. p. ij. poſtea cola ⁊ ex ea capillos bal
nea pectinādo eos ſub ſole. Frica capillos cū puluere cerri ⁊
ſplendent. Et ſilr ſplendebit annulus aureus vel argēteꝰ eo
dē puluere fricatꝰ. ¶ Dixit Gal'. ꝑ miemir. ꝙ archigenes dī
xit. ꝙ lupini crudi cū aq̄ ⁊ nitro mixti ⁊ illiniti flauos faciūt
capillos. Camomilla retēta in lixiuio colore pulchro deco/
rat. ¶ Et dī. ꝙ ſi inungant̄ capita pueroꝝ vel puellaꝝ cum
oleo mixto cū cinere corticū auellanaꝝ ⁊ nitro emittēt capil
los pulchros. ¶ Si capillos ad rubedinē ↄclinare volueris
ꝑpara ꝑus eos cū lixiuio facto ex cinere tirſoꝝ cauliū i quo
ſit alumen diſſolutū: ⁊ ſit iª ablutio multis diebꝰ: nā prepa/
rat capillos ad recipiendā oēm tincturā: deinde. ℞. farine lu Modꝰ faciendi capillos rubeos.
pinoꝝ. ʒ. x. myrrhe. ʒ. v. alumis rocbe ⁊ aluminis fecū. añ. ʒ.
iij. terant̄ ⁊ incorꝑent̄ cū lixiuio facto cū cinere farmētorum
vitis donec fiat ex eis forma vnguētis: ⁊ cū eo vngant̄ oēs ca
pilli ⁊ illiniant̄ poſtqꝫ fuerint abluti cū lixiuio dicto ⁊ fue/
rint medie exiccationis. Aut poſt ꝑdictā mediā exiccationē
inungant̄ cū linimēto facto de puluere rubie tinctoꝝ cuꝫ li
xiuio de cinere ſarmentoꝝ. ¶ Et dicūt cōuenire caput laua/
re ſepe ex aq̄ in q̄ ſemia lape minoris diu bullierint. Et illini
re capillos cū aceto vel aqua in q̄ alkāna diſtēperata fuerit.
¶ Sciendū eſt ꝙ multotiens ⁊ multis vicibus inuicē pecti/
nare capillos ſub ſole cū pectine humefacto cū lixiuio mul/
tū opat̄ ad bonā ⁊ pulchrā colorationē capilloꝝ. Dixit. A.
ꝙ alkanna ⁊ indicū ⁊ ꝓprie radix alkanne ſunt radices ſuꝑ
quas ↄgregant̄ hoīes in tingendo vel ad nigrū vel ad flauū.
¶ Modus aūt palliādi canitiē: ⁊ ꝑmutandi colorē albū ca/
pilloꝝ ad citrinitatē vel ad ſubcitrinitatē vel ſubrubedineꝫ
eſt talis. ℞. gūmi arabici alkāne. añ. ℥. j. gallaꝝ imaturaꝝ: ⁊
gallaꝝ qbꝰ aptant̄ coria. añ. ℥. iij. terant̄ ⁊ bulliant in lixiuio Modꝰ palliandi caniti.e.
debili ⁊ dimittant̄ in eo ꝑ diē ⁊ noctē: poſtea optime cuꝫ eo
lauent̄ capilli poſtea copiant̄ donec fuerint medie exiccatio
nis: poſtea inungant̄ radices eoꝝ cū ſucco corticū viridium
nucū ⁊ pectinet̄ cū pectine humectato in dicto ſucco diu ⁊
frequēter humectādo cū ipſo ſucco pectinē donec oēs capil/
li bñ humectati ſūt ex ſucco illo. Et poſt dictā pectinationē
dimittant̄ ſic ꝑ horas ſex vel. vij. deinde pectinent̄ cū pectine
nō humectato. Et ſic fiat de 3° in 3^{m}: vel de 4° in 4^{m}: vel per

amplius tēpus sicut videbitur expedire. Aut fricent capilli
post ablutionē predictā cum puluere alkanne humectando
cum vrina: aut cū carnositate arancij: ⁊ dimittant ⁊ fiat per
oia vt dictū est. Et scias. q̄ idemmet modus tincture factus
Modus faciēdi capillos nigros.
sup capillos citrinos: siue rubeos redderet eos nigros.
¶ Modus aūt palliandi canitiem ⁊ reducēdi colorē pilorū
albū ad nigredinē ⁊ oēm aliū colo. ē mei^m cōplet p medicinas
simplices ⁊ cōpositas. ¶ De denigrantib⁹ aūt capillos sim
plicia sunt stipites ⁊ folia rubi ⁊ pprie cinosbati qñ coquūt
in lixiuio: ⁊ inde caput lauat. Et si in lixiuio pus decoctus
fuerit exterior cortex viridis nucū ⁊ pauper rubeū fortē effi
ciet nigredinē. Et decoctio stipitū ⁊ foliorū papaueris silue/
stris ⁊ mane loti cū aqua decoctionis eiusdē tingent forti ni
gredine. Et folia cypressi in aceto decocta denigrant: ⁊ flos
pulueriçatus: ⁊ cū oleo mixtus pilos denigrat multiplicat ⁊
plongat eos ¶ Et de vtilib⁹ est medicamen archigenis qđ
describit Gal. p miemir. ⁊ est radix capparis cū lacte mulie/
ris ac asine bullitus vsq ad ɔsumptionē tertie ptis cū fit ex
eis in nocte cataplasma. Aut tere cū eis radicē salicis ⁊ cor/
ticē eius cū aceto ⁊ vnge capillos. Aut puluerē gallarū cū
succo nucū bullire fac ⁊ inunge. Et denigrat eos pars illa ni
gra papaueris rufi que est in medio floris eius cū oleo myr
thino mixta inuncta ⁊ cataplasmata. Et oleū myrthinum
agitatū diu in mortario plumbeo: ⁊ in eo reseruatū inunctū
sepe denigrat. ¶ Cōposita aūt ad denigrādū facientia multa
sunt: ⁊ ex eis est vt recipias. c. nuces virides: sicut sunt in ar
bore de mense iunij ⁊ cōtere eas ⁊ pmisce cū lib. s. aluminis
scissi ⁊ pone in olla noua ⁊ superinfunde lib. iij. olei ⁊ dimit
te in loco nō humido: neq multū sicco p dies. xx. postea cū
illo oleo caput inungat. ¶ Aut. ℞. almuri ⁊ aloes epatici.
añ. ℥. j. ⁊ fuliginis aliquātulū ⁊ liga in petia: ⁊ fac eā bullire
in vino potenti: postea ex illo vino capillos lotos ⁊ medie
exiccatos inunge nō cito denigrabit eos nigredine pulchra.
¶ Aut. ℞. vitriolū de quo fit encaustrū ⁊ dissolue in aceto
⁊ vino ⁊ dimittat sic per noctē: postea ex eo illiniantur capil
li ⁊ pectinent pectine cū eo humefacto ⁊ fient nigri cum du/
rabilitate: aut puluere alkanne ⁊ corticū fabe. Et galle cum
succo blete tēpera ⁊ inunge. ¶ Dixit Ras. 25. cti. ℞. gallarū
lib. j. ⁊ fac in oleo frige ⁊ cū dicto oleo alkānā misce ⁊ vitrio
lū ⁊ salgēma ⁊ cōfice ex eis vng^m ⁊ caput vel barbā illinies
prius tñ laua cū aqua calida ⁊ manibus fricando exicca. Et
vt nō exiccet vnguentū. dixit haly. cū folijs blete vel sambu
ci cooperi per sex horas. postea laua: qm̄ est expertū. ¶ Di
xit Aui. ad denigrandū capillos ⁊ nigredinē eorū ɔseruādū.
℞. mirabol. indorū ⁊ emblicorū ⁊ gallorum. añ. par. x. lau/
dani partes. xx. contrita ponantur per duos dies in tribus
lib. boni olei: deinde coquant donec ingrossescant ⁊ fricent
cum eo capilli. ¶ Aut. ℞. folia nuc. ⁊ corticem radicis eius
⁊ paritariā: ⁊ in aqua coque: deinde adde puluerē aluminis
⁊ alkanne vel galle ⁊ aluminis rocbe vitrioli salis nitri: ⁊ cū
hac aqua loca que denigrare volueris laua. ¶ Et scias. q̄
oia pdicta denigrantia multo magis opz preparare q̄ pilos
ad tincturā recipiendā cum dictis. ¶ Ait Ras. 25. ctiñ. ex p
miemir. vngi dz qui vult qđ perseueret nigredo capillorum
suorū ac nigrescat illud qđ fuerit albificatum ex eis cum al/
kitran puro ⁊ pprio: ⁊ remaneat linitio eius super locū per
tres horas. ⁊ deinde ingrediat balneū ⁊ sic fiat in quolibet
triduo vna linitio in cōplone frigida: sed in calida cōplone
dz alkitran misceri cum oleo. ¶ Et dixit. simil't operat i^a pe
tenuis picis que ex tenuitate ⁊ calefactione ei preest: quia
illud qđ fuerit simile huic denigrat ⁊ prohibet cito fieri ca/
nos. Nec infert nocumentū sicut inferunt frigide ⁊ stiptice
de reumatibus malis: qr plures mortui sunt ex vsu medici/
narum fortis frigiditatis ⁊ stipticitatis: ⁊ plures alij passi
sunt apoplexiam ⁊ ptisim: igitur si volueris vti aliquo medi
camine ad hoc vt pōt eo qđ hz in se tenuitatē: ⁊ nō est multe
frigiditatis: aut misce cū ipsis prohibētes nocumentū capi
de qbus sunt cedria ⁊ pix liquida. Nam in istis cum stiptici
tate sua. vt dixit Gal. pmo miemir. est quedā subtilitas per
quam penetrat ad radices pilorū ⁊ denigrat eos absq nocu
mento. Et de phibentibus nocumentū earū sunt gariofili.
Ait. n. Auicē. qñ ponit in tinctura. ℥. j. gariofilorū denigrat
valde ⁊ phibe nocumētū tincture a cerebro. ¶ Dixit Ras.
vbi supra. in aqua gariofi. distemperet alkanna ⁊ fiat ex eis
illinitio: ⁊ fient capilli nigri boni coloris. Et subdit. dico ex
periatur illud super corp⁹ ⁊ nigros faciet pilos illius locis
Et si illinitio fiet ex ea super capillos decies fient nigri vehe
menter valde. ¶ Dicunt. hec est tinctura cōmunis. ℞. vini
albi. lib. iij. alkanne ⁊ cineris ligni cerri. añ. lib. s. rob nucū
lib. j. misceantur ⁊ bulliant suauiter. postea ad habendū co/
lorem quem volueris debes experiri ponēdo ex ea cum bul
lierit aliquid cum penna super carta: nam prima ebullitio fa
cit colorem flauū: scđa rubeū ⁊ pcedēs magis nigrum.

¶ De crispandis ⁊ planandis ⁊ ingrossandis ⁊ subtiliandis ⁊ prolongandis capillis. Cap. xxvj.

Capillorum crispitudo. dixit Gal. 2° đ
cōplonibus. pueniт a sic/
citate cōplonis aut a poro in quo est radix eo/
rū. a siccitate qdē puenit. sicut accidit corrigijs
quas ignis desiccauerit que incrispant sicut vi
demus etiā capillū ipm cū appropinquat igni super locū
flecti. Nam caliditas agens in pilum desiccat humiditatem
cōtinuantem ipsum: vnde in seipso deflectitur. Et pter hāc
cām. dixit Gal. oēs capilli ethiopū sunt crispi. Ex nā autem
pori puenit crispitudo fm hunc modū qui est q̄ fumus va/
po: in nām pili nō pōt forsitan propter sui debilitatem tran/
sire fm rectitudinē sed obliquat. Et fm obliquitatē suam
postea formatur transitus eius obliquus. Aut ⁊ si forsitan
vapor in natura sua sit fortis, sed natura cutis est durior q̄
opz ⁊ phibet vaporem: ne fm rectitudinē transeat: declinat
ergo ad latus ⁊ flectitur: sicut videmus exterius non solum
vaporem ⁊ fumum: sed ēt ipsam flamā ignis cum phibetur
superius pcedere retinere ⁊ declinare ad latus. Et dixit for/
sitan ambe res simul aggregantur. s. debilitas vaporis pmi
⁊ duritiee cutis ⁊ puenit ab eis obliquitas radicis capillo
rum. Et quidā ad dictas causas addunt obliquitatē pori in
nā sua: vnde q̄uis vapor sit fortis ⁊ cutis mollis, tamen va
por in sua radice obliquat. Et opz. dixit Gal. vt capilli sem
per remaneant fm figurā qua eius radix figurata est. Non
enim est possibile de aliquo duorū corporū: vt redeat de obli
quitate ad rectitudinem: nisi mollificet prius: capillorū autē
cause opposite sunt pdictis. ¶ Et subtilitatis eius causa est
vaporis tenuitas ⁊ pori strictura: sicut grossitie ipsorū causa
est vaporis grossitudo ⁊ pori largitas. ¶ Notat tamen q̄/
dam q̄ planities capillorū dupl'r reperitur sumi. Uno modo
Planities capillorū dupl'r sumitur.
large pro capillis bene comatis ⁊ pectinatis: siue sint pprie
plani: siue crispi. Et sic sumpsit planitiē eorū Ras. 2° cti. vbi
⁊ nō planos vocat q nō sunt mundi comati nec pectinati: vt
patuit in sermone 3° de cura ophthalmie. Alio mō stricte ⁊
pprie p planitie vera crispitudini opposita. ¶ Inqt Ras.
Incrispātia capillos.
25. cti. oleū fenugreci crispos facit capillos: ⁊ sil'r semen ius/
quiami. Et si lauent capilli cum decoctione foliorū oliuarū
crispi fient. Et dixit. lupini si terant in aqua ⁊ cū ea lauent ⁊
illiniant capilli crispabunt. Si capilli sepe inungant cū oleo
mixto cū puluere cornu arietis incensi fient crispi. ¶ Dixit
Ras. ibidem. illinitio faciens capillos crispos ⁊ planos. ℞.
myrrhe partē. j. ⁊ salis aque partē. s. ⁊ cōficiant ad modum
pultis cū aqua ⁊ fiat cū ea illinitio post lotionē capitis ⁊ di
mittat i^a illinitio super caput p diē ⁊ noctē postea lauetur.
¶ Dixit Aui. crispantia sunt farina fenugreci ⁊ oleū eius ⁊
alsedre albū ⁊ myrrha ⁊ galla ⁊ calx ⁊ litargiriū que mi/
sceant: ita q̄ sit sufficientia in qbusdā eorū. s. magis ⁊ minus
exiccatiuū fm exigentiā ⁊ cōmoueat cum eis caput tangen
do: ⁊ q: opz cū eis mixtis vt dictū est fricari capillos: nō tamē

leniter sed vt cõmoueat in fricatione caput. Et dixit. qñcꝫ ponit in eis que faciunt planos aliqd iusquiami albi sicut est solũ. Et calx est ex eis q̃ faciũt planos. dicit lr̃a extra. s. cadere q: adurit parũper cũ soluit in hac sũma ⁊ cũ miscetur inter medicinas crispãtes ⁊ ꝓprie qñ equanẽ cũ ea due tertie de alsedre que ambo sint cõfecta cum aqua frigida. Et dixit spuma salis amari incrispat eos vehementer. s. cũ illinit. Et dixit. incrispatiuũ bonũ. ℞. gallaꝝ ⁊ alcarmer ꝯgi: ⁊ limaturę acuũ ⁊ folioꝝ cypressi ⁊ granoꝝ ei⁹ ⁊ granoꝝ citonioꝝ ⁊ lytargirij ⁊ draganti ⁊ boli alcanci ⁊ emblicoꝝ. añ. partes equales ⁊ calcis nõ extincte ptẽ. ꝫ. cõficianẽ cuꝫ aque sicle: ⁊ enĩ est bonũ incrispãs ⁊ denigrans. Scias tñ ꝙ capilli plani nõ crispanẽ nisi cũ magno studio. ℭ Capilli aũt crispi applanãẽ cũ reb⁹ lenientib⁹ ⁊ hũiditatẽ eos ꝯtinuãtẽ multiplicãtib⁹. Dixit. Applanat eos administratio oleoꝝ mũdificãtiũ. aľs. mollificantiũ ⁊ mucillaginũ hũectãtiũ ⁊ eoꝝ q̃ ipsoꝝ ꝓhibẽt incitionẽ. aľs. scissionẽ que dicenẽ ⁊ c̃. ℭ Capilli v̇o subtiles grossi fient fricando eos cuꝫ spuma maris ⁊ cinere cũ veteri oleo mixtis: ⁊ sic fricabuntur singulis noctib⁹. Et grossi subtiliabunẽ lauando caput cũ aqua calida mixta cũ farina orobi ⁊ puluere nitri. Nã subtiliat eos ⁊ lenes ⁊ molles efficit lotio i⁹. Et Aui. dixit. baurach cũ ponit in medicinis capilloꝝ eos subtiliat. ℭ Cã aũt breuitatis capilloꝝ est siccitas cutis ⁊ vapoꝝ paucitas: sicut ipsoꝝ ꝓlongationis cã est cutis moderata humiditas qua pori nõ claudunẽ ⁊ vapoꝝ multitudo. dixit Raſ. 2⁰ ꝯti. ethiopũ capilli nõ fiũt longi ex siccitate cutis capitũ eoꝝ. Cũ ergo cã breuitatis eoꝝ fuerit siccitas cutis ꝓlongabiẽ si laueẽ caput cũ lixiuio in q̃ decocta fuerit herba fenugre. ⁊ postea in ea dimissa: ⁊ post lotionẽ cũ capilli fuerint medie exiccationis pectinenẽ pectine inuncto cum oleo cõita: ut radicẽ altee cuꝫ sanguine porci diu bullire fac in vino: ⁊ postea appone masticẽ ⁊ ciminuꝫ ⁊ vitella ouoꝝ bene cocta: ⁊ misce bñ oĩa simul: deinde per pãnuꝫ cola ⁊ dimitte infrigidari: ⁊ postea pinguedinẽ supnatãtẽ collige: ⁊ caput p̄tus lotũ ea inunge. ℭ Dixit Rogeri⁹. si de radice nenufaris fiant rotule: ⁊ diu in lixiuio dimittanẽ: ⁊ cum eo fiat ablutio: ⁊ ꝓlongabunẽ ⁊ clarificabunẽ vtiliter. ℭ Cũ v̇o cã breuitatis eoꝝ fuerit paucitas vaporis: aut clausio vapoꝝ ex humiditate laueẽ caput cum lixiuio facto ex cinere sarmentoꝝ vitis ⁊ ex aqua decoctionis cimaꝝ frugi ⁊ vlmi lentisci capil. ve. ⁊ scolopendrie palee ordei radicuꝫ ciperi ⁊ lupi. añ. ⁊ fricenẽ postea capilli cũ se. stafisagrie: qm̃ ꝓlongabunẽ. ℭ Aui. ℞. anguillã pinguẽ ⁊ coque donec dissoluaẽ: ⁊ in illa decoctione ponaẽ assungia galline vel anseris ⁊ mel ⁊ coquaẽ ad modũ vnguenti: ⁊ ex eo inungantur capilli. ℭ Et dixit. 25. ꝯti. ꝓlongat capillos ⁊ eos conseruat illinitio facta ex oleo myrthino ⁊ violato mixtis cum pte. ʒ. capil. ve. ⁊ pt. ij. laudani. ℭ Et sola lotio capitis cũ decoctione cap. ve. capillos venustat multiplicat ⁊ ꝓlongat: ⁊ ideo dicunẽ a venere. ℭ Et dicit. ꝙ si caput laueẽ ex aqua in qua decocte fuerint glandes arboris fagi vsqꝫ ad tertiaꝫ parteꝫ ꝓlongabunẽ inde capilli ⁊ formosi fient. Et cõsimilr̃ operatur inunctio facta cum oleo cum quo mixtus fuerit puluis capitum quarũcũqꝫ auium combustorum.

ℭ De scissuris ⁊ syronibus capillorum. Cap. xxvij.



Capillis accidit scissura. dixit ʒoar ꝓpter multitudinẽ siccitatis in eis: ⁊ ꝓpterea raro accidit scissura capilloꝝ flegmaticis ⁊ humidis nã. Et signat hec scissura siccitatem cerebri: ⁊ qñqꝫ ẽt siccitates totius corporis: sed non sempꝫ q: põt ꝓuenire ex ꝓ̃ma cerebri dispõne preter dispositione corporis. Et simile significatus põt sumi ex oibus aliis dispõnibus capilloꝝ p̄dictis. s. ꝙ non licet arguere ex dispõnib⁹ capilloꝝ supra dispõnẽ totius: sicut Gal. voluit 2⁰ de cõplexionibus. ℭ Dixit ʒoar. qñ scindunẽ capilli dealbanẽ eorum extrema: cuius cõtrariũ est in canitie in qua dealbantur radices. ℭ Et cura fit cũ nutrimẽto humectante ⁊ cum ablutione cũ aqua: aut cum lixiuio dulci decoctionis altee malue violarie ⁊ similiũ. Et illinitio cum oleo de semine lini: aut amigd. aut oliua ꝫ dul. Et cum vis aliqd ipsoꝝ apponere adde laudani tñ ꝙ dissoluatur in eo bulliendo. ℭ Dixit Aui. ꝓhibẽt ipsaꝫ olea leuia ⁊ equalia ⁊ mucillagines visco se: sicut altee folioꝝ salicis ⁊ oiuꝫ in qbus est humectatio. ℭ Dicũt qdã. scissuras ⁊ corrosiones capilloꝝ tollit mucillago psilij: aut aqua in qua ordeũ infusuꝫ steterit per noctẽ ⁊ vnganẽ capilli de sero cũ oleo vio. vel roſ. vel alio simili ⁊ bene pectinenẽ vt oẽs illiniant eo. postea cooperiaẽ caput ⁊ dimittaẽ sic tota nocte. ℭ Ablutio capilloꝝ ⁊ ipsoꝝ irroratio cũ aqua in qua lupini bullierunt capillos fortes efficit ⁊ syrones remouet. ℭ Dicũt qdã cõtere gallam cum assungia veteri: ⁊ ex ea capillos fortiter frica. Nã capillos fortificat ⁊ ꝓlongat ⁊ syrones tollit. ℭ Et dicũt. accipe mentã genestrã ⁊ gallitricũ ⁊ in aceto coque ad aceti cõsumptioneꝫ: postea cum eis capillos frica. ℭ Dꝫ aũt patiens sibi cauere a potu vini forꝫ puri ⁊ ablutõe cũ lixiuio calo: q: capillos corrodit.

ℭ De retardatione ortus piloꝝ: ⁊ ortorum depilatione: ⁊ ꝓhibitione renascentie eorum. Cap. xxviij.



Qui desiderant retardare ortũ piloꝝ in pectine subascellis vel alia parte corpis dꝫ assuescere ⁊ inungere loca illa cũ rebus frigidis ⁊ stipticis: ita ꝙ etiam aliqñ cũ narcoticis: ⁊ vñ Raſ. 25. ꝯti. ⁊ Aui. 4⁰ 7⁰ dicunt ad hoc cõferre iusqamũ: opiũ: psiliũ: cocta in aceto. Et cimolea ⁊ cerussa sumunẽ ꝫ ptes eq̃les: ⁊ de albumine pars. s. ⁊ coquanẽ cũ aqua iusquiami albi. Et cõfert fricatio loci cũ limatura ferri cocta fortiter in aceto: aut cũ rubigine ferri: cum saliua supfricata. Et cõfert inunctio cum succo cicoree. Et emplm̃ de folijs excorticatis: ⁊ emplm̃ de rubi folijs: ⁊ vel cinosbati suppositũ sepe piloꝝ retardat ortũ. ℭ Qui v̇o pilos iam ortos ex aliqua pte corpis abijcere voluerit sex modis hoc posse facere sciat: ⁊ ꝓ̃mus modus est incidẽdo eos cũ forficibus: sc̃ds est abradendo eos cũ pilo: tertius est eradicãdo eos cũ ceroti: ꝗ̃ illis applicanẽ. Quartuẽ est cũ psilotris corrodẽtib⁹ eos: ⁊ ẽt radices eorũ. Quintus est euellẽdo eos cũ tenaculis: singillatim capiẽdo eos: ⁊ extrahẽdo: ⁊ Sextus est cũ medicinis: que a ꝓprietate faciũt eos cadere. Primus modus. sc̃ds modus: ⁊ qntus modus habẽtur noti apud barbitonsores: ⁊ mulieres h exercẽtes. ℭ Cerota aũt, que cũ sua applicatione euellunt eos: cum violẽter remouenẽ fiunt ex pice ceropi. i. mumia: ut ex pice nauali. ℭ Aui. ℞. masticẽ. ⁊ pone in vase terreo sup ignẽ: ⁊ cũ liquescit adde colofoniã: ⁊ deinde armoniacũ ⁊ fac bullire: donec inspisset: postea, pice sup aquã frigidã: postea malaxa manibus: ⁊ vtere eo: est. n. optimũ depilans facit pilos faciei: ⁊ oium locoꝝ. ℭ Aui. ℞. cerã cũ puluere colofonie ⁊ cõmisce radices piloꝝ illine fricando: nã facit pilos cito cadere. Et dicũt. ꝙ farina lupinoꝝ locis pilosis apposita facit facilem euulsionẽ eoꝝ: ⁊ ꝙ alij nõ nascunẽ. ℭ De psilotris autẽ qdã cõponũt h psilotrũ faciẽs sine dolore casuꝫ piloꝝ. ℞. puluerẽ sulfuris albi calcis viue ⁊ vade ad stuphã: ⁊ cũ bñ calefactus fueris tolle puluerẽ ipꝫ ⁊ calefac ipꝫ sub planta pedis: postea pone vbi vis ⁊ dimitte stare aliquãtulũ ⁊ egredienẽ pili leuissime. ℭ Aliud leue. ℞. calcẽ viuaꝫ ⁊ auripigmentũ puluerizã: ⁊ in sacculo pone ⁊ sacculũ in aqua bullire fac postea cũ illa aqua illine locũ ⁊ depilabit ipꝫ. ℭ Aliud. ℞. colofoniã masticẽ armoniacũ ⁊ auripigmentum ⁊ simul dissolue: ⁊ cũ aliquo fuste ligneo in illo inuoluto sup locum duce: ⁊ est. n. opti^m. ℭ Aliud. ℞. aluminis de pluma. ʒ. ij. salis nitri lib. j. tere ⁊ pone in alambico cũ modico aq̃ ⁊ sublimenẽ: ⁊ ex aqua sublimata laua pilos ⁊ cito cadẽt. Aut oua formicaꝝ ⁊ auripig^m rubeũ: ⁊ radicẽ edere cũ aceto misce ⁊ cuꝫ eo locũ frica. ℭ Dicũt ꝙ gumi edere recens est depilatoriũ forte. Et ꝙ semen vitice cũ oleo mixtũ ⁊ inunctũ est ex eis que depilant cum fortitudine. Aut ꝯburere sanguisugas ⁊

Margin notes: Applanatia capillos. — Ingrossantia ⁊ subtiliantia capillos. — Prolongantia capillos. — Psilotra

puluerisa ꝛ cum succo titimalli ꝯfice: ꝛ ex eo locum inunge. ℭ Aut. ℞. calcis viue ꝛ auripigmẽti. an. ꝛ in lixiuio de sarmentis decoque ꝛ vbi vis appone. ℭ Aut. ℞. olei auripig. sulfuris viui ꝛ calcis viue ꝛ saponis gallici. an. ℥. j. ꝛ decoq̃ cũ lixiuio de sarmentis: ꝛ vbi vis appone. ℭ Aliud Gal. p miemir. ℞. auripigmẽti citrini ꝛ calcis viue. an. ℥. j. amili ꝛ spume argẽti. an. ℥. s. terant̃ ꝛ incorporent̃ cũ aqua: ꝛ bulliãt ad pfectionẽ ꝛ signũ perfectionis decoctiõis est ꝙ penna in eo posita depilabit̃: hoc ẽt signũ est oium psilotroꝝ magis fortiũ. ℭ Dixit Ras. 25° ꝯti. calx viua cũ aqua ponat̃ p sex dies: tñ in 3° die oꝫ calx renouari. Et post sextũ diẽ incorporet̃ cuꝫ ea arsenici citrini sexta ps. Et tãdiu in sole dimittat̃ donec penna intromissa depilet̃ cũ fuerit extracta: tũc cũ illo depilanda loca fricent̃ ꝛ depilabunt̃. ℭ Et Aui. dixit. sume calcis viue ptes. ij. arsenici citrini ꝛ aloes modicũ ꝛ linianĩ cũ aqua calida: ꝛ abradit pilos statim. Sꝫ vt psilotrũ redoleat pone in eo modicũ gallie mus. Et dixit. A. inest foliis gfici ꝓprietas mirabilis in ꝓhibẽdo odorẽ psilotri: ꝛ silr foliis vitis ꝛ rosis ẽt ꝛ ciperis ꝛ silibus. ℭ Et scias ꝙ melior modus approximationis psilotri est vt fit querẽs depilationẽ in stupha calida in qua diu fomentent̃ loca depilanda cũ aqua calida: ꝛ postea p psilotrũ reductũ in formã vnguenti calidũ supapplicet̃ ꝛ dimittat̃ tãdiu donec dicat̃ ter aue maria ꝛ ter pater noster per totũ aut parũ. Et tunc auferatur ꝛ lauet̃ locus cũ aqua calida ꝛ pili oẽs auferent̃ qb⁹ amotis loca cũ oleo ro. cũ aqua frigida ꝯquassato inungant̃. ℭ Si tñ psilotrũ in loco vstionẽ ceu excoriationẽ fecerit curet̃ cuꝫ vnguẽto de cerussa: aut vngat̃ cũ populeon: siue cũ oleo ro. vel vio. mixto cũ succo semp̃uiue. ℭ Dixit Aui. cũ abluit cũ aq̃ calefacta sedeat postea in aq̃ frigida: nã est curatio bona: deinde linianĩ desup lentes excorticate ꝯtrite cũ aq̃ ro. ꝛ sandalis. ꝙ si forte fecerit vstionẽ neciuꝫ est adherere vng^m: aut lytargirũ mixtũ cũ albumine oui oleo ro: ꝛ cãphora. ℭ Unguẽtu vtile sanãs rupturas psilotri. ℞. radicis lilii cocte. lib. j. cãphore. ℥. j. ꝛ incorporent̃. ℭ Dicunt. psilotrũ vtile vt capilli cadãt nõ renasciturĩ. ℞. calcis viue ptẽ. j. aq̃ clare ptes. vj. ꝛ in vase vitreato pone simul: ꝛ dieb⁹ trib⁹ dimitte: postea cola cũ pãno lineo. Et in colatura iteꝝ de calce pone: ꝛ tribus ẽt dieb⁹ dimitte: ꝛ tũc iteꝝ cola: ꝛ sic ẽt 3° iterato facies. Et vltimo de auripig^{ti} pone pulueri͂sato ptes. 6as ꝛ dimitte vno die. postea ex illa aq̃ pone in loco: vbi vis pilos abijcere: ꝛ cito cadẽt. ꝛ nõ renascent̃. ℭ Et de medicinis q̃ pilos abijciunt cũ ꝓprietate dixit kirannus: si cõburat̃ pellis rane: ꝛ sufumittat̃ pulueri͂sata pilos oẽs totius corporis eijciet abintrante in ipꝫ. Et qdã hoc idẽ dicũt de puluere toti⁹ rane ꝯbuste. Et dr̃ ꝙ puluis ossiũ agni portat⁹ supra caput alicui⁹ statim facit capillos cadere: ꝛ dr̃ ꝙ aq̃ egrediens ex fusto vitis viridis: cui⁹ vnũ suoꝝ capitũ in igne ponit̃ sola: vel cũ oleo mixta sepe inuncta pilos facil'r abijcit. ℭ Qui aũt querit vt pili euulsi nõ ampli⁹ renascant̃ loca ipsa cũ claudẽtib⁹ poros: ꝛ cũ stupefaciẽtib⁹ ꝛ stipticis inungat. ℭ Dixit Aui. ꝓhibẽt renasci pilos stupefaciẽtia infrigidãtia: sic vt accipiat̃ ꝛ depilet̃: deinde liniat̃ cuꝫ iusqamo albo: ꝛ opio ꝛ aceto. Et aq̃ iusqami nigri cũ eis ꝛ solatri: ꝛ melius si fuerint cocti in aceto. Et dixit. corp⁹ rane lacunalis exiccatũ cũ terit̃ ꝛ miscet̃ cũ muciliagine psilli: aut cũ succo iusqami albi: aut aceto: ꝛ illinit̃ ꝓhibet renascẽtiã piloꝝ. ℭ Dicũt de ꝓhibẽtib⁹ pilos nasci sunt sanguis vespertilionis: sanguis testudis aquatice. ꝛ lac canis. ℭ Dixit Gal. p miemir. medicine q̃ pilos renasci ꝓhibẽt cõponũt̃ ƀꝫ rõnẽ g leporẽ marinũ: ꝛ ranas q̃ in stagnis viridib⁹ nascunt̃: ꝛ cũ sanguine testudis marine: ꝛ vespertilionis: ꝛ oua formicaꝝ: ꝛ gũmi vitis albe. s. brionie ꝛ vitice. Et dicũt. ꝙ puluis ostracoꝝ: aut cinis stipitũ caulis cũ aceto emplat⁹ nõ sinit pilos euulsos renasci. ℭ Oleũ stellionũ. i. lacertaꝝ dom⁹ aut inhabitãtiũ sepe inũctũ ꝯuenit. ℞. musculos virides ꝛ cõtere eos ꝛ ꝯfice cũ eis de opio: ꝛ semine iusqami: ꝛ papaueris nigri ꝛ locũ inunge. Aut vnge locum cum ouis formicaꝝ mixtis cũ sanguine vespertilionis: aut testudinis: aut sãguisugaꝝ. ℭ Aut. ℞. x. vel. xv. sanguisugas ꝛ pista bñ in mortario: ꝛ desup pone acetũ forte: ꝛ tere bene sil: ꝛ p petiã exprimere donec tota suba eaꝝ exeat: ꝛ postea vnge locũ sepe: ꝛ nũq̃ renascent̃. ℭ Aut. ℞. oua formicaꝝ ptẽ. j. sanguis testudinis ꝛ rane aquatice ꝛ vespertilionis: ꝛ cricij. an. ptẽ. s. conficiantur: ꝛ ex eis locus inungatur. ℭ Et dicitur ꝙ adeps vipere sepe inunctus pilos euulsos vel abrasos diu ab excrescendo prohibet.

De modo applicandi psilotrũ.

Cura adustiõis: aut vlcerationis psilotri.

De his q̃ pilos a ꝓprietate abijciunt.

Prohibẽtia pilos renasci.

ℭ De alopetia ꝛ tyria. Cap. xxix.



Alopitia ꝛ tyria q̃nq̃ cõsiderant̃ vt sũt dispõnes opẽnũ lesiuę ꝛ sic sũt egritudines: ꝛ sub hac cõsideratione plures auctores de eis terminãt in tractatu egritudinũ. Et q̃nq̃ cõsiderant̃ vt sunt cutis capitis defedatiue reddẽtes eã aspicientib⁹ turpẽ: ꝛ sub hac cõsideratione determinant de ea multũ in tractatu decorationis. ℭ Dixit Gal. p miemir: ꝛ ponit̃ a Rabi in 23^a ptic. suoꝝ affo. alopetia ꝛ tyria est egritudo vna: sꝫ eaꝝ noia sũt inegłia rõne figure loci. Et dr̃ alopitia ab alopis grece qḋ latine est vulpis: ꝛ dr̃ sic: q: vulpib⁹ hec passio euenire ꝯsueuit: ꝛ est cutis depilatio siue cutis excoriatio. Et tyria dr̃ egritudo capitis cũ cũ abradunt̃ capilli reddit̃ tũc cutis ei⁹ silis tyrie a pelle sua excoriate: ꝓpea dixit Greg. alopetia ꝯseruat supficiẽ cutis: sꝫ vitiũ serpẽtis. s. tyria tollit eã cũ capillis ꝛ pilis. ℭ Et Aui. dixit. alopetia dcã est: q: accidit vulpib⁹: ꝛ tyria dr̃ a tyro serpente. Et ẽt in alopetia cadũt pili absq̃ lesione cutis: s. in tyria nõ tñ cadũt pili: sed excoriat̃ cutis cũ eis sicut accidit serpenti. Et dixit. fortasse accidit in tyria figura sicut est figura serpẽtis. s. tortuosa q̃ figura nõ accidit in alopetia. ℭ Gal. q dẽ vbi. s. voluit. ꝙ sicut plãte q̃dã hũiditate aliqñ indigẽtia deficiũt ꝛ exiccant̃: ꝛ q̃dã aliqñ hũiditatib⁹ extraneis eis approximãtib⁹ corrũpit̃: ita ꝛ pili vel indigẽtia humiditatum qb⁹ nutriri oꝫ corrũpunt̃: ꝛ cadũt vt in caluis senibus consumptis ꝛ cõualescentib⁹ fit. Uel ꝓpter humiditatis prauitatẽ eis appropiãtis vt in alopetia ꝛ tyria fit.

Causa enim generãs alopetiã ꝛ tyriã. dixit Auic. est mã mala manens in cute: ꝛ origine piloꝝ corrodens eos: ꝛ ꝓhibẽs nutrimẽtũ bonũ eis. Et ista mã q̃nq̃ est colerica: ꝛ q̃nq̃ est melica: ꝛ q̃nq̃ flãtica: ꝛ q̃nq̃ est ex sanguine corrupto. ℭ Et signat̃. dixit Aui. supra totum illud. i. supra vnã quãq̃ mãꝫ p id qḋ appet cũ fit abrasio de colore cutis. s. ꝓprie cũ fricat̃ fricatione aliq̃. s. leui. Et q̃nq̃ signat̃ illḋ ex regimie p̃cedẽte: ꝛ ex accidẽtib⁹ q̃ associant̃ ei: ꝛ ex eis que signãt illḋ est hũor dñans in toto: aut in cerebro: ꝛ ptibus capitis. Gal. tñ p miemir dixit. solũ sumi signũ hũoris ex spẽ coloris cutis: ꝛ regimie p̃cedẽte. ℭ Et q̃uis ois mã possit esse cã dispõnũ dictaꝝ: ƀm pl'm tñ fit ex mã flãtica exacuta. Et iõ Zoar. nõ fecit mẽtionẽ: nisi de h^a mã. Et dixit. alopetia gñat̃ ex flãte subtiliori, ꝛ nõ ita grossiori sicut est flegma: ex quo gñat̃ tyria: sꝫ tñ tyria fit ex flãte exñte minoris q̃titatis q̃ alopetia ꝛ subtilioris sube. ℭ Et dixit Zoar in tyria fit depilatio capitis: ꝛ fit p viã tortãz: cã tortuositatis est paucitas flãtis in q̃titate cũ nõ vltima subtilitate: q̃m si eẽt in subtilitate vltima fieret depilatio p viã rectã: sicut facit aq̃ que cadit sup terrã: sꝫ q: retinet aliqd grossitudis: ꝛ non est eqles: accidit ei qḋ accidit aq̃ cũ aliqd luti ei supaspgit̃: q̃ cũ cadit sic sup terrã facit viã tortuosã: ꝛ nõ rectã. Et de hac figura intellexit Aui. cũ dixit. fortasse accidit ei figura serpentis: ꝛ excoriat cutẽ cũ defectu piloꝝ: q: hũor faciẽs ipsam acutior est eo q facit alopetiã. ℭ Et ex dictis supra ca^o de saphati. ꝛ ex hoc apparet ꝙ alopetia ꝛ tyria nõ sũt idẽ qḋ tinea: q̃uis dicant qdã ꝙ tinea sit tyria differẽs ab ea solũ in hoc qḋ in tyria excoriatio cutis est supficialis: ꝛ cũ sanat̃ iteꝝ sup ea renascunt̃ pili. tinea ƀo est excoriatio ꝓfunda: aliqñ vsq; ad os in qua post ꝯsolidationẽ nõ renascũt̃ pili: a quacũq; mã iste dispõnes fiant: alia est facilis curationis: ꝛ alia difficilis: ꝛ

Dria inter alopetias tyriam ꝛ tineam.

distinguit inter eas velocitas rubificatiõis loci ꝑ fricationẽ
ex velocitate attractionis sanguinis boni ad ipsũ: ⁊ ipsius
Prognostica. rubificationis tarditas. ℂ Dixit Gal. ꝑ miemir. si per frica/
tionẽ locus depilatus non rubeat nulla est curationis spes.
Si aũt rubescit q̃to citius tanto citius curat: ⁊ scias q̃ tam
alopetia q̃ tyria antiq̃a est curatiõis difficilis ⁊ fere ipossibilis.
Cura tñ tyrie. dixit Zoar. levior est cura alopetie. Et cã huiꝰ
est maior subtilitas ⁊ maior q̃titas hũoris faciẽtis ipsam.

Cura hax dispõnũ. dixit Mes. sũt quatuor res. Et pª est
mundificatio ab hũore sub cuiꝰ dñio eẽ vr. Et scõa
est occupatio vt adequatio bona fiat in corpe cũ regimie bo
no in oi genere sex rerũ nõ nãliũ. 3ª est occupari circa id qd
factũ est in cute de malitia: ⁊ 4ª est auxiliari ad regñonẽ pilo
rũ vbi euulsi fũt: ⁊ ceciderunt ⁊ est in toto silis cure saphati.
ℂ De dieta. dixit Avi. nõ est dubiũ qn rectificatio regimis
in eis sit necessaria cũ administratione cibi valde boni kimi
Dieta. ad corpꝰ: ⁊ vini tẽperati cõmixti. s. cũ aqua declivis ad ipres
sionẽ dulcedinis parũ cũ tenuitate sube ⁊ claritate. nam hec
est nutribilis. ℂ Gal. dixit. ꝑ miemir. Et ponit ẽt. 25º. ɔti. de
uitent potũ vini. s. purũ ⁊ vaporosũ: ⁊ deuitẽt balneũ: ⁊ reple
tionem cibus maxie inflatiuũ: ⁊ generalr oẽs q abũdantis
nutrimẽti fuerint: ⁊ comestionẽ vitent carnis. Et Ras. dixit
cõsiderãdũ est in hoc: ⁊ hoc forte q: vt dixit Syranus prece
pit q̃ fieret regimẽ restauratiuũ generãs sanguinẽ bonum.
Et itez dixit. vtendum est freq̃ter nutrimẽtis humidis ⁊
bonis: vt pane simule galliniis: ⁊ vitellis ouorũ euitatis his
que ingrossant: aut sanguinẽ acutũ faciunt. ℂ De regimine
De euãne aũt euãnũ. dixit Avi. nõ est dubiũ qn euãtio sit necessaria: ⁊
incipiat pˢ res euãne corpis ab humore faciẽte cũ medicinis
educẽtibus ipsũ: aut cũ flebotomia si exegerit illam. Nam
dixit Ras. 25. ɔti. si cutis capitis fuerit rufa: ⁊ vene ipsiꝰ re/
plete nulla res est melior minutione. ℂ Dixit Avi. post vlez
curationẽ deueniendũ est ad ꝑticularẽ euacuationez capitis
cũ caputpurgijs odoramẽtis gargarismis cũ eis que dicta
sunt tertij ꝑma. in capº mundificationis capitis: ⁊ eligatur
sm vnãquãq3 superfluitatẽ. idest humorẽ peccantẽ que cõue
nientia sunt ei. ℂ Gal. dixit. ꝑmo miemir euacua corpus ab
humore: ⁊ ego purgo eos cũ yera addendo ellebor nigrum
si humor fuerit melicus: aut scamoneã si fuerit colericus. Et
post purgationẽ do eis ad masticandũ: ⁊ gargariçãdũ: ⁊ ad
purgandũ totum caput. Et dixit. iam sanaui ego alopetiam
cõditionabilis firmitatis ex laxatione tantũ. Et dixit. q̃dam
sumebat freq̃ter de tuberibus ad saturitatez quolibet die
per mensem vnũ. Et cũ passus esset alopetiaz purgatus fuit
